OLLEGII

ROSARI

Digitized by Google

3. 2. 430

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

HISTORIA
PRINCIPUM
LANGOBARDORUM

Quae continet antiqua aliquot opuſcula de rebus
Langobardorum Beneventanae olim Provinciae
quae modo Regnum ſere eſt Neapolitanum.

CAMILLUS PEREGRINIUS

ALEX. FIL. CAMPANUS

Recenſuit atque carptim illuſtravit

HAC NOVA EDITIONE

Notis, ineditis adhuc opuſculis, variiſque Diſſertationibus,
atque Peregrinii vita auxit

FRANCISCUS MARIA PRATILLUS

TOM. III

NEAPOLI, Ex Typographia Johannis de Simone MDCCLI.
Superiorum facultate.

Digitized by Google

Digitized by Google

EXCELLENTISSIMO DOMINO

M A R C H I O N I

SCIPIONI MAFFEJO,

Patricio Veronenſi, armatorum Duci, &c.

FRANCISCUS M. PRATILLUS S.

QUod Lyrici Vatis teſtimonio inſtruimur, Maecenates nempe Scriptoribus & *praeſidium* eſſe, & *decus*; praeſidium profecto in vindicandis ab obtrectantium moleſtia ingenii ſui partubus, decus vero in iiſdem illuſtrandis; hoc unum mihi quidem in votis fuit, EXCELL. DOMINE, ut alteram hanc opellae hujuſce meae partem Tibi nuncu-

Digitized by Google

parem. Te auſpice, haud dubito, quin ipſi & forte praeſidium, & decus eximium profecto adjungatur. Eccuinam enim ignotum, Te noſtrae aetatis ſingulare ornamentum eſſe, & quem Literaria Reſp. omnigena eruditione refertum praedicat? At profecto ſi abs Te uno ſacrarum, vel humanarum ſcientiarum praeclara deſcripta monumenta ſingula perſequi vellem, nimis arduum plane foret, ac difficillimum. Nec enim ea duntaxat meminiſſe ſatis eſſet, quae vulgo edita circumferuntur, verum quae ſcripta tantum in pluteis tuis deliteſcunt hactenus, lucemque expectant. At ne omnia ſilentio omnino praeterita videantur, ea tantum innuam, quae eruditorum judicio majorem laudem, ac plauſum ſunt conſecuta. Ea primo quidem quae ad Poëſim attinent, non Latinam duntaxat, ſed vernaculam quoque, Homeri praeſertim duobus Iliadis prioribus libris ad Italicum numerum tranſductis, noſtrae Poëſeos lepores aeque ac venuſtatem, elegantiamque (quae ex ipſo Graeco textu tibi eruere licuit) quis non miretur? Quis item Theologicam Hiſtoriam, qua Divi Pauli Apoſtoli epiſtolis ſedulo explicatis, ac S. Auguſtini doctrinâ in Pelagianos, illorumque

alle-

aſſeclas uberius explanatâ, Catholicae Eccleſiae orthodoxa veritas non parum confirmatur. Quae quidem opera Vir Cl. P. Turnemimius, niſi peſſimo Chriſtianae Reip. mors eripuiſſet, in ſuum Gallicum ſermonem vertere, & in plures tomos diſtinctim digerere cogitarat, ut quae publicae utilitati plurimum conducere adfirmabat. Verum in tot ingenii tui enumerandis ornamentis fruſtra tempus conſumem potius, quam debitum Tibi honorem hiſce laudibus exaequem; quum quiſque pro ſe fertiliſſimam mentis tuae penum animadvertat, ut qui Bibliothecam pene lectiſſimam cujuſcunque fere generis diſciplinarum tot deſcriptis voluminibus abſolveris. Nec mirum profecto, quo nedum Italiae noſtrae Cl. Viri (nec ſine invidiae quandoque, aut iracundiae ſtimulis agitati), ſed & Galliarum, Germaniae, Britanniae, Hollandiae, Moſcoviaeque tua quaeque ſcripta volumina laudibus paſſim extollunt, ac celebrant. Quod enim aliis diviſim & per partes a Deo Opt. Max. Tibi conjunctim, & plenius tributum admiramur. Ex quo profecto non parum laudis, & gloriae hanc meam elucubratiunculam allaturam confido, quum tuum in fronte nomen

prae-

Digitized by Google

praeſeferat ; tum vel maxime , quum tua voluntas adceſſerit . Tuum jamdiu animum , EXCELL. DOMINE , in me ornando (immerito licet) ſatis cognovi ; in rependenda vero gratia imparem me omnino ſentio . Benignitatis tuae argumentum ſingulare fuit , quod me ornares , non ingenii mei, quod quam exiguum ſit , haud plane ignoro. Haec tua quidem morum tuorum comitas, ac ſuavitas omnium bono nata eſſe videtur. Quorſum igitur in Te vel generis tui , vel Comitiſſae Peregriniae conjugis tuae (e qua ad Peregrinii noſtri nomen felici fauſtoque auſpicio conſervandum cognomen eductum) nobilitatem ; vel geſtorum tuorum , vel germani tui Bavaricarum copiarum ſummi Imperatoris , cui aliquando militaris gloriae meritum invidens , ab ipſo bellicis praeceptis , & exemplis ſatis imbutus , pluries cum hoſtibus conflixiſti , nec ſine aut ſociorum , aut ipſorummet hoſtium admiratione; vel tuae illuſtris familiae praeclariſſimos heroas enumerem , atque extollam , quum ea aliorum dictis ſatis commendata videamus ? In Te uno omnia MAFFEJAE gentis decora ac ornamenta ſunt congeſta ; ut quique Cl. Viri Excell. Marchionem SCIPIONEM MAFFEJUM , Litera-

terariae Reip. lumen, ſcientiarum anteſignanum, totius Italiae decus merito appellent. Sub tanti Viri igitur praeſidio haec Peregrinii opuſcula animadverſionibus, ac Diſſertationibus locupletata, aliiſque nondum antehac editis, quae Langobardicam Hiſtoriam plurimum illuſtrant, aucta in medium attuli, non ut meritum tuum exaequarem, aut laudem aliquam mihi uſurparem, ſed ut bono quoquo modo Reip. conſulerem. Quod ſi conſilii mei rationem improbari contigerit, qui votis fortaſſe multorum minime ſim obſequutus, illorum judicio lubenter adſtipulor, & notam imbecillitatis meae aequo animo feram; in reprehenſionibus enim amoris potius vim, quam querelam rependere decet, inquit D. Chryſoſtomus. Humanitatis tuae igitur erit, EXCELL. DOMINE, ut hoc qualecunque donum libenter excipias, qui immerito favere conſueviſti, qui nedum literarum abdita penetravi, ſed ne limen quidem attigi. Noli in conferendis beneficiis defatigari, ut tui nominis fama in dies augeatur magis, & nos patrocinii tui praeſidium levet. Vale.

Neapoli poſtr. Nonas Junias, CIϽIϽCCLI.

Digitized by Google

ELENCHUS
EORUM,
Quae hoc Tomo continentur.

AD Chronicon Ducum Neap. Proluſio Franciſci Mariae Pratilli, pag. 1.
Chronicon Ducum Neap. antea ineditum cum notis Pratilli, 27.
De primis Capuae Comitibus Franciſci Mariae Pratilli Diſſertatio, 81.
Peregrinii de Chronico Comitum Capuae Adnotatio, 106.
Chronicon poſtremorum Comitum Capuae Johannis Abbatis Caſſin. 111.
Series Comitum Capuae, 136.
Breve Chronicon Comitum Capuae cum notis Pratilli, 142.
Franciſci Mariae Pratilli de Ludovici Imp. Aug. captivitate Diſſertatio, 157.
Ejuſdem de novae Capuae exſtructione Excurſus Hiſtoricus, 172.
Capitularia Princ. Langob. cum notis Pratilli, 183.
Praeceptum Landulfi Princ. Capuae cum notis Pratilli, 232.
Franciſci Mariae Pratilli de Liburia Diſſertatio, 242.
Notitia Judicati, & Libellus dilati Judicii cum notis Pratilli, 273.
Chronicon Saracenico-Calabrum cum notis Pratilli, 283.
Fragmentum Hiſtoriae Anon. Beneventani, 293.
Tumuli Princ. Langob. cum additionibus Pratilli, 301.
Tumuli Ducum Neap. cum additionibus Pratilli, 333.
Epiſtola PP. Leonis ad Carolum Magnum, 340.

AD

AD CHRONICON
DUCUM NEAPOLIS
NUNC PRIMUM IN LUCEM EDITUM
PROLUSIO
FRANCISCI MARIAE PRATILLI.

UT hujus noſtrae civitatis, ac Regni cl. virorum, qui me ad hoc nuper inventum Ducum Neapolis Chronicon prelo ſubdendum, & huic Tomo inſerendum enixe impulerunt (quamvis alibi ſane foret conlocandum) votis annuerem; antequam quae ad ipſius Chronici inventionem, veritatem, Auctorem, ſtilum, ac cetera ad legentium inſtitutionem attinent, aperiamus, ne quid ad perfectam illius cognitionem deſiderandum ſuperſit, quaedam primum de Ducatu Neapolitano delibanda putavimus. Valde enim in hac re Scriptores a veritate aberrant; vanis, ac futilibus enarrationibus hiſtoriam ſuam complures exaggerarunt, variaſque perridiculas ſane fabellas, ac figmenta ſunt commentiti. Mirum profecto videtur, quod recentiores plerique Scriptores hallucinentur, & illorum veluti ſomniis obſecundantes, quae ab iiſdem ſunt mutuati, parum accurate in medium proferre non verentur. Ut autem quae vera & explorata ab incertis falſiſque ſecernantur, breviter heic de Ducatu Neapolitano non abs re diſſerendum videtur, ac deinceps eorundem Ducum ſeriem veram, germanamque haud ex Chronico ipſo duntaxat (multa enim in eo & in principio, ac fine deſiderantur) ſed ex ceteris monumentis, ac Scriptoribus erutam deſcribimus. Ac quod ad Ducatum quidem pertinet, de ejus exordio, progreſſu, fine, variâ fortunâ, praeliis, foederibus, aliiſque ad illum ſpectantibus breviter diſputabimus; quaeque in progreſſu

Digitized by Google

deinceps hujus operis , quum de Liburia ; & Cajetae ; Amalphis , ac Surrenti Ducatibus incidet ſermo , fuſius pertractanda occurrent.

Quae ad Ducis nomen , dignitatemque noſcendam attinent, paſſim a Scriptoribus memorantur , a Peregrinio noſtro praecipue in ſuis Diſſertationibus de Ducatu Beneventano Tomo ultimo hujus operis recudendis, ipſeque alibi delibavi. Tempus profecto, quo Neapolitani Duces, quave iidem cauſa hanc in urbem immiſſi , aut a civibus aliquando creati inprimis diſceptandum. Firmum quidem, exploratumque eſt apud omnes, Neapolim poſt Imperii diviſionem Auguſtis Occidentalibus paruiſſe ; totam enim Campaniam Provinciam, in qua Neapolis includebatur, aut Conſularis, aut Praefectus, aut Praeſes regebat. Occidentali Imperio ſub Auguſtulo an. CDLXXVI. jam extincto, Odoacer Herulorum Rex Italiae Regno potitus eſt, qui illius Auguſti fortuna commotus, non quo ejus decori, ac nomini conſuleret, ſed inopiam ſublevaret, annua quadam penſione ad victum ei conſtituta, in Campaniam illum relegavit. Neque Neapoli, aut Campaniae Conſularem aliquem, ſive Praefectum tunc praefuiſſe certo ſcimus. Theodorico Rege poſt annos fere XVI. Italiam ingreſſo, Regeque Odoacre Ravennae occiſo, Gothicus ipſe Rex Italiam ſubegit : eoque temporis etiam Campania Provincia Gothicum jugum experta eſt, ſicuti & univerſae Neapolitani hujus Regni Provinciae ; quae eandemmet ac ſub Romano Imperio regiminis formam ſub Conſularibus , Rectoribus , Praepoſitis, ſive Judicibus Provincialibus tenuere, cujus rei Caſſiodorus, aliique meminere. Poſt annos circiter XLII. Neapolis, Duce Graecorum Belliſario , Gothorum jugum excuſſit, iterumque Orientali Imperio reſtituta ann. DXXXVI. At non diu illius tranquillitas ſtetit ; Totilae enim Regnum invadenti Neapolis etiam ann. DXLII. paruit. A Narſete vero pluribus praeliis ſubacti idem Totilas, & qui ei ſucceſſerat, Tejas, a Graeco Eunucho uterque tandem interfectus fuit, ac Italia e Gothorum jugo penitus erepta eſt ann. DLII.

In

In hiſce Italiae motibus, quaenam Neapolis, aut Campaniae regiminis forma fuerit, omnino ignoramus. Neque (ut ait nuperus Neap. Hiſtoriae deſcriptor Tom. III. cap. 5.) aut Narſes ipſe, aut Conon ſub Belliſario, Neapoli uti Praeſides, ſive Rectores Provinciae dominati ſunt. Hi enim militaris tantummodo Praefecturae nomine Neapoli praefuere, totique Campaniae iterum Conſulares, ſive Praeſides Provinciae creati ſunt, ut ex Fl. Eraſti Cumis eruta Inſcriptione, quam in Appiae Viae Lib. III. cap. 5. retuli, clariſſime patet. Nulla igitur Ducum Neap. memoria uſque ad Juſtinianei finem Imperii exſtare potuit, ut ſomniarunt indocti Neap. Rerum Collectores, qui ut Urbem noſtram illuſtrarent, fabellarum nebulis magis obduxere. Sub Gothis quidem Neapoli Comes erat, qui Civilia fortaſſe duntaxat adminiſtrabat ſub Campaniae Conſularibus; uti apud Caſſiodorum, Lib. VI. cap. 23. & 24. de Neapolitana Comitiva, quem conſule. Sub Juſtino Auguſto Juſtiniani nepote, ac Fl. Tiberio Conſtantio ejuſdem ſucceſſoribus rerum facies profecto immutata. Etenim, ut alibi dictum eſt, a Langobardis Campaniâ pene universâ ſubactâ, urbs etiam Neapolis ann. DLXXXI. armis ſub Reduce ejuſdem Antiſtite armis impetita eſt: tuncque mutato quidem Provinciae regimine, Graeci Imperatores, Campaniae tantum maritimis oris, quae ſuo parerent imperio, retentis, huc exercitus Praefectos (qui militum mox Magiſtri adpellati) miſſos, Conſulum, Ducumque titulo decorarunt, ut Campaniae Conſularium loco ſuccederent, veteri adfectata dignitate, totiusque tam florentis Provinciae dominatione nomine tenus adtributa. Quamvis reapſe non immerito quidem Conſulares adpellari ii Militum Praefecti potuiſſent, quum ex Vegetio II. 9. habeamus: *Legati Imperatoris ex Conſularibus ad exercitum mittebantur, quibus Legiones, & auxilia obtemperabant: in quorum locum nunc illuſtres viros conſtat Magiſtros militum ſubſtitutos, a quibus Legiones gubernabantur.* Conſularibus profecto iis inſignibus utebantur, ut videre eſt apud Pancirolum in Not. Imp. Orient. c. 30.

eorumq; meminit Sueton. in Tiber. 32., & in Domitiano 6. & Ulpian. in l. 2. de his, qui not. inf. Quare Campaniae Conſularibus jam extinctis, exercitus Graeci Imp. Ductor Neapolitano Ducatui praeſidens Conſularis primum dici potuit, aut Conſul, indeque Magiſter militum, ac Dux Neapolis.

Haec autem conjectura minime improbanda, cum a veriſimilitudine minime abhorreat. Subactâ enim a Langobardis Campaniâ, Samnio, Lucaniâ, ſenſimque Provinciis aliis, Brutios uſque, Conſularium quidem, Correctorum, Praeſidumque nomina evanuere. Sicuti igitur ad adſectandam Italiae dominationem Provinciis noſtris Italiae nomen indidere, ac poſtmodum quoque Langobardia vocata eſt, ut umbra ſaltem Italici Regni ſervaretur; ita etiam, ut Campaniae Conſularium adhuc dignitas retineretur ſuis Magiſtris militum, quibus maritimorum ejuſdem Provinciae locorum cura commiſſa erat, Conſulis, ſeu Conſularis Praefecti, Duciſque nomen (Beneventanorum inſtar Ducum) praebuere ad dignitatis oſtentationem: qua quidem aeque civiles res, atque militares adminiſtrarentur.

Quo autem iſthaec tempore figenda ſint, incertum omnino atque obſcurum. Conſtantinus Porphyr. Lib. de Adm. Imp. *Patricios duos in Italiam miſſos eſſe* adfirmat, *quorum unus Siciliae, Calabriae, Neapoli, & Amalphi praeerat: alter vero Benevento, Capuae, Papiae cum reliquis, & tributa quotannis Fiſco Imperatoris pendebant .... Neapolis antiquum Praetorium erat Patriciorum, qui mittebantur; & illam, qui tenebat, idem in poteſtatem Siciliam quoque habebat. Cumque Patricius Neapolim appelleret, Dux Neapoleos in Siciliam abibat*. Quibus ex verbis, quamvis de more vera falſis immiſceat Porphyrogenneta, nec tempora aetatemque diſtinguat, hoc tantummodo eruendum videtur, quantum conjecturâ adſequi poſſum, uſque ad Ravennatis Exarchatus erectionem, Neapolim Patriciis Conſtantinopoli miſſis (qui & militares Praefecti fortaſſe, Duceſque exercitus etiam

erant)

erant) paruiſſe, quibus urbem tunc primariam, Orientiſque emporium, defendendi adverſus Langobardos illorum fines circumquaque infeſtantes, cura demandabatur tamquam Ducibus limitaneis, quorum paſſim mentio apud Scriptores, ut infra. Qui Neapolis Duces ab Exarchis quandoque pro neceſſitate mittebantur, facta iiſdem a Graecis Impp. quoad hanc creationem poteſtate, ut ex S. Gregorii M. Epiſt. 32. Lib. 2. An. DXCII. in qua ad Johannem Ravennenſem Epiſcopum ſcribens, haec habet: *De Neapolitana vero urbe, Exarcho inſtanter imminente, vobis indicamus, quia Arechis* (Dux Beneventi) *ut cognovimus, cum Arnulfo* (Spoleti Duce) *ſe fecit, & Reip. contra fidem venit, & valde inſidiatus eſt eidem Civitati: in quam, ſi celeriter Dux non mittatur, omnino jam inter perditas habetur.* Nec ad perficiendum, quod Pontifex ſuaſerat, tempus aliquod interceſſit; ſtatim enim miſſus fuit *Scholaſticus vir memorabilis, qui Judex Campaniae* ab eodem Gregorio vocatur: ac poſtmodum *Campaniae Dux* Lib. II. ep. 15. An. DXCIII. Cui ſucceſſit *Maurentius militum Magiſter* An. circ. DXCVII. ut ex epiſt. ejuſdem Pontificis; & *Gudiſcalcus Dux Campaniae* ab eodem Gregorio adpellatus Ann. DC. Lib. VIII. ep. 12. Poſt triennii ſpatium (a) *Guduinus Dux* Lib. XII. ep. 5. quo vel Neapoli profecto, vel fortaſſe demortuo, *Conſtantius Tribunus Militum Neapolis urbis cuſtodiae* ab eodem Pontifice *datus eſt*, paulo ante felicem illius obitum, Lib. XII. ep. 24.

Hi profecti Graecorum Campaniam, Conſularium inſtar Provincialium, rexere, poſtquam Langobardi ejuſdem Provinciae partem non modicam occuparunt, pauloque poſt uſque ad Ann. circ. DCCLX. etiam Duci Neapolitano Cajeta ſubdebatur, quum utraeque urbes in Iconomachorum conatus foederatae reſtitiſſent, uſque ad Caroli M. Imperatoris in Italiam adventum, quo Cajeta Pon-

tifici

(a) *De Guduino hoc Duce meminit Georgius Cedrenus Hiſt. compend. ad An. XVII. Mauricii Imperatoris To. I. pag. 399. edit. Regiae, & Theophilactus Samogatta, Lib. VII. c. 11. & 12.*

tifici conceſſa, ut alibi dicam. Quem igitur *Judicem*, aut *Ducem* Campaniae S. Gregorius vocavit, illius Provinciae, quamvis diminutae Praeſes, atque Rector fuerat, viceſque Conſularis agebat. Duces indubie aliquando ii dicebantur, qui limitibus Imperii tuendis cum militaribus copiis praeerant, ipſique Ducis ac Praeſidis ſimul officio fungebantur, ut patet ex L. 3. ad L. Jul. repetund. Cod. Theod. ubi *Matronianus Dux*, *& Praeſes Sardiniae* adpellatur; & alibi L. 133. de Decur. idem dicitur *Dux*, *& Corrector*. Apud eruditos viros etiam valde notum eſt, his *Ducibus* rerum civilium, ac militarium curam ab Auguſtis fuiſſe commiſſam; ut habetur ex L. 32. §. 1. Cod. de Appell. eaque pleniſſime illuſtrantur a Gothofredo in Comm. Cod. Theod. & ab Altaſerra de Ducib. & Comitib. Prov. Galliae. Hi *Duces*, ſeu *Militum Magiſtri*, *Judices* etiam militares antea dicebantur, qui adhibitis Adſeſſoribus, ſive Jureconſultis, in Provinciis jus dicebant: Teſtis Lactantius de Mort. Perſec. c. 22. ubi praeter mala, quae Maximiano Herculio imperante contigere, conqueritur: *Judices militares humanitatis literarum rudes, ſine adſeſſoribus in Provincias immiſſos*. Quare cum ad horum Tribunal civiles cauſae etiam poſt Maximianum deducerentur, cautum fuit a Conſtantio primum, deinde ab Arcadio Auguſtis, ne civiles cauſas cognoſcerent, ut notat Gothofredus ad L. 9. de Juriſd. Cod. Theod. Equidem apud Johannem Diac. in Chronico Epiſc. Neap. apud Muratorium, de Gratioſo Epiſcopo XXX. hoc teſtatum habemus: *qui venient* (ait) *omnes Judices, ſeu exercitus Romanus, timore ducti, ſeſe cum Donato Magiſtro Militum* (Conſtantii Auguſti, Heraclii filii) *junxerunt*. Imo ex Capitulari Arechis primi Principis Beneventi (quod inferius dabimus) apertiſſime patet, *Judicem tunc Neapolitanae urbis* cum praedicto Principe pactum fuiſſe, ſeu foedus ſanxiſſe, ut ex ejus Titulo: *De Pacto Arechis Principis Benev. cum Judice Neapolitanorum*.

Atque ut indoctorum quorumdam hominum, qui eoſdem fuiſſe *Judices* Neapoli, ac *Cancellarios* credidere, ſen-

ten-

Digitized by Google

tentiam refellamus, breviter heic adnotare exiſtimavi, *Cancellarium Campaniae* (aliquando etiam *Neapolis* adpellatum, ubi pro temporum ratione, aut alibi, reſidere dabatur) non civilem aliquem Praeſidem fuiſſe, ſed Magiſtratuum Campaniae officium erat, quemadmodum in nonnullis aliis Italiae Provinciis recenſentur. *De Lucino Campaniae Cancellario* mentionem facit Caſſiodorus, ad quem ſcribit, dum eſſet Praefectus Praetorio, ut ex ep. 37. lib. 11. At nunquam Cancellarii Provinciarum iidem aut Rectores, aut Praeſides fuere; ſed Rectorum Provinciae ſecreta hauriebant, Secretarii cuſtodes, eorumque erat turbae impetum, ſecretarium ingredi volentis, reprimere; & Conſiſtorii Praetoriani Secreta cuſtodire, ut paſſim Scriptores, & praecipue Gothofredus in not. ad L. 3. Cod. Th. de Adſeſs. Domeſt. & Cancell. Ad inſtar Praeſidum ſolummodo Cancellarii Provinciarum, qui ſuo jam munere functi, antequam diſcederent, per quinquaginta dies in Provincia morari debebant, ut cautum eſt in L. 3. Cod. Juſtin. de Adſeſs. & Domeſt. lata A. 403. Imo in dicta L. 3. Cod. Theod. lata A. 423. praecipitur, ut Conſulares, & Domeſtici poſt abdicatam adminiſtrationem per triennium totum nec militiam deſerant, neque de Provincia diſcedant. Errant igitur, qui Cancellarios Campaniae Neapoli quandoque immorantes, cum Praeſidibus, ſive Rectoribus confundunt: cum alia omnino ab iis, ut diximus, fuerint munera. At a quo defleximus itinere, tandem redeamus.

Tempore igitur S. Gregorii Papae, ſcilicet cadente ſec. VI. nomen *Judicis*, *Ducis*, *Militum Magiſtri*, aut *Tribuni* Neapoli audiri coeptum eſt, qui ab Exarchis Ravennatibus, aut Graecis Auguſtis creabantur ad Neapolitanam Campaniam tuendam. Neque tunc ab urbis ſuae Senatu, aut Populo eligebantur: quod tamen poſterioribus ſeculis accidiſſe ſcimus, ex Chronologo noſtro, ut infr. n. 8. aliquem e ſuis Patriciis eligentes, vel e Siciliae Provincia evocantes, ut inferius adnotabitur. Nec mirum. Quum enim Italiâ Graeci exſpoliati fuiſſent, ac Ravennae

nae

nae poſtmodum Exarchatus extinctus, Conſtantinopolitanus Imperator, ne umbram ſaltem Italici Regni amitteret, ea quae a Langobardis victoribus in Provincia Campania, aut Lucania, Brutiorum, aut Calabriae maritima loca ſibi ſupererant, ſumma cura tueri conatus eſt, Ducique Neapolitano, cui Ducatus alii Provinciae ſuberant, Campaniae noſtrae cuſtodiam commendavit. At quoniam difficillime ob Ducum vel muneris dimiſſionem, vel obitum, locorumque diſtantiam, ab Auguſto ſibi ſucceſſor expectandus erat, ille ex Principis fortaſſe indulgentia, aut neceſſitate, Patriciorum civium, populique ſuffragio eligebatur, ne hoſtes, occaſione arrepta, urbem opportunius occuparent. Hinc colligendum puto, ab his eo temporis Ducibus praeclaros illos titulos aſſumtos, Patriciorum ſcilicet, Antipatorum, Protoſebaſtorum, Eminentiſſimorum Conſulum, aliorumque, de quibus Caeſar de Engenio, Carm. Falconius in Vit. S. Jan. Capacius in Hiſt. Neap. aliique paſſim meminere; necnon Tabularia Monaſteriorum noſtrae urbis. Immo (ſi divinare liceat) ea fortaſſe ratione etiam Neapolitani Antiſtites Archiepiſcoporum ſibi adpellationem tunc vindicare ſtudebant, quod Ducatus Neapolis, & Provinciae Campaniae Graecis Auguſtis ſubjectae tanquam Primates, & Metropolitae cenſerentur; Conſtantinopolitanis Patriarchis facile annuentibus; quod patet ex Johanne Diacono in Sergio XXXVI. Epiſc. Neap. *Sergium elegerant Pontificem. Hic dum a Graecorum Pontifice Archiepiſcopatum nanciſceretur, ab Antiſtite Romano correptus veniam impetravit*, & Conſtant. Porphyrog. de Themat. Imp. Orient. qui Neapolim urbem *Metropolim* appellat. Quam profecto nomenclaturam, poſtquam Capuae, Beneventi, & fortaſſe etiam Salerni vigeret, Neapolis etiam Summo Pontifice annuente, poſtmodum conſecuta eſt, ut alibi opportunius redibit ſermo.

Ex eo igitur, quod, Auguſtorum indulgentia, Duces ſibi Neapolitani crearint aliquando, plerique crediderunt, Neapolim quoque Rempublicam fuiſſe, quae ſuum ſibi Conſulem, ac Ducem renunciaret. Sed ſciendum profecto,

cto, multoties e Byzantina Sede, vel e Sicilia Duces Neapolim miſſos, quamobrem non Rempublicam, ſed Urbem Orientis Imperio ſubjectam fuiſſe manifeſte colligitur. Imo eo quoque tempore, quo Cives ſibi poteſtatem Ducum eligendorum vel conceſſam, vel uſurpatam habebant, Ducatus ſucceſsionem in Sergiorum familia legimus in Chronico noſtro, & patri filium, vel nepotem, aut quoquo modo ſanguine conjunctum ex Imperatorum conniventia ſucceſſiſſe. Cur ergo Neapolim Rempub. putabimus, cum Ducum ſuorum aliquando ſaltem haud liberam electionem, ſed hereditariam & perpetuam adminiſtrationem agnoſcimus? Immo ex eodem Chronico noſtro ſuprema Graecorum Augg. creandi poteſtas evincitur; & quidem num. 7. habet: *Teoctiſtus a Neapolitanis electus in Ducem, ut obedirent mandatis Domini Imperatoris*. Non igitur plena omnino eligendi facultas penes populum erat, ſed quod a civibus Principis indulgentia conſtituebatur, id ipſe, cogente neceſſitate, ratum habebat. At haec tute ex Chronico ipſo facile intelliges.

Heic etiam obiter adnotandum exiſtimo (cum de hujus Regni monetis pleniſſimum quam primum tractatum habebimus a V. Cl. Antonio Clarito Regiae Siclae Neap. Archivario) eadem ex cauſa Neapolis Duces cudendi nummos facultate caruiſſe: nullam enim hactenus illorum monetam vidimus, quaeque Sergii Ducis, ejuſque filii Athanaſii Epiſcopi ſeculo IX. cuſae fuere, nondum monetae valorem habuiſſe cenſendum eſt; ſed potius in honorem S. Januarii praecipui Neap. Urbis Tutelaris excuſas fuiſse, quaſi bullas officii, ac pietatis ergo; ejus enim imaginem praeſeferunt cum epigraphe *S. Januarius*, & in averſa parte: *Sergius Dux*, & *Athanaſius Epiſcopus & Dux*, qui fortaſſe eas bullas obſignare mandarunt ad illius ſancti cultum, pietatemque fovendam. Ceterum Neapoli tam argentei, quam aurei, & ex aere nummi Imperiales Byzantini excudebantur, ſicuti in univerſis Graeci Imperii Regionibus, ut alibi dicendum.

Age nunc videamus, quaenam loca Neapolitano Du-

Digitized by Google

ci paruerint, ſuique Ducatus qui fines fuerint. Verum cum huic Ducatui varios quandoque limites deſcripſerint Auctores, hinc profecto fit, ut non in omnibus perinde finitimis urbibus dominati ſint Neapolitani Duces. Ac quidem uſque ad Carolum Magnum Imp. qui Langobardos Italia expulit, Graecique etiam Imperii fines reſtrinxit, Neapolitani Duces Siciliae Patricio ſubdebantur, tametſi dignitatem quandam, ſeu primatum, ſuper alias Ducatus urbes Neapolis praeferebat, ut Peregrinius noſter in ſuis Diſſertationibus hoc in opere recudendis innuit. Hinc quae, ut ſupra notavi, memorat Conſtant. Porphyrog. de Adm. Imp. cap. 27. duos ſcilicet Patricios in Italiam a Graecis Auguſtis, Imperio Romano Byzantium translato, miſſos fuiſſe, unum nempe *ad Siciliam*, *Calabriam*, *Neapolim*, *& Amalfim* adminiſtrandam: alterum ut *Beneventum*, *Capuam*, *Papiam*, aliaſque *Longobardiae* civitates regeret, falſi omnino evincitur. Quum eo temporis uſque ad Juſtini Aug. aevum, Regni noſtri Neapolitani Provinciae ſuis Conſularibus, Correctoribus, ac Praeſidibus paruiſſent, ut in ſynchronis Scriptoribus, inſcriptiſque lapidibus clariſſime patet. Exarchatu Ravennate exinde creato, cui immediate locorum Tranſtyberinae Langobardiae, & Romani Ducatus regimen commiſſum fuerat, illi tantummodo aliarum Ciſtyberinae Italiae Provinciarum cura demandata, Neapoli Duce conſtituto, Cajetae altero, aliiſque Amalfi, & Surrenti Ducibus ſive Comitibus, qui a Neapolitano dependebant; omneſque inſimul Exarchae primum parere tenebantur. Quo quidem extincto, tunc Patricii duo (ut aſſerit Porphyrogeneta) mitti debuerunt, quorum alter Siciliam, Brutios, Acropolim, & Ducatum Neapolitanum cum ſuis dependentibus Ducatibus Amalfitano, ſcil. Cajetano, & Surrentino, regebat: alter vero, qui aut Tarenti, aut Brundiſii, aut Hydrunti reſidebat, Veterem Calabriam, Lucaniam, Apuliam adminiſtrabat, ut ex eodem Porphyr. de Them. Imp. Orient. qui duo haec ſolummodo Langobardiae Themata enumerat; deinde aut memoriâ lapſus, aut ſibi ipſi more ſuo

ſuo contradicens, res, temporaque confundit; atque ita quidem ad ſeculum uſque IX. perſecutum fuiſſe, Scriptores pene omnes adfirmant.

Quumque Lucaniâ, Apuliâ, Calabriâ, Brutiiſque quibuſdam urbibus potiti fuiſſent Langobardi, Tarento, Brundiſioque etiam ſubactis, ſub uno tantummodo Siciliae Patricio, qui reliquam Langobardiae Ciſtyberinae partem regebat, omnes Brutiorum, Acropolis, & Neapolitani Ducatus urbes moderabatur, ut ex cit. Peregrinio in Diſs. aperte demonſtrabitur. Igitur ne res, aut aetates confundantur, planumque omnino Lectoribus fiat, ſub Exarchis primo Neapolis Ducatus conſiderandus eſt; deinde ſub Patriciis Siciliae; poſtremo jam e Sicilia Graecis pene eliminatis, aliiſque Regni noſtri Provinciis ad meridiem a Langobardis occupatis. Sane ſub Exarchis Ducatus Neapolis amplior extendebatur, quum nondum Langobardi Capuae fines meridianos praetergreſſi fuiſſent, aut Salerni vicinia. Neque heic praetermittendum exiſtimo, hallucinatum fuiſſe Jannonium in Hiſt. Civ. Neap. Tom. I. aſſerentem *feciſſe Neapolites notabiles acquiſitiones ſub Imp. Mauricio*, VI. exeunte ſeculo: quum ab epiſt. S. Gregorii Magni Lib. X. quam profert, dicatur ſolummodo tentatum fuiſſe Neapolites exſpoliare Inſulis ſibi pridem adnexis, quas ipſi Mauricius confirmavit, non autem eas rurſus conceſſiſſe. Quî igitur *notabiles* illae adquiſitiones, quas Jannonius memorat?

Fines igitur Ducatus Neapolitani erant (ſubacta jam a Longobardis peculiari Capuae Campania, quae a Lyri fluvio ad Literni uſque curſum ab ortu ad occaſum protendebatur) Liternum urbs ſeu Patrienſe Caſtrum & Lacus, Cumae, Miſenum, Puteoli (qui Aenariam, Prochyten, Neſida, Capreaſque inſulas e conſpectu habent); inde a Minervae Promontorio ab utroque latere Amalfitanus, ac Surrentinus Ducatus Tyrrheno mari abluti, Stabia, Lactarium, Nuceria, Sarnum, Nola (quae Coemeterii vulgo nomen tunc temporis obtinebat) Abella, Atellanumque caſtrum, cujus ager Acerrano, Nolano, Abellano,

lano, ac Liternenſi conjunctus, totum illud ſpatium ſimul occupabant, quod a Clanii ſive Literni fontibus ortum verſus ad Patrienſis uſque Turris locum, quo ſe in mare exonerat, ad occaſum, exſtare dignoſcitur: ibique plures Vici ſeu Villae erant, quae Liburiam Neapolitanam incolentibus commoda, ſedem, domiciliaque ſuppeditabant, ut in Diſs. de Liburia fuſius diſſeremus. Atque haec ſane hujus Ducatus extenſio ad medium uſque VIII. ſeculum perduravit. Ducatus autem Cajetanus a duobus aliis fluminibus includebatur, Lyri nempe ſeu Gariliano, & Ufente non procul a Terracina excurrente Boream verſus: ejuſque fines erant Minturnae, Formiae, monteſque ii, qui urbes haſce circumeunt, Itrum ſive Itrium, Fundi, Terracina, Spelunca, quibus Cajeta in Promontorii angulo praeerat, illique etiam adjuncta Pontia Inſula, quae Cajetae Ducibus ſuberat, ut patet ex Chron. Johannis Diaconi, in quo legitur Sergius Neap. Dux huic Inſulae ſtatim occurriſſe, quum a Saracenis Ann. DCCCXLVIII. oppugnabatur. De hoc vero Ducatu infra redibit ſermo; de Neapolitano nunc diſſeramus. Poſtquam igitur Langobardi Samnium, Lucaniam, Apuliam, & Campaniam ſubdidere, Neapolitanum Ducatum, eorumque Liburiam invaſere, ut ex Erchemp. didicimus. Quo factum eſt, ut Abellam, Sarnum, Nolamque, ſeu Coemeterium, jam moenibus ſuis exutum ab Alarico Rege, ut ſup. monuimus, occuparent Langobardi, qui Capuae ſcilicet degebant; ſenſimque Liternum, ſeu Patrienſe Caſtrum, aliaque ultra Clanium inferioris notae loca, ut ex Capitulari Sicardi Principis, infra adducendo, habemus. Qua de re ulterius etiam arma inferre auſi ſunt, Cumiſque expugnatis, ut Paul. Diac. Lib. VI. c. 40. perhibet, & Anaſt. Bibl. in Gregorio II. (ſub cujus Pontificatu Ann. DCCXVII. Langobardi Cumas occuparunt) Puteolis, Miſenique Caſtro minitabantur: quod ſane ſub Sicardo Benev. Principe ſubverſum eſt, ut Johann. Diac. de Transl. S. Soſii apud Surium, & Peregrinium loc. cit. Sed Johannes Neapolis Dux (cui *Cumani* ob id nomen datum fuit) non-

nondum hortationibus, ſed auxiliis quoque a praedicto Gregorio PP. II. impulſus, gloriaeque ſuae ſtimulis ſollicitatus, Cumanum Caſtrum aggreditur, brevique ſuo reſtituit Ducatui, Langobardis inde depulſis, Comiteſque ibidem (ſicuti & Miſeni, Puteoliſque aderant, de quibus etiam Capacius Hiſt. Neap. Lib. I. c. 9. diſſerit) remiſit, qui Neapolitano Duci ſuberant, eorumque Comitum meminit S. Gregorius Magnus in Epiſt. Chron. ined. Comit. Cap. veteraque Neapolis, & Caſini Tabularia *(a)*.

Neque tum fortaſſe Duces Amalfitani, ac Surrentini (qui Comites annuales etiam adpellabantur, ex Anon. Salern. & Amalf. Chron. MS.) ab alio dependiſſe autumo (ut etiam Peregrinio viſum eſt) quam a Neap. Duce, qui illic Duces, Comites, ſive Praeſides, ac Rectores Reipub. deſtinabat, aut ſaltem electos confirmabat: Neque urbs foederata ſolummodo, ſed aliquomodo ſubdita cenſebatur. At ne Amalfitani cives (quorum gloriam haud

(a) Cumae quamvis deſolatae adhuc in Feudum conceſſae fuere a Nortmannis Regibus, eorumque Andegavenſibus ſucceſſoribus. Poſtrema, quam habemus in Tabulario Reg. Siclae Neap., hujus Feudi mentio eſt venditio peracta a *Mabilia Johanni de Laja Curiam Vicariae Regenti A.* 1322. ibique fines, ejuſque jura deſcribuntur exigenda *pro Plateatico, Dogana, Taberna, Fuſariis, Paſcuis, Piſcibuſque, qui ibidem capiuntur*. Feudum iſtud ſitum deſcribitur prope *balnea Tripergulae*, *Palatium dictum* de Belvedere, *urbem Puteolos includens, Terram dictam de Campo Galli, Terram dictam ad Fumarole, & Septimana, cum medietate litoris Cumani*: ſicuti plenius legitur in Regeſto Caroli Ducis Calabriae ſign. 1322. lit. F. fol. 66. Nunc ejuſdem Feudi, locorumque ipſi adnexorum memoria periit, Tripergulae quoque Pago ab novi montis eructatione duobus ab hinc retro ſeculis conſepulto. Quoad Puteolos ſpectat, ad ſeculum uſque X. (ſicuti & Inſulae Neapoli proximae) Duci Neapolitano ſuberant. At quum chartae meminerint Puteolanos Langobardos Comites poſt A. M. conjectandum puto, Pandulfum *Caputferreum* poſtquam Neapoli, ejuſque Ducatu potitus eſſet, Puteolis Comitem adſignaſſe Langobardum, qui in urbe illa dominatus eſt, pluresque ibi per annos reſedit: itaut An. MXLVI. Johannes Neap. Dux Puteolos obſidione vallarit, exitu fortaſſe infelici, quod habemus ex Act. S. Severi Epiſcopi Neap. ap. Boland. die 40. April.

haud imminutam volo, quoſque ſummopere colo ac veneror) quod injuriâ fortaſſe affecti mihi ſuccenſeantur, attentius expendant, oro, quae Erchemp. enarrat num. 26. & 27. in quibus a Duce Neapolis Amalfitanos in Capuam, ejuſque agros miſſos fuiſſe, ait, quod & Anon. Salern. atque Oſtienſis confirmant, & clariſſime in Capitulari Sicardi Principis Ann. DCCCXXXVI. ubi legitur: *Promittimus nos Sicardus Princeps vobis Joanni electo S. Eccl. Neapolitanae, & Andreae Magiſtro Militum, vel populo vobis SUBJECTO Ducatus Neapolitani, Surrenti, & Amalfi, & ceteris caſtellis, vel locis, in quibus dominium tenetis &c.* & inferius: *Impleantur tam vobis, quam omnibus civitatibus vel Surrento, vel Amalfi, & ceteris caſtellis vobis SUBJECTIS terra, marique*, &c. Quare indubium, Amalfitanos, aeque ac Surrentinos Neapolitano Ducatui incluſos, uſque ad initium XI. ſeculi, ut vidimus, ejus Duci paruiſſe. Quod & perſpectum clarius habemus in obſidione urbis Amalfis ab Arechi Benev. Principe, quum Neap. Dux, exercitu comparato, Amalfim properavit, eique praeſto fuit, atque a belli anguſtiis eripuit, ut Scriptores, & Hadriani PP. Epiſt. 28. adfirmant: uti multoties in perpetuis fere Langobardorum in Surrentum, & Amalfim urbes obſidionibus, ac irruptionibus ex Oſtienſ. Lib. II. cap. 64. & Peregrinio diſcimus; ſed Neapolitanorum Ducum operâ liberatae, uſque ad ſec. X. & XI. quibus Landulfus Capuae, & Guaimarius IV. ſuam dignitatem omnino retinuere. Auguſtis tamen Occidentalibus aliquando ſuberat Amalfis, quum Sergius Neap. Dux Athanaſii Antiſtitis infenſiſſimus hoſtis, cum in Caſtro Lucullano detentum haberet, ipſumque liberare vellet Ludovicus Aug. A. DCCCLXIX. Amalfitanis *praecepit*, ut ſanctum Praeſulem e Caſtro educerent, & Surrentum incolumem transferrent, quod ſtatim, nec periculo procul, claſſe ad hoc adparata, confectum fuit. Quod quidem in Auguſtum ſubjectionis argumentum praeſefert. Nuceria, quae Neap. Duci parebat, jam fortaſſe primum a Salernitani Dynaſtis ſubjecta erat, quum ejus Principis exer-

exercitus libere ab Salerno Capuam pluries immiſſi fuerint, viamque ſibi Nuceriâ, Nolâ, Sueſſulâque confecerint: quod quidem neutiquam abſque periculo contigiſſet, ſi Nuceria adhuc ſeculo X. in poteſtatem Neap. Ducis manſiſſet. Neque diu poſt Surrento, & Amalfi Neapolitani Duces praefuere, quum poſt ſeculum Chr. XI. Surrentum a Langobardis Salernitanis ſubactum fuerit A. MXL. moxque etiam Amalfis, ut ſupra. Quibus urbibus deſpoliatus Ducatus Neapolitanus nimis profecto contractus eſt: Exarchatu Ravennenſi a Graecis etiam amiſſo, atque aliis Ducatus Romani oppidis, illique adjunctis: indeque Ducatu Cajetano, qui Romano Pontifici ab Imp. Carolo Magno Graecis erepto conceſſus fuit, ut ex Ep. Hadriani PP. aperitur. Nec diu poſt Graeci Ducatum illum iterum occuparunt, Praetorque ibi Siciliae, ſive Patricius reſedit, ut ex ejuſdem PP. Ep. 73. ad eundem Carolum M. Auguſtum apud Peregrinium Diſs. V. rurſumque Romanae Sedi reſtitutum legimus apud Erchemp. n. 65. & Oſtienſ. Lib. I. c. 42. qui adfirmat, Pandenulfum Capuae Comitem rogaſſe Johannem Pontificem, ut ſibi Cajetam cederet, quae tunc ſub Sedis Apoſtolicae dominio erat. Nec dubium, quin Johannis VIII. aevo (ut ex ejuſdem PP. Epiſt. 69. & 74.) loca permulta Romanus Pontifex circumcirca Cajetanum Caſtrum obtinuerit: quamvis Cajetam haud prorſus amiſſam eo temporis Graecis Imperatoribus fuiſſe, veteres illius urbis, & Caſs. Monaſterii, eorundem nominibus poſtea inſcriptae chartulae memorent. At revera poſtremis inde Langobardorum temporibus Capuano Principatui Terracinam uſque adjudicatus fuit Cajetae Ducatus, quo Dynaſtiam illam uſque ad Neapolitani Regni fines ex Oſtienſi, aliiſque mirifice propagatam ſcimus.

An autem Cajetanus hic Ducatus Neapolitano pleno jure ſubeſſet, Scriptores omnino ſilent. Quod vero a conjectura minime abhorret, in medium adferam. Sane ſub hujus Ducatus initio Cajetae Duces ab Ravennatis Exarchae imperio pendebant, nec quicquam cum Neapolis Du-

Digitized by Google

Duce iis commune erat, quam quod Graecis Augg. eorumque Exarchis, aut Patriciis, ſive Praetoribus, Siciliae ſubjectionis ſpecimen quoddam praeſtarent, atque ſibimet invicem auxilia praeberent: quod quidem in obſidione Cajetae, Pontiaeque Inſulae ipſi adnexae, a Saracenis A. DCCCXLVII. & DCCCXLVIII. ſub Sergio Duce compertum habemus, qui Caeſarium ſuum filium cum ſuis, & Amalfitanis terra, marique copiis tranſmiſſis, ad Cajetae Ducatus conſervationem deſtinavit, ut infra videndum erit. Quare perpetuo eos foedere adjunctos eſſe cenſendum eſt, & utrumque Ducem commiſſae ſibi Provinciae curam disjunctim ſubiiſſe: non autem alter alteri vel ad Praefecturam deſtinatus, vel ab altero dependens, ſicuti quod ad Ducem Neapolitanum erant Surrentinus, & Amalfitanus Duces, ſeu Comites, qui a Suprema Neapolitani Ducis poteſtate confirmationem ſaltem ſuae dignitatis fortaſſe exſpectabant, tributaque, arma, ac ſtipendiarios milites, naveſque in jus foederis, & ſubjectionis perſolvere quotannis debebant, ut a Neap. Duce auxilia, quum neceſſitas cogeret, merito exigerent. Neque profecto exemplum quodpiam nobis Chronographi ſuppeditant, in quo Dux Cajetae (qui ſuis quoque Comitibus praeerat) vel a Neapolitano miſſus fuerit, vel contra. Aliquando tamen ſequioribus ſeculis Cajetae Ducem Neapolitano ſubjectum Scriptores aliqui autumant: at quod ipſi venditant, verum ſit, necne, heic explanare nihil moror; quum ex Chartis, & Scriptoribus nihil omnino certi colligendum videatur. Ulterius progrediamur.

Igitur quum Neapolis Duces inter perpetuos Langobardorum inſultus, eorumque in Liburiam incurſiones, ſub Sicardo praeſertim Principe, illis obſiſterent, nec ſuis dumtaxat viribus poſſent contendere, illorum amicitiam, foeduſque implorare, tributaque annuatim pro Liburiae agris (ſecus vero pro Cajetano Ducatu, ut patet) iis pendere *Collatae*, & *Priſtinae* coacti ſunt, quod infra in Capitulari Sicardi Principis opportunius explicabitur. Immo hoc tributum diſcordiae cauſa fuit, bellorumque per-

perpetuus fomes; quum enim paucis vix lapſis a foedere confirmato annis Neapolitani Duces illud exſolvere renuiſſent, exercitus ſtatim in eorum Liburiam immittebantur, qui agros undique ferro flammiſque vaſtabant, captivos eorum incolas adſportabant, urbemque ipſam Neapolim obſidione vallabant, quod ei debitum Langobardis tributum praeſtarent, novoque ii ſacramento inpoſterum praeſtandi ſeſe obligarent, quod ex Capitularibus, ex Erchemp. Anon. Salern. aliiſque Chronologis apertiſſime colligitur. Quinimo & Imperatoribus Occidentis Ludovico Pio, Lothario ejus filio, ejuſque nepoti Ludovico II. tributum alterum a Neapolitibus ſolvendum erat, ut teſtatur Erchemp. n. *10.* & Anon. Salern. ut ſupra, qui epiſtolam illam producit, quam Ludovicus Junior Baſilio Auguſto Conſtantinopolim miſit A. circ. DCCCLXX. vel DCCCLXXI. juxta Baronii ſententiam n. 54. & ſeqq. in qua epiſtola palam fatetur Francorum Auguſtus: *Poſtremo de Neapoli nobis fraternitas tua monuit, quaſi miſerimus populum noſtrum ad incidendas arbores, & meſſes cremandas, & hanc* (Neapolim) *ditioni noſtrae ſubdendam: cum licet ab olim noſtra fuerit, & parentibus noſtris Imperatoribus tributa perſolverit; verum nos praeter ſolitas functiones nihil exegimus &c.* Quibus ex verbis conjicere facile poſſumus, hanc tributi penſitationem a Neapolitibus Occidentalibus Impp. ſolvendam a Caroli M. aetate praeſcriptam fuiſſe, quo tempore Ducatum Cajetanum, totamque illam Campaniae partem, quae ſub Graecorum poteſtate erat, Francorum imperio ceſſit. An vero tam Langobardis, quam Francis iſthaec tributa a Neapolitanis eodem tempore praeſtarentur, incertum. Attamen cum anno DCCCXXXVI. jam Sicardo Beneventi Principi exſolvendum *Collatae*, & *Priſtinae* tributum conſtitutum fuerit ut ſupra; & in Ep. Ludovici II. Ann. DCCCLXX. adfirmarentur tributa a Neap. Ducibus debita Impp. Occidentis *Parentibus noſtris* ab exitu fortaſſe VIII. vel IX. ſeculi initio, jam patere mihi videtur, tam Francis Auguſtis, quam Langobardis Benev. Dynaſtis tributa a Neapolitanis eodem tem-

pore perſoluta. Quinimo iiſdem quandoque Impp. Francis paruiſſe Neap. Duces aeque certum eſt. Anno enim DCCCXXXVIII. Andreas Dux ad Lotharium Aug. nuncios miſit, ut ſuae urbi auxilium in Saracenos ſuppeditaret, ut enarrant Chronologi: ex quo patet, non tam jure foederis, ſed ſubjectionis Occidentales Auguſtos Neapoli aliquomodo praeeſſe. At neque tantummodo Francis Augg. Langobardiſque Principibus vectigalia tributa certiſſimum eſt; quam etiam Saracenis aliquando ſibi foederatis, quum Sergius Dux A. circ. DCCCLXXI. *unionem fecit cum Saracenis, & pactizavit dare eis adjutorium quocunque tempore neceſſitatem habuerint*: eiſque domicilia prope urbem conſtituit, victumque quotidianum, atque cibaria ſpopondit. *Pro quibus ſubventionibus*, atque *adjumentis*, quamvis *aurum atque argentum* Saraceni erogare tenerentur; indubium tamen eſt, pluries per vim vectigalia, cibariaque a civibus extorſiſſe, quum Neapolim multoties invaſiſſent, ejuſque agros, domoſque depopulantes, eorum quoque adoleſcentulas, juvenculoſque rapientes *ſuo mancipabant ſervitio*: quod ex Scriptoribus, aliiſque veteribus monumentis oſtenditur. Id quoque ab Athanaſio Sergii Ducis ſucceſſore confirmatum fuit cum infidelibus Saracenis, ſtationemque eiſdem impertivit peculiarem Neapolis agrum ſeu Villas, ortum verſus, & circa Veſevum montem: loca ſcil. Retinae, (ſub qua olim Herculaneum oppidum a montis hujus cineribus ſepultum, ut memorant; neque de eo heic diſſerendum pluribus conſentaneum videtur) ad Turres, S. Georgii, aliaque ad litus loca finitima, de quibus alibi opportunius: inſuper & portum iiſdem liberum promiſiſſe Neap. Duces ex Chron. infra Duc. Neap. n. 12. conjicere poſſumus. Quod profecto cum Saracenis foedus S. Eccleſiae maximopere diſplicuit; nec facile Neapolit. Civitas anathematis vinculo, quo ob id illigata fuerat, a Johanne PP. VIII. abſoluta fuiſſet, ut alibi diximus, niſi diſrupto impio foedere, expulſiſque e Neapolitano agro Saracenorum cohortibus.

Age nunc videamus, an ultra tributa Langobardis pri-

Google

primum a Neapolitanis Ducibus praeſtita, ab iis quandoque ſubjugata fuerit urbs Neapolis. Negat omnino Auctor Tabulae Chorographicae medii Aevi apud Murator. Script. Ital. Tom. X. Sect. 24. num. 142. *Langobardis* (ait) *numquam ceſſit Neapolis, etſi ſaepe tentata; illis tamen tributum ſolvebat .... ita expoſt Imperatoribus Francis* At quam vere, ac recte locutus fuerit, inferius dicam. Quae poſtea adjungit Anonymus heic, prorſus nova, ac fabuloſa quiſque eſſe perpendet: *Utique* (addit) *Comes Compſae, ſive Johannes Compſinus Langobardus illam* (Neapolim) *occupavit; ſed ſtatim ejectus, & occiſus A. DCXVI.* At unde iſthaec mira expiſcatus fuerit Anonymus monumenta, ignoramus. Paulum Diac. affert. Lib. IV. cap. 35. ſed Johannem Conſinum neutiquam Langobardum fuiſſe perhibet; potius Graecum quendam Neapolis Ducem, aut civem, qui Patriae libertatem opprimere tentarat, & ab Ravennae Exarcha depreſſum ſtatim, atque occiſum fuiſſe adſerit, Duce alio Neapoli ſubſtituto, ut infra. Quod & clarius Anaſtaſ. Bibl. in PP. *Deus dedit* confirmat: *Venit Neapolim* (Exarcha) *quae tenebatur a Johanne Conſino* (a) *antarta* (ſive *rebelle*, ut explicat Peregrinius in Diſſ. V. quem conſule) *& interfecit eum*. Si rebellis Conſinus, quare Langorbardus reputandus erit, ſecus Graecus, aut Neapolitanus? Camillus noſter, tametſi multa de Neap. Ducatu verba fecerit, hoc nihilominus reticere fortaſſe dignum putavit; ne quum Capuae Principis gloriam extolleret, Neapolitanorum ſuorum ſplendori aliquomodo officere videretur. Multiplici a Langobardis obſidione Neapolim tentatam, plane ſcimus, traduntque Chronologi omnes. At fruſtra conatos ab ſeculo VI. ad XI. uſq. Scriptores iidem fatentur. A Zotone Beneventi Duce Neapolim primum obſidione vallatam fuiſſe ſub Reduce hujus urbis Antiſtite in Tom. I. hujus operis explicavimus. Sub Sicone, Sicardo, ceteriſque Langobardorum Dyna-

 ſtis

(a) *Intarta* habet Jo: Diac. in Epp. Neap. in Johanne. num. 28. *Eleutherius Patricius & Eunuchus factus intarta aſſumſit Regnum*.

ſtis rurſus obſeſſam cognoſcis. Nunquam tamen ab iis ſubjugatam volunt; licet ad penſitanda tributa, vel ad obſides conſtituendos aliquando fuerit adacta. At quum A. MXXV. Pandulfus de Sancta Agatha Capuae Princeps (quem Henricus Imperator Principatu exturbaverat, & in Germaniam, ſuam ob crudelitatem, rapinas, ac ſcelera relegarat, & Pandulfum Teani Comitem Capuae Dynaſtiae ſuffecerat) e vinculis ereptus, Capuanum ſibi Principatum vindicaſſet, Teanenſi depulſo; qui Sergii Ducis Neap. fretus auxilio Neapolim fugiens nova belli ſemina in aemulum meditabatur; Sanctagathenſis, ut ſe a tam vicini, potentiſque hoſtis machinationibus, periculiſque tandem eriperet, Neapolitanam urbem aggrediens, Salernitani Principis Guaimarii, Northmannorum, Graecorumque auxilio (ut aemulis Theutonicis obſiſterent, qui Teanenſi vires ſuppeditabant) vi, doliſques ſubmiſit, Pandulfo Teanenſi Romam, ubi obiit, ac Duce Sergio in Apuliam clam fugae datis, ut eorum vitam excidiumque libertate ſaltem compenſarent. Quo factum eſt, ut direpta urbe, civibuſque oppreſſis, Ducis titulo decoratus eſt Capuae Princeps Pandulfus, ut ex chartis Chron. S. Vinc. in Vulturno, S. Mariae in Cingla, Monaſterii Monialium S. Johannis Capuae, aliiſque patet, hoc ſcilicet titulo: *In nomine Dom. noſtri Jeſu Chriſti Dei Aeterni XIII. Anno Principatus Domini Pandolfi, & IX. Anno Principatus Domini Pandolfi ejus filio glorioſis Principibus; nec non & primo Anno Principatus Neapolitanorum ipſorum glorioſorum Principum menſe Aprilis XI. Indict. Actum Teani.* Haec in Chron. Vulturnenſi apud Murator. Tom. I. Par. II. Script. Ital. in charta Monaſt. S. Johannis Capuae legitur confirmatio quaedam *bonorum Adoaldi Clerici in pertinenciis de Caſerta Anno XIV. Principatus Dom. Pandolfi, & X. Anno Principatus Pandolfi ejus filii, & II. Anno Ducatus Neapoles eorundem glorioſis Principibus menſe Junio XII. Indict. Actum Neapole.* Sicuti hoc idem profertur in charta alia Monaſt. S. Laurentii Averſae *data menſe Marcii. Actum Capuae feliciter*. In Chronico tamen

men Cinglenſis Monaſterii habetur: *An. MXXVII. Ind.X. menſe Nobembri. Pandolfus Princeps Neapoles compreendit, & eam funditus depopulatus eſt. Sergius Dux, & Comes Teani in fugam ſe commiſerunt, & Capue Princeps factus eſt Dux Neapolitum annos duos, & menſ. ſex .... An. MXXX. Ind. XIII. menſe Aprilis. Sergius Dux cum Francigenis*, (ideſt Northmannis) *Grecis, & Neapolitibus urbem ſuam regreditur. Et poſt aliquot dies per dolum optinuit eam, Capuanitis depulſis*. Dicendum igitur, neque Oſtienſem Lib. II. cap. 58. neque Anonymum Caſſin. in Chron. A.MXXVII. nobis vera minutim retuliſſe. Ille enim, Oſtienſis, nempe inquit: *Sed anno ſequenti* (i.A.MXXVII.) *& ipſa quoque Neapoli a Capuano Principe* (Pandulfo) *capta, & Sergio Magiſtro Militum exinde pulſo, rurſum Teanenſis* (Comes) *Pandulfus a facie ipſius Romam aufugiens, ibidem exul defunctus eſt: tenuitque Neapolim Capuanus Princeps per annos ferme tres*. Alter, videlicet Caſſ.Anon. ait: *A.MXXVII. idem Pandulfus Princeps ingreſſus eſt Neapolim, & obtinuit eam anno uno, & menſ. V.* ubi allato primum Oſtienſis textu, notavit Peregrinius noſter: *Igitur in Anonymo ſcriptum prius fuerat: obtinuit eam annis II. & menſ.V. altera autem unitatis nota in vetuſtiſſimo codice exoleta recentiores librarii ſcripſere anno uno &c.* Ex Cingleſi Chronico adparet, nondum unitatis notam *in Anno* fortaſſe exoletam fuiſſe, ſed etiam *in menſe*.

Quomodocunque tamen ſe res habeat, clariſſime patet, Pandulfum Capuae Principem annos duos, & menſes ſex, ſcil. a Novembri A. MXXVII. ad Aprilem MXXX. Neapolis Ducatum tenuiſſe. Quapropter qui Neapolim nunquam a Langobardis ſubjugatam, aut poſſeſſam fuiſſe ajunt, hallucinati profecto ſunt: quum veriſſimum ſane ſit, urbi huic, ejuſque Ducatui ab A.MXXVII. ad MXXX. Capuae Principem dominatum fuiſſe, eoque Ducis titulo inſignitum in Chartis, & Chronologis agnoſcimus. Exeunte Aprili MXXX. iterum Sergius Northmannorum auxilio Ducatum recepit, atque exinde hiſce non tam foedere,

quam

quam adfinitate conjunctus Ducatum pacifice retinuit: Johannique ejus filio Ducatum reliquit. Immo ut a Langobardis inpoſterum ſecurior Neapolis Ducatus evaderet, Northmannis Atellae Caſtrum, proximumque agrum in Liburia Occaſum verſus conceſſit Sergius Dux, ut novam Averſae urbem exſtruentes, Langobardis viam Ducatum Neapolis invadendi praecluderent. At quam mendax, atque futile hominum conſilium! Quos ipſe ſibi amicos, ac defenſores promiſerat, iidem Neapolitanae libertati pedetentim laqueum pararunt. Northmanni enim poſteaquam Capuae Principatu, pulſis Langobardis, potiti ſunt, Neap. quoque Ducatum opprimere ſategerunt, eumque obtinuit Rogerius (quantumvis pluries urbem bellis impetiviſſet) A. MXXXVII. (ſecus vero MXXX. ut nuperus Hiſt.Neap. Scriptor, Jul.Caeſ. Capacio inhaerens, adfirmat Tom.III. Lib.IV.in fin. ubi fabuloſam Neap. Ducum ſeriem farcit) quo Innocentio PP. II. & Conrado Imp. Auguſto ex Apulia profectis, Rogerius ipſe a Duce Neap. ſeu Magiſtro Militum Sergio fidelitatis *homagium* accepit menſe Septembris, ut habet Falco Benev. in Chr. Quem Sergium paulo poſt, Regio exercitu in Apulia profligato, peremtum fuiſſe narrat idem Falco. Quare A. MXXXIX. *Cives Neap. venerunt Beneventum, & civitatem Neapolim ad novam Regis fidelitatem tradentes, Ducem filium ejus* (Anphuſum Capuae Principem) *duxerunt, & ejus fidelitati colla ſubmittunt*. Quod & Alex. Teleſ. Lib.II. cap.67. confirmat: *Qui* (Sergius) *venit ad eum* (Rogerium), *qui genibus flexis, manuſque ſuas manibus ejus immittens ſuum ei homagium ſubdidit, fidelitatemque juravit*. Quod & repetunt Romuald. Salern. & Cinglenſ. Chronologi; & Petr. Diac. in Chr. Caſs. Lib. IV. *Petrus autem Cardinalis Rogerio Duci Apuliae coronam tribuens, & per privilegium Capuae Principatum, & Ducatum Neapolitanum cum Apulia, Calabria, & Sicilia illi confirmans*.

Rogerius itaque Rex urbe Neapoli potitus, poſtquam Capuae, ac Salerni Principatum, totamque Apuliam, Calabriam, reliquaſque hujus Regni Provincias ſuo ſubmiſiſ-

miſiſſet imperio, e Dynaſtiis minoribus ſupremam omnium Provinciarum poteſtatem, ac dominationem complectens, Rex tam Siciliae ultra Pharum (quae proprie Sicilia dicitur), quam citra (quae Neapolis adpellatur) coronatus eſt: illoque ex tempore ſucceſſoribus Regibus nomen omenque dedit, (perinde ut nunc eſt) extinctis cunctis aliis Salerni, Capuae, Beneventi Principatibus Langobardis: necnon Apuliae Ducatu, aliiſque minoribus Comitatibus Northmannorum, ut plenius alibi in Diſſertationibus explicabitur.

Abſoluta jam brevi Ducatus noſtri Neapolitani deſcritione (ceteris, quae ad clariorem ejuſdem urbis Hiſtoriam, notionemque conferunt, praetermiſſis, & Spartam hanc meis Cl. Viris Neapolitanis illuſtrandam relinquo) reliquum eſt, ut ulterius progredientes ad Chronici Ducum ejuſdem urbis deſcriptionem, Authorem, ſtilum, ceteraque deveniamus. Ac profecto viro Cl. Johanni Bernardino Taſurio Neritonenſi Patricio tam de literaria Republica benemerito, ſatiſque eruditis Italiae viris noto, ac ſatis commendato plurimum debemus, qui praeter alia rerum inſignia monumenta hoc tam praeclarum theſaurum hactenus ignotum nobis oſtendit, ac detexit. Is igitur inter Barthol. Taſurii (a) Abavi ſui gazas hunc MS. codicem ſervarat incolumem (inventum olim, ut perhibet Franc. Franza in monum. urbis Tropeae MS. apud P. Carolum Borrellum in ſuis Miſcellan. in Tabulario Monaſterii Squillacenſis in Calabria ſec. XVII. initio cujus autographum deperditum flemus) uſque ad Annum MDCCXLIII. quo vetera inter aliquot Regni Neapolitani monumenta typis illum committere meditabatur. At quum Neritina urbs dire anno antedicto terrae motu quaſſata fuiſſet, ipſiuſque Taſurii domus partim foret exciſa, Bibliotheca ruinis oppleta, ſub ipſis diu latitantes, imo ſepulti, lacerati, ac pene conſumti codices, pluviis ſuper-

(a) Barth. Taſurius ſui temporis doctiſſimus vir adpellatus fuit a Scip. Ammirato in ſuo de Neap. Famil. libro, Tom.I. p....

ſupervenientibus, integre deperditi fortaſſe forent, niſi Cl. Tafurii diligens cura, ac ſedula ſollicitudo acceſſiſſet; qui, quum primum potuit, e ruinis illos recuperandos curavit. At pro dolor! ex codicibus deperditis, quidam vix ſedulitate ſumma, non tamen integri foras eruti; ex quibus Chronicon hoc noſtrum; cujus finis deſideratur, nedum una vel altera pagina etiam carens, uti erat, ſed characteres complures conſpurcatos, ac pene deletos, lacunaſque quamplurimas praeſefert. Utut illud igitur eſt, Lector humaniſſime, heic tibi legendum offèro cum adnotatiunculis quibuſdam Thomae (a) Tafurii, Jo: Bernardini filii digniſſimi, qui ſuae eruditionis, patrem aemulatus, partus quoſdam literariae Reipubl. jam donavit, alioſque quamprimum daturum pollicetur.

Codex charta goſſipina exaratus eſt, characteribus minutis, ſed elegantibus: qui exſcriptus creditur (antequam autographus periret) ſeculi XV. initio, quo quidem tempore ea ſcribendi forma, iiſque characteribus utebantur diligentiores noſtri amanuenſes. Auctor quiſnam fuerit, fatetur ipſemet num. XV. in fine: Ubaldus nempe Monachus, & fortaſſe Cancellarius Coenobii SS. Severini, & Soſii Caſinenſium Neapolis, qui vivebat ſub Everardo Abbate circiter A. MCLXXIV. regnante Guilelmo II. utriuſque Siciliae Rege, qui pietatis operibus maxime intentus, ſacrorumque miniſtrorum decori, atque Eccleſiarum inſtaurationibus, *Boni Regis* nomen adquiſivit. Hoc ex eodem Chronologo, & ex chartis praecitati Monaſterii diſcimus. Ille in Sergio Duce num. XXIX. in fine, de inſtauratis quibuſdam Coenobii aedibus verba faciens, ait: *illae combuſtae pro inopia coenobii .... non ſunt inſtauratae ... ſolummodo hodie ſupplicibus mei Abbatis Everardi, & largitione Regis noſtri Guilelmi datum eſt principium illas reſarcire*. Monaſterii vero chartae adfirmant, Everardum Abbatem ibi praefuiſſe A. MCLXXIII. & ſe-

(a) Et ipſe etiam ſui ingenii partus edidit, majoreſque in diem Reſp. Literaria exſpectat.

& ſequentibus uſque ad A. MCLXXIX. & in iis aliquando Averardus, Aberaldus, & Aebẽrardus vocatur. Hinc dicendum circa An. MCLXXV. (ut opinatus eſt etiam Cl. Tafurius Tom. II. Script. Regni Neap. pag. 326) Chronicon iſtud ab Ubaldo fuiſſe deſcriptum, vel ab Emortualibus, ſeu Necrologiis ejuſdem Monaſterii, vel ab ipſius Tabularii monumentis, ut ipſemet fatetur.

Stilus haud inſolentem illius aevi latinitatis barbariem ſapit. Voces ibi quaedam Italo-latinae potius ſonant: orthographia praeter modum rudis, incultaque (quod aut Auctori, aut amanuenſis incuriae tribuendum ſit, ignoramus): phraſis ſaepe inſulſa, quandoque inepta; ſed ſincerum hiſtoriae ſtilum referens, non tam Monachi, quam ſeculi characterem praefert. Sed nec erroris, aut falſitatis nota raro ſignandus eſt, quum res potiſſimum ſcitu digniores minutim, & ſincere deſcribat, ſeriemque Ducum, aetatem, merita, aut vitia, moreſque fuco procul expromat.

Ac profecto ſi exemplar hujus Chronici integrum haberemus, totam profecto Neapolitanorum Ducum chronologicam ſeriem (qua quidem indigeremus, quum ſeries iſthaec adhuc mutila, incompletaque remaneat, multique Duces a Capacio, aliiſque etiam nuperis noſtris Scriptoribus, aut ficti omnino ſint, aut iidem multiplicati, aut de novo excogitati) facile cognoſceremus a Ducum initio ad Rogerium uſque I. utriuſque Siciliae Regem, poſtremumque Neapolis Ducem, ab ſeculo nempe VII. quod deficit, ad XII. id eſt ad A. MCXXXV. quo Ducatus extinctus; & ultra quoque ſub utroque Guilelmo I. & II. Rugerii ſucceſſoribus.

Attamen quae vel temporis edacitas, vel multiplex infortunium ex hoc abſtulit Chronico, majori, qua potero, diligentia, ex Johanne Diac. in Chron. Epiſ. Neap. aliiſque ſynchronis Hiſtoricis, chartiſve ſupplere, & illuſtrare curabo. Haec in adnotationibus patebunt; ibique quas ipſe, quas juvenis Tafurius, quas Muratorius in Joh. Diac. notas dederint, diſtinctim adferam, ne quid

Digitized by Google

ad hanc rem illuſtrandam omnino deficere videatur. Utque per partes hoc Chronicon explanetur, illi numeros adjicere placuit, exemplum a Peregrinio noſtro mutuatus, qui a ſe editos Chronographos numeris diſtinctim ordinavit.

Ceterum hocce ex Chronico multa quidem Hiſtoriae noſtrae obſcura illuſtrantur; quaeve in aliis aut confuſim, aut mutile enarrantur: immo de iis quandoque verbum nullum apud Scriptores. Nec parum ſane utilitatis, aut commodi nobis tribuunt illa Ducum noſtratium quae minutim nobis Ubaldus expendit geſta; aetas, qua vixerint; emortualis annus, quive vel Ducatum ſuſceperint, vel in ipſo aut hereditario jure, vel populi electione, vel a Graeco Siciliae Patricio delegati ſucceſſerint. Legentibus haec omnino patebunt: ſique alii, aut ego hallucinatus quandoque fuerim; ſin certa, vel veriſimilia ſaltem adfirmaverim, ipſi plane intelligent. Si quid vero in iis quod ſibi parum arrideat, vel imprudenter adſertum offendant, ipſi ſedulo emendare curent, nec meam inſcitiam accuſent, qui hoc pacto literariae Reip. bono conſultum putavi.

In ſequentibus, quae ſequuntur ad Chronicon Ducum Neap. Adnotationibus, quae literis ſignantur, Franciſci Mariae Pratilli Adnotationes ſunt. Quae numeris, Muratorii. Quae notis aliis, juvenis Taſurii. Haec monenda primum duxi, ne confuſionem legentibus gignant.

CHRO-

CHRONICI NEAPOLITANI

Antehac nunquam editi

FRAGMENTA.

Deeſt initium.

I. DOminus (*a*) Papa miſit ſuos Ambaſſiatores ad Ducem Joannem, ut ejiceret Longobardos, qui ſub eorum poteſtate ſubjugaverunt Cumam, cum magna diſplacentia Domini Papae. Dum Joannes cum ſuis gentibus ivit; & Cumam ſuo dominio ſubegit, occidit multos Longobardos, & alios captivos Neapolim miſit: Dux Joannes noluit Neapolim redire, ſed Cumae remanſit, & eam multis partibus muni-

(a) Quum hujus Chronici initium deſit, incertum an ab Ducatus primordiis exordium coeperit Ubaldus, vel a ſui Monaſterii exſtructione. Equidem SS. Severini & Soſii Coenobium quandonam Neapoli exaedificatum fuerit, ipſi etiam Monachi, noſterque diligentiſſimus Caeſar de Engenio in ſuo *Neap. Sacrae* opere ignorarunt. Dicerem potius, ab Ducum initio ſuam Ubaldum Hiſtoriam deſcripſiſſe, quum titulum ei impoſuerit: *Chronicon Ducum Neapolis:* quae fortaſſe verba hoc profecto indicare praemonſtrant. At vere ne Chronologus noſter ab Ducatus inſtitutione ſuum duxerit initium, an ſecus, dignum heic ſupplere exiſtimavi Ducum omnium, ſive Conſulum, & Magiſtrorum militum nomina, quos hactenus apud Scriptores, & veteres Chartas hujus urbis invenire licuit: quod legentibus ſane neque inutile, neque injucundum fore judicavi.

Primus Neapolis Dux, cujus memoriam nobis Scriptores prodidere, fuit *Scholaſticus*, qui quamvis a S. Gregorio Magno Pontif. Lib. II. Epiſt. 1. *Judex Campaniae* vocatus fuerit, poſtmodum ibidem Epiſt. 15. A. DXCIII. *Dux Campaniae & Vir memorabilis* adpellatus: nihilominus, ut ſupra notatum eſt, Campania tunc temporis ea ſolummodo reputabatur, quae a Langobardis nondum occupata fuerat, ejuſdemque Provinciae caput a Graecis exiſtimabatur Neapolis, in qua fortaſſe urbe Dux militiae, ſive Magiſter, & Provincialis reſidebat Praefectus, ut alibi dictum. Huic abſque dubio ſucceſſor poſt A. DXCIII. quum vivebat idem Dux, datus eſt, & fortaſſe An. circ. DXCVI.

Maurentius Magiſter militum, ut

munivit, & providit de militibus, ut denuo venienti Romualdo ad eam deprehendendam poſſit reſiſtere. Poſt divulgationem iſtius victoriae Dominus Papa valde gaviſus eſt, & miſit ſuos ambaxiatores ad congratulandum cum ipſo Duce Joanne, qui fuerunt hilariter recepti, & ho-

nori-

ut ex ejuſdem S. Greg. M. Epiſt. Lib. III. 72. & 74. Poſt quem

Gudiſcalcus Dux miſſus eſt A. DC. Idem Lib. VIII. Epiſt. 12. Eumque poſt triennium ſecutus

Guduinus Dux A. DCIII. ut apud eundem Lib. XII. Epiſt. 5. ejuſque Ducis meminit Cedrenus Hiſt. Com. ad A. XVII. Mauricii Imp. Tom. I. pag. 399. edit. Regiae, & Theoph. Samogaita Lib. VII. cap. 11. & 12. Eo aut fortaſſe demortuo, aut alio translato,

Conſtantius, ſeu *Conſtantinus Tribunus militum Neapolis cuſtodiae* ab eodem Pontifice Gregorio M. *datus eſt* (ut ex Epiſt. 24. Lib. XII.) quod Provinciam Campaniam regeret, ejuſque caput Neapolim; plurimum enim S. Pontificis intererat, ne Langobardi Graecorum Dynaſtiam ſubigerent, vel reſtringerent. At quantum Neapoli praefuerit Conſtantinus Tribunus militum (qui paulo ante S. Gregorii obitu *deputatus praeeſſe fuerat*, nempe A. DCIV.) quaeve ipſe in aemulos Langobardos tunc patraverit, vel quando, quave ex cauſa diſceſſerit, vel deceſſerit; aut quiſnam ipſi ſucceſſerit, ignoramus.

A conjectura haud abhorret, poſt Conſtantium Tribunum, ſeu militiae Magiſtrum in Ducatu Neap. *Johannem illum Conſinum* ſuffectum, qui urbis ſibi commiſſae libertatem opprimere, Regnique coronam vindicare tentavit, ut narrat Paul. Diac. Lib. IV. cap. 35. & Anaſt. Bibl. in *Deusdedit*, quos ſuperius memoravi. Sed *antartam* illum, ſive *rebellem* Eleutherius Exarcha ſtatim accurrens devicit, ac profligavit An. DCXVI. occiſoque Johanni Ducem alium Eleutherius ſufficere debuit, nobis ignotum: ignotique ſunt alii ad A. uſque DCCIV. quo

Dux, Conſul eminentiſſimus, Magiſter militum, atque Patricius Neapoli praeſidebat *Maximus Oecllarius*, cujus mentio habetur in charta quadam Monaſterii Monialium S. Sebaſtiani Neap. a P. Carolo Borrello Cler. Min. tranſcripta, & in ſuorum MSS. Theſauro in Bibl. S. Joſephi ejuſdem Ord. adſervato ſignata *A. VII. Fl. Tiberii Imp. Aug. Ind. II.* quae notae indicant A. DCCIV.

In charta alia Monaſterii S. Marcellini apud Chioccarellum in Catal. Epiſc. Neap. pag. 77. (quam aptius exſcriptam legi in MSS. P. Borelli) duorum Ducum, ſeu Conſulum, nobis adhuc ignotorum, memoria occurrit: ſcilicet *Georgii* (*Sergii* legerat Chioccarellus) atque *Gregorii Protoſpatarii*. Charta iſthaec conceſſionis in emphyteuſim exarata fuit A. DCCLXII. ſub Conſtantino Auguſto, & Leone Porphyr. ejus filio A. XII. necnon Paulo I. Pontifice: qua *Stephano Conſuli, & Epiſc. Neap.* a Monaſterio S. Marcellini conceſſa fuit *domus cum horto poſita in platea, quae dicitur ad Moneta in Regione Portanovenſi prope bona quondam bonae memoriae Theodonandae eminentiſſimae feminae relictae, quondam Georgii Ducis juxta bona quondam Gregorii eminentiſſimi Conſulis, Imperialis Spatharii, ac Ducis.* Quibus ex verbis duo nobis innoteſcunt Neap. Duces, qui ſeculo VIII. poſt *Maximum Oecllarium* praeeſſe debuerunt, ſcilicet ante Johannem (cui Cumani nomen ob recuperatam Cu-

ma-

norifice pertractati. *(b)* Mortuus eſt Dux Joannes morte naturali, & factus eſt Dux Civitatis Neapolis

721.

II. EXilaratus, & eo anno primo Aprilis fuit mortalitas magna in civitate Neapolis, & mortua eſt decima

marum urbem) a quo Ubaldi noſtri Chronicon initium deſumit, planeque ſeriem ſuam perſequitur uſque ad Pandulſum Capuae Principem, in quo deficit Chronicon, quod ſupplebimus ad ſeriei hujus chronologicae complementum.

(b) Gregorium fortaſſe *eminentiſſimum* Conſulem, & *Imperialem Spatharium*, ut dixi, ſubſecutus eſt *Johannes Dux, Conſul, & militum Magiſter* An. circ. DCCXIII. Hinc mutilum Ubaldi Chronicum incipit. At quae de Johanne Neap. Duce deperdita deſideramus, ex Johanne Diac. in Sergio Epiſcop. ſuppleri facile poſſunt. Ejuſdem verba heic affero: *Sergius Epiſcopus XXXVII. Hic dum adhuc ſub Presbyteri habitu degeret, Romoalt Rex* (Dux) *Langobardorum pacis fraude ſimulans, miſſo exercitu Cumanum Caſtrum* (1), *quodam tradente, invadit. Ad quem dum Johannes Magiſter Militum, cum ſuos adire feſtinaret, ad exſequendam benedictionem* (2) *divinitus iſte, de quo dictum eſt, Sacerdos inventus eſt. Data illico oratione, Dux* (3) *ille praeſeius votum Deo vovit dicens: Si Domino annuente proſpere recepturus Caſtrum advenero, poſt deceſſum Pontificis* (i. Laurentii Epiſc. Neapolitani) *ſi advixero, iſtum Epiſcopum ordinabo* (4). *Quod & factum eſt. Abierunt, ipſumque Caſtrum intrantes receperunt; atque ſtabilientes, incolumes ſunt omnes reverſi.*

Ab Anaſtaſio Bibl. Paulo Diac. Sigo-

(1) *De capto a Langobardis Cumano Caſtro videndus quoque Anaſt. in Greg. II. Hic enim Pontifex nihil non egit, ut illud Graeco Aug. recuperaretur, ac Neapolitanae ditioni rurſus conjungeretur.*

(2) *Nempe antequam ad pugnam educerentur milites, antiquitus etiam mos erat, ut a Chriſti Sacerdotibus benedictione donarentur. Ad id Sergius delectus fuit.*

(3) *Ab Anaſt. quoque appellatur* Johannes Dux Neap. *Aeque titulo* Magiſtri Militum, *ac* Ducis *fruebantur, qui Neap. olim urbem pro Graecis Imperatoribus regebant. Idem vero ſignificabatur utroque nomine. Sunt qui putant, iis temporibus Neapolim Remp. fuiſſe, & a Praefecto gubernatam, qui nullius Principis juri foret addictus. Mihi nondum erepta eſt dubitatio, fuiſſe adhuc ſupremam in Neapolim ditionem CPnis Auguſtis intactam.*

Haec ſiquidem probatiſſimorum Scriptorum communis ſententia eſt poſt Peregrinium. Pratill.

(4) *Ideſt eligendum curabo. Hinc deducit Ughellius, a Ducibus Neap. aliquando Epiſcopos illius urbis fuiſſe electos. Verum id minime conſequens eſt. Profecto non modicae partes erant Duci in electione Epiſcopi. Sed ſimul ad illam confluebant vota Cleri, & populi.*

cima pars perſonarum hominum, & mulierum (*c*). Dominus Dux ad inſtigationem Domini Imperatoris Leonis ivit contra Dominum Papam, & Romanos, & pugnavit cum eis. Duravit praelium a mane uſque ad tertiam, & Dux. Exilaratus cum Adriano ejus filio, & ſequacibus fortiſſime, & viriliter diu pugnavit, licet propter multitudinem inimicorum fortunam belli nequiverit tolerare, remanſit occiſus, ſicut & Adrianus, & alii partim interfecti, partim captivi, & alii fugati (*d*). Et in Ducatu electus fuit (*e*)

III. Teo-

Sigonio, aliiſque apud Baronium A. DCCXV. quae narrat Johannes Diac. de Sergio Presbytero, reticentur, ſicuti a Chronologo noſtro. Verene, an falſo locutus ſit, ut miraculoſenus Sergii electionem poſteris mandaret, ipſe viderit. Quod certum eſt, Gregorium II. Pontificem pluries Romualdum Benev. Ducem rogaſſe, ut Cumas reſtitueret; at fruſtra: quare gravi ipſe anathemate percuſſus eſt: Johannem interea Neap. Ducem expoſtulans, ut, valido comparato exercitu, Cumas recuperandas ſatageret, ſeptuaginta auri pondo eidem Duci Neap. pollicitus, ſi eas vindicaret: quod quidem accidit, Langobardis fere trecentis cum eorum Gaſtaldo occiſis, vivis vero pene quingentis comprehenſis, & Neapolim captivis abductis, auroque ſtatim a Pontifice exſoluto, ut praecitati Scriptores affirmant.

(c) De hac graviſſima Neapolis, totiuſque Campaniae peſtilentia Johannes Diac. aliique Scriptores paſſim.

(d) Anaſtaſ. apud Baron. A. DCCXXVI. praelia inter Pontificios Langobardis ſociatos pro ſacrarum imaginum cultu, Graecoſque Iconomachos, quibus Exhilaratus Dux favebat, pleniſſime enarrat, quem conſule. Autumant alii, non in praelio interfectos fuiſſe Ducem Neap. & Adrianum filium; ſed a Romanis captos in pugna fuiſſe, & poſtmodum jugulatos. Jannon. Hiſtor. Neap. Lib. V. §. 3. in princ. (Sigonium ad A. DCCXXVI. pro se, & Maimburg. Hiſt. Iconocl. Lib. I. adducens) ait, Exhilaratum, ejuſque filium a Neapolitanis Graecorum impietati reſiſtentibus ibidem occiſos fuiſſe. At Chronographo noſtro credendum magis, cui veritatem e veris, ſinceriſque fontibus haurire licuit. Neque fictum illum *Petrum Ducem* ab eodem nupero Hiſtorico Neap. Exhilarato ſucceſſiſſe adfirmo, quum ab Ubaldo noſtro reticeatur; neque apud alios prorſus invenire licuit. A Capacio fortaſſe haec mutuatus eſt Jannonius, ut novum fingeret Neap. Ducem, ut mox dicemus. Sigonius itidem, & Memburgius, ut ſupra, omnino haec ne ſomniare quidem auſi ſunt, quos conſule.

(e) Poſt Exhilaratum Ducem enumerat Capacius in Hiſtor Neap. Lib. I. Petrum, & Euſtachium: illum ex perperam intellectis Anaſtaſii verbis; alterum, quod Conſtantinopoli miſſus fuerit Ravennae Exarcha contra Pontificem; & Neapolim advenerit: *Hunc inter Neapolitanos Duces* (ejus ſunt verba) *ea tantum de cauſa recenſeo, quod in ea urbe fuerit, ut quod Exhilarato Imperator commiſerat, ipſe infectam rem exſe-*

que-

728.

III. TEodorus, qui fuit clemens, pius, & amator pacis & quietis. Saraceni, qui a Calabria, & Cicilia de continuo veniebant ad infeſtanda loca circum circa Neapolis a Domino Duce Teodoro ſemper fuerunt victi, fugati, & debellati. Tempore iſtius Ducis Neapolim venerunt plures Monachi fugientes de civitate Conſtantinopolis, qui nolebant obedire mandatis Domini Imperatoris Conſtantini, & exportaverunt multa corpora Sanctorum, & fuerunt hilariter recepti, & hoſpitati a Domino Duce; partim de illis iverunt ad Dominum Papam, & partim Neapolim remanſerunt *(f)*. Alphanus Secretarius Domini Imperatoris venit Neapolim, & praecepit, quod non obediatur Domino Papæ, neque tranſmittatur ei pecunia ſui redditus *(g)*. Mortuus eſt morte naturali Dux Teodorus, & loco ipſius electus in Ducem IV. Ste-

queretur. Plurimos profecto Duces habuiſſet Neapolis, ſi ex Capacii ſententia computandi omnes eſſent, qui Byzantio Neapolim venerant.

(f) Theodorus iſte *Dux & Conſul Neapolis* idem eſt, qui a Capacio in Catal. Duc. Neap. primo loco adnumeratur; *e*juſque eſt marmorea illa tabula Graecis characteribus inſculptà, quae ſervabatur in Aede SS. Petri & Pauli, male ab eodem tranſcripta, peſſimeque explicata, quum crediderit, Theodorum hunc ſub Conſtantino Magno Ducatum ſuum exercuiſſe. Chronologus noſter veritatem aperuit. Hic enim Dux Templa inſtaurare debuit, & praeſertim illud, in quo Graeca inſcriptio affixa legebatur, quam ejus pietatis encomia profert, ut vides. Fallitur profecto Jannonius qui credit, Theodorum Ducem vixiſſe A DCCXVII. quo Johannes Cumanus, ut vidimus, Neap. Ducatum regebat, ipſeque etiam teſtatus eſt. At neque hic primum, neque poſtremus Jannonii error.

(g) *Patrimoniorum* videl. *Romanae Eccleſiae*, pro quibus colligendis *Subdiaconi* in Campaniam a Summis Pontificibus mittebantur, qui Provinciae *Internuncii*, ſive *Subdelegati* dicebantur, & *Miniſtri Regionarii*, atque *Patrimoniorum S. R. E. Rectores*. Ipſis onus incumbebat exigendorum, colligendorumque fructuum ad fundos Patrimoniales pertinentes, plenamque etiam in Eccleſiaſticas res juriſdictionem exercebant, quod clare ex Epiſt. S. Gregorii M. patet, in quibus plures ille Campaniae Provinciae Subdiaconos memorat, eorumque miniſteria, ac juriſdictionem. Inſcriptio etiam *Theodimi Regionarii Subdiaconi, & Rectoris Sedis Apoſtolicae* viſitur adhuc Neapoli in Eccleſia S. Andreae, cujus quoq; meminit Baronius Tom. XI & Anaſtaſ. Bibl. in Greg. PP. II. Patrimonia iſthaec Campaniae Provinciae plura erant, a Subdiaconis exigenda, pauperibuſque eroganda, de quibus alibi fuſius diſſerendum.

Digitized by Google

759.

IV. STephanus, qui in primo ſui regiminis ingreſſu praecepit, dari pecuniam ſui redditus Domino Papae (*h*), & quod unuſquiſque debitam obedientiam Romanae Eccleſiae exhibeat, quapropter valde amatus fuit ab eodem Domino Papa (*i*), & promiſit, quod ſi contigerit, quod Dominus Imperator mitteret adverſus Romam ſuos milites, ipſe Dux adjutorium ferret ei cum ſuis militibus. Mortuo Paulo Epiſcopo Neapolitano, Clerus, & Populus Neapolitanus pro Epiſcopo voluit Ducem Stephanum, qui in A. DCCLXIV. Eccleſiæ (*l*) poſſeſſionem accepit. Dominus Dux, & Epiſcopus miſit ad Papam ſuos milites ab ipſo quaeſitos ad cuſtodiendam civitatem Romam. Eupraſſia filia ipſius Ducis, & Epiſcopi fuit uxorata cum Theophilacto. Et Caeſarium alium ejus filium ſocium voluit ſuo regimine. Divulgata fuit fama, quod Dominus Imperator Conſtantinus (*m*) mortuus erat, & val-

(h) Scil. Patrimoniorum Romanae Eccleſiae, quae in Campania exſtabant, ut ſupra notatum.

(i) i. *Paulo*. Vid. Anaſt. Bibl. & Binium.

(l) De Stephani Conſulis ac Ducis Neap. ejuſdemque poſtmodum Eccleſiae Epiſcopi, haec habet Johannes Diac. *Stephanus Epiſcopus ſedit An. XXXIII. menſ. V. dies XXVII. In eo ſiquidem anno, quo Epiſc. Paulus defunctus eſt, irato Deo, tanta deſaevit clades in Neapoli, ut patris interitum mors ſubſequeretur filiorum, & ad ſepeliendum rarus ſuperſtes inveniretur. Unde etiam prope omnes Clerici ejuſdem Epiſcopii vitam finirent, ac per hoc omnes Neapolitae ad praedictum accedentes Praeſulem magnis poſtularunt precibus, ut Eccleſiae ſanctae providus Paſtor accederet. Quorum petitiones non renuens Romanam Sedem laicus, & adhuc Conſul adiit. Nam Parthenopenſem Ducatum laudabili quiete XII. rexit annos .... Quem Domnus Stephanus* (III. hujus nominis Papa) *tantam populi devotionem cum in eum cerneret, tonſum ibidem, atque regulari promotione Epiſcopum conſecravit. Qui mox ab eo cum benedictione dimiſſus, ſuam repedavit ad urbem, & honorifice ſuſceptus eſt. Sic de divinis coepit ſtudere rebus, ac ſi puerulus in eis fuiſſet educatus. Uxor quoque ejus, adhuc illo Conſule, ex multis obierat annis ..... Qui decurſo ſeptuageſimo aetatis ſuae anno pacificus migravit e ſeculo. Sepultus eſt autem in Monaſterio S. Januarii intus Apſidam Eccleſiae S. Stephani Protom. Indictione XIII.* (non VIII. ut habet Muratorius) videl. A. DCCLXXXIX. quo, ex Ubaldo noſtro, Stephanus Dux, & Epiſcopus Neap. defunctus eſt.

(m) Scil. Copronymus, perfidus Iconomachorum fautor; & S. Sedis, Catholicorumque omnium perſecutor.

valde laetatus eſt Dux Stephanus, deinde compertum eſt, quod non fuit verum. *Aragiſius (n)* Dux Beneventi Amalphim civitatem maximam natura, & arte, & viribus bellantibus munitam, undique & terra, & mari, ſuorum militum confidens valore, non dubitavit affidere (*o*), & omni die terrifico inſultu muros hoſtiles non ceſſabat concutere. Amalphitani ex diverſa parte, & jactu lapidum, atque telorum creberrimo, ſatis audaciter civitatem nituntur propugnare. Poſteaquam viderunt neque dolis, neque viribus, quas praeſentes habebant ab oppugnatione Beneventanorum poſſe liberari, Legatos Neapolim pro implorando auxilio miſerunt, quod promiſſum ſtatim fuit a domino Duce, & filium ſuum Caeſarium eis miſit cum multis militibus. Poſtquam ambo exercitus convenerant, utrinque bellum violenter incipitur. Beneventani in principio fortiter feriendo, primis Neapolitanorum, & Amalphitanorum incurſionibus audaciſſime reſiſtunt. Caeſarius tanquam leo cum ſua acie audaciam multiplicavit, ipſis oppoſitis lanceis eos per latera transfigendo multos eorum interficiebat. Superatis Beneventanis, totus exercitus velociſſime in fugam convertitur, quos Caeſarius perſequendo aliis in vinculis poſitis, alios innumerabiles interficit. Poſtquam Caeſarius adepta victoriae laetitia fugientem Aragiſium manus ſuas videt evaſiſſe, ſuos ulterius perſequi prohibet, & hoc accidit anno 786. In ſequenti anno Aragiſius pacem inire voluit cum Duce Stephano, & Caeſarius ad inſtigationem ipſius Aragiſii profectus eſt cum ſuo exercitu Terracinam (*p*), quod aegre tulit

(n) Qui aliter Arechis dicebatur, Beneventi Dux, & poſtea I. ejuſdem Princeps.

(o) i. obſidere.

(p) Terracina ab Graecorum ditione tunc fortaſſe diſtracta fuerat, & S. Rom. Eccleſiae a Carolo M. cum aliis quamplurimis donata. Quare Arechis ab Irene Auguſta impulſus, ut Pontifici bellum inferret, Ducem quoque Neapolis hortata eſt, ut Beneventano Duci adjungeretur, & urbes ab ejus Imperio diſtractas, ac Pontifici Hadriano conceſſas recuperaret: quod aegre quidem tulerat S. Pontifex. Vid. Conſtit. Ludovici Pii, Nat. Alex. Pagium ad A. DCCLXXXVII. §. 7. & 8. alioſque.

tulit Dominus Papa . In anno altero mortuus eſt morte naturali Caeſarius cum magna diſplacentia Ducis Stephani ſui patris *(q)*. Venerunt Neapolim Iſcamus , & Leo ambaxiatores Domini Imperatoris , & excepti fuerunt cum magno honore , & laetitia . Demum anno 789. mortuus eſt Dux Stephanus morte naturali , & Ducatui ſucceſſit

789.

V. THeophilactus maritus Eupraſſiae filiae Ducis , & Epiſcopi Stephani *(r)* , qui noluit eſſe de partito

(q) Sepulcralis Caeſarii Conſulis tabula adhuc exſtat, eamque ſuo loco cum aliis Ducum Neap. Inſcriptionibus dabimus. Heic ſolummodo adnotare viſum eſt , ex hac Caeſarii Inſcriptione Chronico noſtro addi poſſe, illum obſidem Arichi Benev. Duci datum , dum adhuc puerulus eſſet, ut cum ipſo pacem firmaret Stephanus ejus genitor, cui Beneventanus Dynaſta vel Liburiae depopulationem , vel urbis obſidionem fuerat minitatus. Ibi enim legitur *Nutritius obſes Arichis, moderamine ſancto Salvaſti Patriam, permemorande tuam*. Caeſarius obiit A. DCCLXXXVIII. XII Kal Oct. Ind XII. ut ex eodem ſepulcri titulo. Quod quidem male interpretatus eſt nuperus Neap. Hiſt. Scriptor Troyius To. III. in Duc. Neap. adfirmans , Caeſarium A. DCCLXXXIV. diem ſuum obiiſſe . Utinam nec in aliis ſaepiſſime falleret! Quum poſt Caeſarium , & Stephanum Theophilactum e medio tulerit, Anthymumque repoſuerit.

(r) Paucis ſe Ubaldus noſter de Theophilacto Duce, ejuſque conjuge Eupraxia expedit. Aliqua ad ſupplementum ex Johanne Diac. n. XLII. adjicere curabo. Ille quidem ait : *Defuncto igitur Stephano Epiſcopo, Theophilactus gener ejus Conſulatum regebat Parthenopenſem . Qui obſtinatus avaritia nolebat , quempiam ex Clericali officio promoveri ad Sacrum Ordinem , dicens : Nolo exinde amaricare Eupraxiam meam uxorem . Illa quoque quaſi comperta occaſione referebat : lactati eſtis de morte genitoris mei , mihi credite , nullus ex vobis ad Epiſcopatum aſcendet . Diu autem iſta vertentes coeperunt omnes acclamare : date nobis quem vultis , quia ſine Paſtore eſſe non poſſumus . Tum illa femineis flammis accenſa hunc Paulum popularem , & laicum licet orbatum uxore , comprehendens tradidit illis . Sed cum nemo auderet illico tonſum electum ſibi facere non poſt multos dies pergens ad Sedem Romuleam a Domno Hadriano Epiſcopus eſt effectus. Hic cum reverſus eſſet , ex argento, quod Stephanus deceſſor ejus reliquerat , ſanctium induit , & deauravit Altarium Eccleſiae Stephaniae . . . . Quae dicta igitur Eupraxia Religioſa femina fabricavit in Regione Albienſi Monaſterium* (quod quidem adhuc Dominae Albinae vulgo adpellatur) *quod Eccleſiae Sanctae Dei Genitricis conjunxit , in quo a praedicto Epiſcopo Abbatiſſa eſt ordinata.* Haec acta fuere poſt mortem viri ſui Theophilacti , nempe poſt Ann. DCCCIX. quo Anthimus in Ducatu ſuffectus .

Digitized by Google

to Domini Papae, ne diſplacentiam daret Domino Imperatori. Morte naturali mortuus eſt, & in Ducatu ſucceſſit

809.

VI. ANtimus, qui noluit mandatis Domini Imperatoris obedire, ut cum ſuo exercitu adverſus Saracenos (ſ) ire debuiſſet; quapropter illi pervenerunt uſque Neapolim devaſtantes pagos, & loca ſine ullo obſtaculo, & impedimento: inculpatus fuit a Michaële Patricio Imperialis exercitus Duce de intelligentia cum Saracenis apud Dominum Imperatorem, dum poterat defen-

(ſ) De variis Saracenorum incurſionibus pleniſſime verba faciemus Tomo ſequenti in Diſſert. ad Chronicon Saracenico-Calabrum antecedenti anno typis primo evulgatum, quod emendatius, atque integrum, notiſque locupletatum recudemus. Ceterum quae heic a Chronologo noſtro Saracenica irruptione produntur, licet ab aliis reticeantur, veriſimilia tamen fuiſſe arbitror: quum ilthaec exeunte VIII. ſeculo, vel IX. ineunte accidiſſe a conjectura minime abhorreat. A DCCIC. Carolum M. Barcinone Saracenos expuliſſe poſt bimeſtrem urbis illius obſidionem Scriptores adfirmant; eaque tunc urbe potitus, Baleares etiam inſulas ab eorum jugo feliciſſime liberavit. Veriſimile eſt per id tempus Saracenos novas ſibi ſedes quaeſitum, iiſſe, Neapolim praecipue, ut quae a Graecis parum defenſa credebatur, vel ſibi foederatorum, amicorumque Langobardorum operâ; quippequi Neapolites ſemper infenſo animo perſequebantur. Quî vero haec Ubaldus finxit, cum in aliis minime inſincerum ſe prodat? Quid ab aliis haec Codicibus non effluxiſſe poterant, qui poſtea deperditi? Profecto Johannes Villanus in Neap. Chron. (qui ceteroqui fabuloſa quaedam enarrat, omneſque norunt emunctae naris viri) Saracenicam hanc irruptionem confirmat: & quamvis in anacroniſmum inciderit, ac ea, quae adſerit, minime conſentanea videantur, ea tamen neutiquam effingere potuiſſe autumo: ſed vel communi tunc civitatis fama, vel ab aliquo vetuſto Codice illa eruiſſe putandus eſt; idque vel maxime ex celebri S. Angeli miraculo confirmatur, quod tum accidiſſe refert; quodque a majoribus noſtris (quicquid alii cum Peregrinio noſtro opinati fuerint) perpetuo traditum fuiſſe non ignoramus. Credendum igitur vere Saracenos ſub Anthimo ad haec loca appuliſſe, ac Neapolitanum agrum primum vaſtaſſe, poſtmodum urbem ipſam obſediſſe: Ducemque illum aut improviſo timore perculſum, aut cum ſe imparem ad reſiſtendum agnoſceret, hoſtibus anſam praebuiſſe, ut cuncta circumquaque vaſtationibus, ruiniſque traderent, urbemque poſtmodum invaderent, ejuſque partem aliquam occuparent; ac deinde ex ea propulſi. Sed de his alibi opportunius dicam.

ſendere loca illa, & reliquit indefenſa. Exivit tunc fama, quod exercitus Domini Imperatoris Neapolim veniebat, & non reverteretur, niſi prius non deſtruebat domus, & omnia bona Domini Ducis Antimi; qua de re Dux Antimus volebat Romam fugere, & non potuit, & prae timore poſt paucos dies mortuus eſt (*t*), & Ducatui ſucceſſit

813.

VII. THeotiſtus; qui a Neapolitanis electus fuit in Ducem, ut obedirent mandatis Domini Imperatoris. Erat iſte advena natus in Graecia, & in Cicilia educatus, & ob ſcientiam militarem, quam poſſidebat, valde amatus a Domino Imperatore. Tempore ſui guber-

(t) Culpa, quam Anthimo Duci fortaſſe perterrefacto, vel impotenti impegerat Michaël Patricius, nempe proditionis, ab Johanne Diac. num. XLII. in fine indubie diluitur, ex iis quae de illius narrat pietatis, ac religionis operibus: *In ipſis igitur diebus* (inquit) *Anthimus Neapolitanorum Conſul ad honorem S. Pauli amplam conſtruxit Eccleſiam, quam pulchriori decoravit pictura, ubi res multas, multoſque obtulit ſervos. Et propter Leonis Romulei Papae Epiſcopatum (cujus tunc juris erat) Monaſterio S. Andreae* (*), *quod Cella nova dicitur, connectit. Fabricavit, & idem Conſul cum conjuge ſua Monaſterium S. Cyrici, & Julittae, in quo duodecim ſtatuit cellulas, quas hoſpitibus, peregriniſque cenſuit habitari, qui ex ipſius Eccleſiae alerentur rebus. In iſtis utique duabus Baſilicis praedictus Epiſcopus* (Paulus) *ſacras collocavit reliquias. Cum autem haec gererentur, defunctus eſt Anthimus Conſul, & de Neapoleos Conſulatu eſt orta ſeditio* (5), *cupientibus quidem multis honorem Ducatus arripere. Tunc Neapolitani cupientes magis extraneos, quam talibus ſuis ſubeſſe, miſerunt Siciliam, & inde advectum quendam Theoctiſtum ſibi magiſtrum militum ſtatuerunt.*

(5) *Conſtat hinc, & ex aliis ſubſequentibus locis hujus Chronici, tunc Neapolitano populo liberum fuiſſe ſuum ſibi eligere Ducem, ſive Conſulem, ac Militum Magiſtrum. Verum minime hinc certo deducas, tunc nullam amplius Graecis Imperatoribus poteſtatem, ac ditionem in Neapolitanos fuiſſe*, eo magis quod eligentes Theoctiſtum, mandatis Domini Imperatoris Neapolitani, quibus ipſe fortaſſe Auguſtus inſinuaverat, obedierunt, ut ex Chronologo noſtro perſpectum habemus. *Pratill.*

(*) *Hanc S. Andreae Eccleſiam, eam fuiſſe ſuſpicatur Capacius*, quoniam cum Pontificis jure connectit, quae ad Nili Sedile poſita eſt, ad Diaconiam dicta, *in qua Theodimi S. R. E. Subdiaconi Regionarii ſepulcrum exſtabat, ut ſuperius innui.* (*Pratill.*)

bernaculi pluries defenſit civitatem ab incurſionibus Saracenorum. Grimoaldus Dux Beneventi ad obſidendam Neapolim cum ſua gente profectus eſt, nam Dominus Dux Theoctiſtus voluit contra voluntatem Grimoaldi hoſpitari Dauferium Salernitanum (*u*). Videns Theoctiſtus, ſe non poſſe reſiſtere, pariterque ſciens, quod durum eſt contra homines fortes dimicare, coactus juravit Grimoaldo in omnibus obedire, & donavit illi non paucam ſummam auri, & argenti, & ſic exercitus Grimoaldi ad propria remeavit. Mortuus eſt Theoctiſtus, & ei ſucceſſit in Ducatu

817.

VIII. THeodorus Protoſpatarius, electus praecepto Domini Imperatoris contra voluntatem Neapolitanorum (*x*). Poſt quatuor annos illi ſe rebellarunt, & alium ſibi Ducem elegerunt, qui fuit

XII. An-

(u) Haec ſupra in Erchemp. & Salern. Anon. expendimus.

(x) En, quae de Theodori II. electione profert Johannes Diac. loco cit. Cui (Theoctiſto) *aliquantis decurſis temporibus* (*ut Graecorum moris eſt*) *ſucceſſit Theodorus Protoſpatharius* (6). *Interea Beneventani aliqui, antiqui hoſtis inſtinctu, Grimoaldum* (7) *Principem ſuum pene languentem peremerunt, & Siconem Forojulienſem* (8), *qui puerulus illuc*

(6) *Honorifici muneris genus, quod uni Conſtantinopolitani Caeſares conferebant. Hoc etiam ſuſpicionem creare poteſt, Neapolites nondum fuiſse prorſus exemtos e Graecorum Imperio. Neque fruſtra noſter interſerit :* Graecorum moris eſt. *Erchempertus tamen ad haec tempora* Magiſtrum militum memorat, qui tunc Neapoli regnabat. *Et in Epitaph. Siconis Princ. Benev. apud Peregr. ut alibi, Neapolitani appellantur :* Dominis ſolita Samnitum fraude rebelles.

(7) *Ideſt Grimoaldum IV. cujus violentam mortem Erchemp. n. 8. deſcribit.*

(8) *Siconem Benev. Princ. e Foro Julii originem ſuam duxiſſe, fortaſſis ignoraremus, niſi rem nobis hic eum Scriptor ſervaſſet. In ejus Epitaphio dicitur :*

Natus in Auſoniae praeſtanti corpore terra,
Francorum poſtquam caede ſubacta fuit.
Quem mater cernens eleganti luce nitentem,
Ad loca ſe rapuit non nocitura pio.

Nunc horum verborum ſenſum aſſequimur. Poſtquam Langobardicum Regnum A. DCCLXXIV. Franci ſibi ſubjecere, mater Siconem eodem anno natum e Foro Julii detulit Beneventum, quo nondum penetrarant Francorum arma; aut ſi penetrarant, Principibus Beneventanis pacem, ac pene integram auctoritatem reliquerant.

821.

IX. STephanus, aſſumpto civitatis gubernaculo contendit cum Sicone Beneventanorum Principe, qui cum ſuo exercitu obſedit Neapolim cum inſtantia obſtinata. Stephano igitur impugnantem (y) civitatem totis viribus defendente tempus quatuor menſium eſt elapſum, & aſperitate hyemis cogente, Beneventana militia ad propria eſt reverſa, expectans futuram aeſtatem, in qua ſperabat ſe Neapolim ſine dubio expugnare. Menſe Aprilis denuo venit Sicon Neapolim cum ſua militia, devaſtavit omnia circumcirca, & multum; ſed fruſtra laboravit cum machinis, & manganis ad expugnandam, & obtinendam civitatem, qua de re deſperatus finxit ſe capitulationem pacis, & concordiae facere velle, ideo miſit ſuos Ambaxiatores intus civitatem, qui ingreſſi ſubverterunt multos de populo pecunia, auro, & argento; & aliis pretioſioribus donis adverſus Stephanum. Quae conjuratio erat, ut ſtatim ipſi conjurati uno impetu in Ducem latenter inſurgerent, & ipſum aut caperent, aut interficerent, ut factum eſt (a), dum Stephanus debebat ſub-

cum matre ſua Abula venerat, Ducem fecerant . . . . In ipſis denique diebus Theodonanda uxor Anthimi quondam Ducis in ſuo Praetorio fecit Monaſterium (*) *S Marcellini, in quo Abbatiſſam ſuam neptem cum Ancillis Dei poſuit. Eodem in tempore Neapolitani Theodorum ſucceſſorem Theoctiſti Ducis propellentes Stephanum nepotem reſcripti Stephani Praeſulis* (**) *Conſulem elevaverunt. Cujus invidia commotus Sico Beneventanorum Princeps multa mala, nunc obſidendo, nunc depraedando Parthenopenſium irrogavit civitati, cupiens eam aliquo modo ſuo peſſimo dominatui ſubjugare:* cetera ſequentibus notis inſerentur.

(y) *Impugnatam*. Amanuenſis fort. ſphalma.

(a) Haec itidem Johannes Diac. adfirmat: *Sed cum exinde* (Sico) *non valeret ad effectum ſui venire, impios cives ejuſdem urbis, datis multis muneribus, miſit in lethale conſilium ipſius Ducis. Quid multa? Aeſtivo tempore, quando ſegetes reponuntur, eidem Duci pacem petenti, ſuos tranſmiſit Legatos, dans eis in praeceptum, ut doloſis loquerentur*

(*) *Etiamnum hoc Neapoli Monaſterium exſtat, de quo meminit Capacius, Chioccarellus, Engenius, aliique* (Pratill.)

(**) *Scil. Stephani I. qui Conſul, & Epiſcopus fuerat Neapolis, ut ſupra* (Pratill.)

ſubſcribere tractatum pacis. Et pro ipſo unum de principalibus conjuratis elegerunt in Ducem, qui fuit

826. (*)

X. BOnus ſatane miniſter potator humani ſanguinis, inimicus Eccleſiae, Saracenorum refugium, credens firmiter omnes illos conjuratos, qui interfecerunt Ducem Stephanum, contra ſe etiam conjuraſſe inauditam ſtragem, & occiſionem de illis perpetravit. Ubique luctus erat, ubique clara mortis imago. Alii oculis privabantur, & alii eorum genitalibus amputatis includebantur in carceribus tenebroſis, ubi moriebantur famis horribili cruciatu: ſi quis in fuga prehenſus fuiſſet ſine audientia pedibus, & manibus privabatur; nec aliqua eos poterat excuſatio liberare. Talis fuit ſtatus in illo tempore Neapolitanorum, & tale fuit gubernaculi principium Ducis Boni (*b*). Poſuit etiam in civitate maxima onera, & datia, ut poſſet pecuniam a Neapolitanis extorquere durante tempore vitae ſuae. Expoliavit Eccleſias de argen-

tur Neapolitanis. Illi quoque venientes, ut conceptum (irato Deo) perficerent malum, ſimulaverunt ſe in ipſius Epiſcopi aedibus applicare. Poſtera igitur die Stephanus Conſul cupiens deſideratam pacem ſaneire, junxit ſecum eis ante fores Eccleſiae Stephaniae. Tunc fautores Siconis impetum facientes peremerunt (9) *ſuum Conſulem coram Legatis ejus. Sed Dominus Judex juſtus, qui nil ſinit abire inultum, permiſit unum ex his interfectoribus*, Bonum *nomine, Ducatum arripere &c.*

(b) *Qui* (Bonus Dux) *mox ut Conſul factus eſt* (proſequitur Johann. Diac.) *ex ſuis complicibus alios lumine privavit, alios perpetuo relegavit exilio.* Diſtinctius ſane Ubaldus haec protulit.

(9) *Bellum Neapolitanis a Sicone illatum memorant etiam Erchemp. & Anon. Salern. ſed nulla facta mentione caedis ac proditionis hujus. Peritior tamen in Patriae ſuae rebus cenſendus eſt noſter. Stephani Ducis Epitaphium adhue Neapoli viſitur. Alibi eum Ducum aliorum Inſcriptionibus dabimus.*

(*) *Nutat heic Ubaldi noſtri Chronotaxis, (niſi amanuenſium error in annorum numero irrepſerit) quum Stephanus Dux diem ſuum obierit A. DCCCXXIX menſe Majo, ut in ejus Epitaphio Et ex Charta Monaſterii Monial. S. Sebaſtiani Neap. a Borrello in ejus M. SS. relata, habetur* Andreae Ducis, & Conſulis *nomen ſub die XI. Martii DCCCXXIX. Ind. VII. quo fortaſſe anno defunctus eſt. Quare Stephanus Ducatum Neap. rexit Ann. VIII. ſecus IV. ut Scriptores noſtri communiter adſerunt.*

gentis, mobilibus, & aliis pretioſis rebus. De iis violentiis valde doluit Epiſcopus Tiberius (c), qua de re accuſatus, protinus captivitate perpetua damnatus fuit, & cohibuit populum ad eligendum alterum Epiſcopum, & factum eſt ſecundum tyrannicam juſſionem, eligendo Joannem Diaconum ejuſdem Eccleſiae. Attamen Joannes neque minis, neque precibus voluit Eccleſiae poſſeſſionem accipere, dum adhuc erat vivus Tiberius verus Epiſcopus; quo audito Dux Bonus praecepit a carnificibus Tiberium necari, & Joannes ob amorem, quem Epiſcopo ſuo deferebat, ne interficeretur, Epiſcopatum acceptavit. Sicon Beneventi Princeps Neapolim venit cum ſua gente, & obſedit eam. Dux Bonus, quantum potuit, valide civitatem defendit, & demum venit ad conventionem cum Sicone (d), & promiſit quolibet anno tributum ei dare, & ſic ab obſidione liberata eſt civitas, Dominus Deus juſtus, & potens tantum ſcelus Ducis Boni punivit in hoc mundo cum peſſima, & horribili infirmitate. ***Ignis Infernalis*** (e), de qua mortuus eſt, & in alia vita cum aeterno igne. Et ei ſucceſſit in Ducatu

XI. Leo

(c) De Eccleſiae, & Epiſcopi perſecutione haec ſubjungit cit. Auctor: *Praefatus igitur Bonus contra ſanctam Eccleſiam . . . . multa coepit mala peragere. Cui cum idem Antiſtes* (Tiberius), *in quantum virium erat, obſiſtere non dubitaret, ei jugiter examen minabatur divinum. Sed ille monita ſpernebat ſalutis . . . Quid multa? Ad ultimum injecit in eum manus, & comprehendit eum, atque carceralibus tenebris religatum arto in pane, & aqua macerabat*. Quae poſtmodum ſubdit Ubaldus de electione Johannis in Neap. Antiſtitem, eadem prorſus a Johanne Diacono confirmantur num. XLIV.

(d) Ex pacto, Sico B. Januarii corpus ab ejus Eccleſia extra muros aut abſtulit, aut obtinuit, & Beneventum adſportavit. Conſule Jul. Caeſ. Capacium, Chioccarellum, aliosque, qui de hac re pleniſſime meminerunt, pluraque congerunt.

(e) Quiſnam hic fuerit *ignis infernalis* morbus, alii viderint. Quod certum eſt, ex Hiſtoricis neminem profecto hucuſque reperies, qui, quo morbo Dux Bonus obierit, memoret: *Bonus interea Conſul* (ait Johann. Diac.) *expleto unius anni, & ſex menſium circulo, defunctus eſt, cui ſucceſſit Leo filius ejus*. At Johannis calculus claudicat. Nam ex iis, quae idemmet enarrat Johannes, nondum unius vel alterius anni ſpatium percurrere debuit, ſed IV. ſaltem cum dimidio, ut ab ejuſdem Ducis ſepulcrali lapide alibi notum fiet. Annus quidem emortualis fuit DCCCXXXIV. in quo XII. decurrebat Indictio, quae ibi ſic legitur: *XLVIII. hic vixit annos. Obiit die IX. menſ. Januarii per Indict. XII.*

834.

XI. LEo ejus filius, qui fuit benignus, placidus, manſuetus, amator pacis, & quietis, parum vixit in regimine, ut cum poſt ſex menſes mortuus eſt cum magna diſplacentia bonorum, & malorum hominum, nam omnes ſperabant ſe relevari a tot oneribus, & angariis a ſuo patre impoſitis. Planxit eum omnis populus planctu magno. Succeſſit Ducatui ipſius ſocer (*f*)

834.

XII. ANdreas; hic in introitu ſui Ducatus venerabilem Epiſcopum Tiberium a carceribus liberavit, fecit Fortalitiam, & turrim ob defenſionem inimicorum. Erat eo anno fames valida in civitate. Dux Andreas munivit eam de frumento, ſale, & de aliis victualibus. Sicardus Princeps Beneventi ſentiens ſe gravatum, quia conventum tributum cum Duce Bono non acceperat, volens ſe vindicari, Neapolim vênit cum ſuo exercitu diſcurrendo per totum, deſtruendo, comburendo, occidendo, capiendo, & depraedando; & hoc accidit anno ſecundo regiminis ipſius Ducis (*g*) Andreae, qui cum ſe ipſum inferiorem viribus recognoſceret, & timens ne deſtrueret civitatem, adjutorium petiit a Saracenis Ciciliae, qui ſtatim venerunt, cum navibus, galeiis, & vaſis marinibus. Sicardus cum de ſuis gentibus magnam haberet cu-

(f) Idem habet cit. Johann. Diac. *Hunc autem Leonem* (Boni Ducis filium) *poſt ſex menſium dies, ſocer ejus Andreas pepulit, & factus eſt ipſe Conſul.* Ubaldo potius, an Johanni credendum eſt? Hic expulſionem, ille obitum Leonis Ducis teſtatur. Veriſimiliorem amplector Ulbaldi ſententiam: Populus enim Neapolitanus contra Andream inſurrexiſſet, ſi tam probae indolis Ducem pellere tentaſſet; nec pietatem ſuam Andreas oſtendiſſet, Tiberium Epiſc. e carcere eripiens, ſi tam impie in generum ſuum machinatus fuiſſet. Diaconus quidem ſaepiſſime hallucinatur, ut omnes norunt: Chronologus noſter diligentius Hiſtoriam ſuam deſcribit.

(g) Scilicet A. DCCCXXXVI. quo Capitulare inter Sicardum, & Andream Magiſtrum militum ſtatutum fuit, quod inferius dabimus, ibique alia adnotanda erunt.

curam, & ſollicitudinem cuſtodiendi eos, videns tam magnum apparatum armorum & omnium rerum victualium, quae ad pugnandum neceſſaria erant, ſe convenit cum Duce Andrea, reſtituit captivos; & ſic Saraceni ad propria redierunt, quod evenit tertio anno ſui regiminis. Menſe Septembris *(h)* iterum Sicardus cum ſua gente venit contra Ducem Andream. Altravallus Monachus Sicardum allocutus eſt, cumque placat, & cum exercitu diſceſſit (*). In quarto anno Longobardi irruerunt viriliter, & acriter ſuper Amalphitanos, & percuſſerunt eos, & interficierunt multos, & multos caeperunt, & abſtulerunt eis omnia victualia. Sed Amalphitani cum vidiſſent audaciam inimicorum, converſi ſunt in fugam projicientes arma, & veſtes, & omnia quae habebant, animas ſuas ſalvare cupientes *(i)*. Princeps Sicardus iterum Neapolim obſedit (**). Dux Andreas confugit ad Dominum Imperatorem Lodarium, adjutorium petens. Dominus Imperator miſit ad Sicardum ſuum Ambaxiatorem Contardum, ut rogaret Principem ex parte ipſius Imperatoris, ne vellet amplius civitati Neapolis moleſtiam dare. Contardus Neapolim venit (***), dum Sicardus jam mortuus erat, & exercitus ad propria reverſus erat *(l)*. Contardus amore Eupraſſiae, Ducis Andreae filiae captus, eam in uxorem expoſcit, obtinuitque. Non multo poſt in civitate Neapolis orta eſt maxima diviſio, litigium; & rebellio Capuae (****) principium hujus diſ[illegible]diae fuit ambitio dominan-

(h) Septembri A. nempe DCCCXXXVII. rurſus Sicardus Neapolites aggreditur, quod Saracenos exceſſiſſe norat, ac fortaſſe tributa minime ſibi penſitata erant. Quiſnam fuerit Altravallus monachus, ignoratur. Fort. Caſſinenſ.

(i) De hac Langobardorum in Amalfitanos irruptione ſuperius egimus. Beneventi Princeps Amalfitanos perſequebatur, quod ii Sichenolfo Salerni Principi auxilium praeſtiterant; quare in aemulum illius urbis populum perpetuus livor, & odium exarſit.

(l) Sicardus Princeps mortuus eſt A. DCCCXXXIX.

(*) *Tributo Convento, Sicardo Princ. perſoluto.*

(**) *Anno DCCCXXXVIII.*

(***) *Anno DCCCXL.*

(****) *Ob Landulfi Gaſtaldei ambitionem, qui Capuae Comes adpellari praeſumſerat, ut infra videndum erit.*

nandi, quae ſtultizavit Contardum, hic factus, caput rebellionis cum magna caterva civium invadit in propria domo Ducem Andream, & interfecit *(m)*, & hoc accidit octavo anno ſui regiminis *(n)*, proinde ſe fecit Ducem eligere.

843. (†)

XIII. CONtardus poſt tres dies; in quibus Ducatus poſſeſſionem accepit tertio menſis Auguſti de mane, Petrus de Lullo cum magna caterva vênit ad plateam

(m) Haec de Andreae Ducis infortunio narrat Johann. Diac. n. XLIV. 2. *Iſte Andreas per rogum (i. poſtulationem) Johannis Electi levavit Tiberium Epiſcopum de lacu miſeriae, & tenebrarum, & ſub cuſtodia poſuit in cubiculo ante Eccleſiam S. Januarii M. contra hunc etenim Andream Sicardus Benev. Princeps innumerabiles molitus eſt irruptiones. Pro quibus commotus Andreas Dux directo Apocriſario, validiſſimam Saracenorum hoſtem* (*) *aſcivit. Quorum pavore Sicardus perterritus, infido cum illo, quaſi ad tempus* (**), *inito foedere omnes ei captivos reddidit. Nec multo poſt repedantibus (i. in Ciciliam) Saracenis, diſrupit pacem, & ampliavit adverſus Neapolim inimicitias. Mox autem Andreas Franciam direxit, deprecans Dominum Lotharium, ut ſaltem ejus praeceptione a tantis malis ſopiretur Sicardus. Quapropter miſit ille Contardum fidelem ſuum, ut ſi nollet ceſſare perſequi Parthenopenſem populum, veſanum ejus furorem ipſe medicaretur. Contardus cum Neapolim perveniſſet, audiens Sicardum peremtum a ſuis concivibus ad ſuum Seniorem* (i. Dominum, unde fortaſſe *il Signore*) *reverti voluit. Quem Andreas propter ingentem Langobardorum inimicitiam tenere curavit, promittens ei Eupraxiam filiam ſuam dare in matrimonium, quae uxor fuerat praedicti Leonis filii Boni Ducis. Qua ſponſione accepta conſiſtens, repedare conſenſit. Sed ubi cognovit ipſe Contardus, hujuſmodi copulam illudendo protelari, conjuravit cum inimicis Andreae Conſulis, & cum in loco Baſilicae S. Laurentii, qui ad Fontes dicitur, gladio percuſſit, & Conſulatu ſuſcepto, eamdem duxit Eupraxiam. Neapolitani ſiquidem commoti de morte turpiſſima ſui Ducis, poſt tres dies unanimes irruunt Epiſcopium, quo ipſe* (ad ſecuritatem fort.) *manebat, & confecto feroci bello, Contardum, ſuamque conjugem & homines ejus trucidarunt.* Minutius ad rem Diac. locutus eſt; & quidem ut res ipſe narrat, eveniſſe dicendum eſt. Quae de Sergii Ducis electione adjungit, inferius proponam.

(n) Si VIII. anno obiit Andreas, is quidem fuit A. DCCCXLI. Cur ergo ait Ubaldus, ſucceſſiſſe Contardum ſocero ſuo Andreae Anno DCCCXLIII. quum triduo tantum regnaverit? Et hunc etiam amanuenſium lapſum cenſeo.

(*) *Feminino genere pro* exercitu.

(**) *Quinquenni, ut ex Capitulari.*

(†) *Anno DCCCXLII. Indict. V.*

Digitized by Google

team cum maximo gaudio omnium civium, & aggreſſus in propria domo Domini Ducis, ibi inventi ſunt Contardus, Eupraſſia ejus uxor, & multi. Cortoxani (†), milites, & amici, qui omnes cum maximo furore fuerunt capti, & nullus homo fuit interfectus, niſi Dominus Dux, ejus uxor Eupraſſia, & quidam Notarius nomine Umbertus, qui fuerunt occiſi, reliqui in arcta detinuerunt cuſtodia. Caput Contardi abſciſſum Neapolim pilo (††), & per urbem portatum eſt. Poſt haec ſpoliaverunt aedem de omnibus rebus, & incontinenti die Lunae ſequenti fuit electus in Ducem (o)

843. (†††)

XIV. **S**Ergius (††††), qui in exordio ſui gubernaculi poena mortis multavit omnes illos, qui habuerunt manus morti Ducis Andreae. In ſecundo anno ſui regiminis magna tempeſtas oborta eſt, atque terraemotus,

(o) Contardi occiſionem minutim enarrat Chronol. noſter, quam Diac. Nunc quae ſecuta fuerint, ab eodem Diac. heic referimus. *Deinde inito conſilio Sergium filium Marini* (Amalfitani credidit Capacius), *& Eupraxiae libenti animo Ducem ſtatuentes, (*) heredarios Gumas (**) praemiſerunt, qui eum feſtinarent Conſulem fieri proficuum. Nam diluculo ipſius diei, quo peremtus eſt Andreas Dux, direxerat eum Legatum ad Sichenolfum Salerni Principem, obſidentem tunc Beneventum. (Enimvero in ipſis diebus diviſus erat Principatus (***) Langobardorum); qui cum reverteretur in (****) Sueſſulano territorio audivit occiſum Contardum. Ut autem exinde veritatem reſciret perrexit ad Cumanum Caſtellum. Hinc ergo vocato illo, Magiſtrum Militum praefecerunt.* Ex utroque Chronographo, quae tuhc temporis acciderunt, perſpicue agnoſcis.

(*) *i. Veredarios.*
(** *Praefectus fort. Arcis ibi erat Sergius.*
(***) *De hac diviſionis Epoche alibi opportunius agemus.*
(****) *Tunc Sueſſula a Neap. Ducibus poſſidebatur. Troylus Hiſt. Neap Lib. IV. Cap. V. oſcitanter Sinueſſam appellat, quae parum citra Lyrim amnem, nec longe a Sueſſa Auruncorum ſita erat.*

(†) *Verbum Italico-Latinum*, Cortiggiano.
(††) *fort. palo.*
(†††) *Anno DCCCXLI. Ind IV.*
(††††) I. *Cujus uxor* Droſu, *ut* Capacio *placuit. In veteri Mon. S.Severini Necrologio legitur* Doruſia Sergii Ducis. *An uxor, vel filia hujus, vel alterius Sergii, divinandum.*

tos, qui multas domus diruit, Sergius debellavit, & fugavit Saracenos, qui infeſtabant villas, & praedia Neapolis in anno tertio. Saraceni de Cicilia, & Calabria depopulaverunt circumcirca civitatis Romae (†), & poſtea obſiderunt Gaetam (p). Sergius, audita tanta temeritate illo-

(p) Ubaldi Monachi narrationem confirmat Johann. Diac. *In eodem tempore Theophilo* (Graecorum Auguſto) *mortuo, filioque ejus Michelio imperante* (10) *multorum naves Saracenorum latrocinari per Italiam cupientium, Poncias* (*) *ire decreverunt. Tunc Sergius Conſul una cum Amalfitanis, Cajetanis, ac Surrentinis non in multitudine populorum, ſed in miſericordia Domini, & Johannis Epiſcopi precibus confiſus, bellum cum eis aggreſſus eſt. Quibus devictis Domino protegente celeriter triumphavit. Inde etiam illorum Hiſmaelitum victoriam adeptus eſt, qui Licoſae* (**) *latitabant. Propterea magnus exercitus Panormitanorum adveniens, Caſtellum* (***) *Miſenatium comprehendit. Ac inde Africani in forti brachio omnem hanc Regionem devaſtare cupientes, Romam ſupervenerunt* (11), *atque Eccleſias Apoſtolorum, & cuncta quae extrinſecus repererunt, lugenda pernicie, & horribili captivitate diripuerunt. Idcirco motus Lotharius Rex Francorum ferocem contra eos populum miſit, qui celeriter properantes eos uſque Cajetam ſunt perſecuti. Hic autem Saraceni ſolitam molientes ſtropham* (****) *in locis anguſtis, & arduo calle* (*****) *nonnullos audaciores abſconderunt. Franci vero ignorantes calliditatem eorum conabantur viriliter ſuper eos deſcendere. At illi de latibulo exilientes, irato Deo, primum ipſorum percuſſerunt ſigniferum, quo peremto, cunctis terga vertentibus, validiſſime occidebantur. Et niſi Caeſarius* (12) *filius Sergii Ducis, qui cum navigiis Neapolitanorum, & Amalfitanorum venerat, litoreum conflictum cum eis coepiſſet, nullatenus a perſequendo recedebant. Laetantes igitur de tanto triumpho, Cajetanam Urbem capere conabantur.*

(10) *Accidit ejus mors Anno DCCCXLII.*

(11) *Lugenda haec depopulatio in omnium Annalibus memoranda refertur ad A. DCCCXLVI.*

(12) *Hunc eundem puto, qui apud Peregrin. in Hiſtoriola Ignoti Caſin. contra Capuanos infelici ſucceſſu circa Ann. DCCCLXI. progreſſus eſt:* Caeſarius autem (*ait*) Magiſtri militum filius capitur, Capuamque adductus, ferro in compedibus habetur. *Ubaldus noſter quoque haec inferius memorat.* Pratill.

(*) *Poncia Inſula in mari Cajetae, cujus urbis Duci ſubjecta tunc erat, ſita. Foederis jure Sergius in auxilium accurrit, ut ſupra notavimus, ſecum Amalfitanos, Surrentinos, & Cajetanos ſocians, quibus praeerat, tanquam expertior militiae Dux.*

(**) *Licoſae oppidum in Lucania ad mare ſitum. Nunc etiam exſtat, ejuſque Promontorium vulgo* Capo della Licoſa *vocitatur.*

(***) *Miſeni caſtrum prope Cumas, cujus epiſcopii reditus Epiſcopo Neap. adjudicati ſunt.*

(****) *i. aſtutiam.*

(*****) *In collibus fort.* Itri *Oppidi, ejuſque vicinis.*

(†) *A. DCCCXLVI.*

illorum, vocavit ad ſe milites, tam de civitate Neapolis, quam Amalphiae (*q*), de quibus voluit eſſe caput, & conductor Caeſarius ejus filius, qui cum multitudine armatorum, equitum, & peditum verſus Gaetam ivit. Cum ergo praedictus Caeſarius cum exercitu ante ipſam civitatem ad quatuor fere milliaria perveniſſet, invênit multitudinem Saracenorum ad impediendum, & defendendum, ne ultra poſſit ire. Sed viſo praedicto exercitu territi Saraceni in fugam ſe receperunt. Caeſarius autem ex illorum puſillanimitate, fugaque animatus verſus illos procedebat, & perventus commiſit pugnam, in qua remanſerunt Saraceni partim occiſi, partim capti, & partim fugati; & ſic civitas Gaetae liberata fuit ab obſidione (†), & Caeſarius Neapolim triumphans regreſſus eſt (*r*). In anno ſexto ſui regiminis Dux Sergius miſit Caeſarium cum navibus Neapolitanis, & Amalphitanis in adjutorium civitatis Romae, ſic jubente Domino Papa Leone; nam Saraceni cum eorum navali claſſe navigabant in littore maris Oſtiae, & valde timebatur de incurſione. Pervenit Caeſarius, pugnavit cum eis viriliter, & tandem poſt mul-

(q) Quem exercitus Ducem adfirmat Ubaldus, nempe Caeſarium, Johannes Sergium ejus patrem fuiſſe narrat. At uterque fortaſſe vera locuti, quum maritimae unus claſſi, terreſtri alter praefici potuerit, ut ex utriuſque Hiſtorici verbis eruitur.

(r) Conſonat Johann. Diac. loc. cit. *Sed Caeſarius praedicti Sergii filius, hoc animadverſo, cum ratibus ſuis, & Amalfitanorum in portum ejuſdem civitatis* (Cajetae) *magis cuſtos, quam propugnator, divertens, Domini protectione, illis obſiſtebat. Interea Salvatoris omnipotentia, tempeſtivam excitavit procellam in puppes, tantaeque ſuperviae* (*) *naufragium comminantem. Unde perterriti, a Caeſario, ſibi dari pactionem petierunt, quatenus naves ad terram ſubducerent, acceptaque ſerenitate, ad ſua repedarent. Hoc e veſtigio nunciato Sergio Duci* (qui Cajetae etiam immorari debuerat) *juſſit illud ſub jurejurando fieri, pavens, ne navibus alliſis, terram caperent. Quo peracto, & ſerenitate reddita ire coeperunt. Sed pelagi vaſtitatem ſulcantibus excitavit Dominus Auſtrum, quo diſperſi, atque demerſi, pauciſſimi ex eis ad ſedes remearunt ſuas* (**).

(*) *Superbiae.*

(**) *Accinit Oſtienſ. & Ignotus Caſin. ut ſup. Tom. 1. pag. 205. num. IX. in fin. narratum eſt.*

(†) *Anno DCCCXLVII.*

Digitized by Google

multas horas conflictus ſubmerſit aliquas naves, alias ſubjecit, & alias fugavit. Decimo tertio anno venit magna claſſis Saracenorum, & obſedit Neapolim (†). Dux Sergius, & Caeſarius cum ſuis militibus exibant de civitate, & adverſarios provocabant ad bellum, illi tamen nullo modo extra clauſuram, quam circumcirca ſe fecerant, progrediebantur, tantuſque eos de Ducis potentia timor invaſerat. Morabatur igitur ſic uterque exercitus, alter ad aſpectum alterius, nec ullo modo Saracenorum exercitus, ad quem impugnatio pertinebat, movebatur ad bellum. Factum eſt autem, quod Caeſarius noctis tempore cum ſuis militibus inſultavit eos intra clauſorium ex parte Auſtri, & ex altera parte idem fecit Dux Sergius, ita ut quod Saraceni ex duabus partibus aggreſſi, & non potentes eorum impetu reſiſtere, relictis victualibus, armis, & veſtimentis ad fugam ſe dederunt, & ſic liberata fuit civitas Neapolis (††). Decimo ſexto anno Dux Sergius ivit Spoleti cauſa videndi Dominum Imperatorem Lodovicum (†††), a quo cum multo honore fuit receptus, & hoſpitatus per plures dies (s). Rediit Neapolim, & habens ſecum duo mille, & ſexcenti milites de Neapoli, & multos alios Amalphitanos, miſit eos ad obſidendam Capuam, ad guaſtandum illius territorium ſub regimine Gregorii, & Caeſarii ejus filii (t). Capuani de expeditione iſta

(s) Subdit Johann. Diac. *Eodem quoque anno ſupplicatione hujus Sergii, Principumque Langobardorum, direxit Lotharius Imperator filium ſuum Lodoguicum bonae adoleſcentiae juvenem propter catervas Saracenorum Apuliae ſub Rege commanentes, & omnium fines depopulantes. Qui advenientes coeleſti comitatus auxilio, de illis Hiſmaelitis triumphavit.* Hoc quidem A. DCCCXLVIII. accidiſſe ait Annaliſta Bertin. ſcil. in prima Lodovici Italiae Regis in Saracenos expeditione.

(t) Hanc Capuae obſidionem narrat Erchemp. n. 25 adfirmans, *Guidonem cum univerſis Tuſcis* eam obſediſſe. Quibus ex verbis ſuſpicari licet,

(†) *Anno potius XIV. ſcil. Anno DCCCLVI.*

(††) *A. DCCCLVI. fuit Neapolis liberata: cujus rei nulla uſque adhuc memoria exſtabat apud Scriptores noſtros, uno excepto Annaliſta Bertiniano.*

(†††) *Scilicet vel in fine A. DCCCLVI. vel ſequentis A. DCCCLVII. initio.*

iſta (*u*) . . . . Et quum venirent Neapolitani, Princeps Landonus cum militibus Capuanis volens prohibere adventum eorum, obviam eis ivit uſque ad pontem Teodemundum: & praelium fuit inter ipſos, quod duravit a mane uſque ad meridiem, & Neapolitani partim occiſi, & partim fugati, mille, & mille cum Caeſario remanſerunt captivi. Decimo ſeptimo anno Dux Sergius auxilium dedit Landulfo Epiſcopo Capuano, qui conſpiravit contra ſuum Principem, & eum ejecit a Capua, & ille favore militum Neapolitanorum, & multorum de populo ſe intronizavit *in illo Principatu* (*x*). Decimo octavo anno ſui regi-

licet, Sergium Neap. Ducem Spoletum adiiſſe, ut cum Guidone foedus iniret, & Capuam ſimul aggredi paciſcerentur: id Ludovico fort. aut aſſentiente, aut impellente, ut Capuanorum Comitum opes infringeret, ſibique ſubjectos redderet. Inſimul cum Guidone etiam Sergium Ducem ſociatum fuiſſe, adfirmat Chronographus noſter; neque haec conficta arbitror, quum Neapolitum aemulatio in Langobardos Capuae Comites paſſim Scriptores adteſtentur. At hoc planius infra patebit.

(u) Quae heic ſubdit Ubaldus, alteram certe Sergii in Capuanos expeditionem praeſignat; ut Erchemp. quoque n.XXVII. At quum non ignorentur foedera jam prius inter ipſos, & Sergium inita, conjici poteſt, in priori Capuae obſidione, qua Campani *Guidoni ſua colla ſubdiderunt, iique Sura, cunctaque oppida ſunt tradita, ſicut promiſſum fuerat*, etiam Neapolitanis partem fortaſſe aliquam *Liburiae* Langobardicae, vel finitima loca ipſis eos ceſſiſſe: indeque A. DCCCLIX. iterum Capuam cum copiis adceſſiſſe, ut ſuo ſubderet imperio, quod ejus Comes Lando paralyſi percuſſus eſſet (ut ibi dictum eſt), facileque ea urbe potiri crederet. Sed infelici ſane ſucceſſu; caeſo enim exercitu, Caeſarius filius captus fuit, ut Erchemp. Ign. Caſin. & Ubaldus noſter confeſſi ſunt. Lectoris in hoc eſto judicium, credat, necne. Conjecturam ipſe ad ſaniorem textus intelligentiam in medium attuli. Quum Ubaldus cum priori expeditione poſteriorem confuderit, ſubjungens XVII. anno Ducatus *Sergii* auxilium ab hoc Duce praeſtitum *Landulfo Epiſcopo Capuano* (at errat; is enim fuerat Landulfus Sueſſulanus Comes) *qui contra ſuum Principem* (lege *Comitem*) *conſpiravit &c.* Ceterum Sergius, nulli dubium, ut Erchemp. notavit n.XXVII. quin *diruperit juramentum, quod cum Landone pactum fuerat, & adverſus filium illius* (ſc. Landonem Juniorem) *bellum excitavit*. Quando igitur juramentum hoc pactum fuerat, niſi poſt Capuae deditionem Guidoni Duci Spoletenſium, quum antea nunquam alias Sergius praelium cum Capuanis commiſit? Sed haec ſatis.

(x) Si Landulfo Epiſcopo Sergius opem tulit, hoc profecto ſaltem anno DCCCLXI. contigiſſe fatendum eſt ex Erchemp. Ignot. Caſin. aliiſque. Cur ergo anno XVII. Sergii iſthac accidiſſe adſerit Ubaldus, quum A. XVII.

Digitized by Google

regiminis Sergius naturali morte mortuus eſt, & Ducatui ſucceſſit ejus filius

863. (†)

XV. GRegorius, qui primo anno ſui regiminis praelium fecit cum Saracenis, & vicit eos. In eodem anno fuit nix valde magna circa medium Februarium *(a)*. Magna caterva Saracenorum praeditores (††) venerunt Neapolim, devaſtaverunt campos, & deportaverunt omnia, quae invenerunt. Anno tertio acceſſit frigus, quod omnes plantas, & arbores exſiccavit: *anno quarto (b) Dominus* Dux

XVII. ſit Anno. DCCCLVIII. vel DCCCLIX.? Jam notavi, Ubaldi Chronotaxim aliquando nutare. In hac Ducis Sergii Chronographia nutat quam maxime, dum anno XVIII. Ducatus ſui illum occubuiſſe adfirmat. Illum enim vixiſſe credendum eſt exeunte ſaltem Ann. DCCCLXI. vel DCCCLXII. ac proinde non Anno XVIII. ſed XXI. ſaltem inchoato obiiſſe. Et revera charta Monaſterii SS. Severini, & Soſii, in qua Sergii hujus nomen legitur, Imperii *Michaelis* (Porphyrogen.) meminit *Anno bigeſimo Indicionis IX.* quo revera indicatur Ann. DCCCLXI. *menſe Nobembris*. Neque innuit Erchemp. cit. num. 27. & Ignot. Caſin. num 25. necnon Chron. Cinglenſe, quod habet Ann. DCCCLX. & *Sergius Caſaretum in Landonem* (*) *Capuanum* (Comitem) *immittit, qui a Capuanitis captus eſt menſe Octobris per Ind. VIII.* Dicendum itaque, aut erraſſe Ubaldum, vel ejus potius amanuenſem Annos XVIII. tribuens Sergio Duci, qui ſaltem annos vixit XXI. Quod ex eo magis confirmatur, quod Gregorii ejus filii, patriſque ſui ſucceſſoris, initium figit ad Annum DCCCLXIII. poſtquam annos XX. ejus regiminis patri Sergio adtribuit, ejus initium figens ad Annum DCCCXLIII. Quod quidem a veritate minime abhorrere puto, Ubaldum deceptum adſerens; ac profecto in Gregorio ejus filio infra planius patebit.

(a) Si *eodem anno* nempe *primo, ſui regiminis praelium cum Saracenis accidit, & nix valde magna fuit circa medium Februarium*, Februarius hic menſis ſane fuit Anni ſecundi Ducis Gregorii, ſecus primi, videlicet Anni DCCCLXIII., quum Anno DCCCLXII. praelium cum Saracenis commiſerit, qui inſequenti anno exceſſere.

(b) Ludovicus II. Imp. Aug. Anno quidem DCCCLXVI. Caſinum petiit, quod utique apud omnes aeque Hiſtoricos exploratum. Non abs re igitur fore puto, Annum initialem Gregorii fuiſſe DCCCLXII. medio ſaltem exacto, ſi anno IV. (qui fuit initium DCCCLXVI.) *ipſe Caſinum profectus eſt ad videndum Dominum Imp. Ludovicum* menſe Majo Ind. XIV. En numerus Annorum regiminis Sergii, & Gregorii, Ubaldique noſtri Chronotaxis vindicata. Nupera, novaque

(*) *Scilicet Seniorem.*
(†) *A. DCCCLXII.*
(††) *i. praedonum.*

Dux Gregorius ad Montem Caſinum profectus eſt ad videndum Dominum Imperatorem Ludovicum, cui ſuos milites obtulit, ut cum ſuo exercitu conjuncti contra Saracenos procederent, qui Calabriae morabatur: initio quinti (c) anni ſui regiminis mortuus eſt Gregorius morte naturali, & Ducatui ſucceſſit

HAEC OMNIA, QUAE SUPRA SCRIPTA SUNT, EGO UBALDUS DE NEAPOLI INDIGNUS MONACHUS FIDELITER TRANSCRIPSI DE VERBO AD VERBUM EX LIBRO RUBRI COLORIS NOSTRI MO-

vaque Troyli noſtri Hiſtoria Neap. Tom. III. loc. cit. duos vitae ſolummodo annos Gregorio Duci tribuit, novam in medio ſententiam e ſua penu proferens, non ſecus ac in aliis, quae meminiſſe piget.

(c) Si ineunte anno V. Gregorius defunctus eſt, A. DCCCLXVI. obire debuit, ſecus DCCCLXVII. At quoniam ex ipſo Ubaldo diſcimus, ſub ejus regimine multoties Saracenos Neapolitanum agrum praedatum adceſſiſſe, obitum ad annum alium differre cogimur: quod quidem ex Johan. Diac. narratione planius adparebit: *Mortuo* (inquit) *Sergio Conſule, & Gregorio filio ejus Ducatum regente Saracenorum ferocitas ita in his praevaluit regionibus, ut multarum urbium, atque caſtrorum* (inter quae Miſeni caſtellum, ejuſque Eccleſia devaſtata; cujus omnes pene immobiles res, Athanaſio Praeſule ſupplicante, Neapolitano conceſſae ſunt Epiſcopio) *quotidianum fieret excidium. Idcirco Logdovicus Imp. ſupplicatione commotus, Langobardorum ad eorum liberationem validum movit exercitum, aſſerens, ſe rationem redditurum, ſi eos a Paganiſmi jugo non liberaret oppreſſos. Hujus autem adventui omnium circumquaque urbium patuit introitus. Solummodo Neapolitanam non eſt ingreſſus civitatem, quia tantum Domnus Athanaſius familiaritatem apud ipſum obtinuit, ut ſaltem in modico non amaricaretur ab ejus poteſtate. Beneventi itaque commorans magnam de coelo accepit victoriam, itaut Agarenis fame, & gladio interemtis, & Rege eorum Seudan capto, civitates, quas coeperant, auferret; & in priſtinum revocaret dominium. Interea Gregorius Dux habito cum ſuis germanis* (nempe Athanaſio Neapolis, Stephano Surrenti Praeſulibus, Caeſario militum Praefecto, aliiſque) *conſilio, praeſertim cum Athanaſio Epiſcopo, ſtatuit Conſulem Sergium filium ſuum; nec multo poſt diuturnitate aegritudinis ſpiritum exhalavit*. Quum igitur a Ludovico Imp. Gregorius Dux in Saracenos auxilium obtinuerit poſtquam conſtitutione Tom. II. in Hiſtoria Ignoti Caſſinenſis pag. 196. relata populi omnes exciti in eos inſurrexere; quod quidem anno DCCCLXVII. accidit, plane patet, Gregorium uſque ad A. DCCCLXVII. in vivis egiſſe; nec initio Anni V. defunctum, ſed completo ſaltem VI. Ducatus ſui anno, quo Sergius II. ejuſdem filius Dux Neapolis inauguratus eſt: Conſule Erchemp. n. 33. Oſtienſ. Lib. I. cap. 36. alioſque.

Digitized by Google

MONASTERII ; QUAE VERO SEQUUNTUR EX ALIO LIBRO MORTUALI EXCERPSI.

867. (*d*)

XVI. Sergius, qui ob neceſſitatem denariorum expoliavit Eccleſias auro, & argento, & ſuppelleſtilibus pretioſis, de tanta ſacrilega immanitate fuit ab Epiſcopo Athanaſio correctus ; qua de re eum condemnavit in carceribus: quae condemnatio fuit caſſata, & abſoluta vi populi, & ita Epiſcopus liberatus fuit, & quidquid populus voluit, in totum habuit (*e*): magnas cultas (†) impoſuit Eccleſiis civitatis, & percipiebat omnes redditus Epiſcopi, & nemo audebat praeſentare aliquas literas Papales ſub poena amiſſionis pedis, & manus (*f*). In ſecundo anno fuit mortalitas hominum, & beſtia-

(d) Anno quidem DCCCLXVII. Sergii Ducatum ceptum, recte ſignavit Ubaldus. Quare non A. V. Gregorium, ſed VI. obiiſſe, Ubaldo fatendum eſt, eoque pacto ejus chronotaxis ſtabit.

(e) Videſis, quam impie ſe geſſerit Sergius! Quid mirum ſi cum Saracenis perinde foederatus fuerit?

(f) Eadem adfirmat Johann. Diac. in Athanaſio Epiſc. num. 4. *Quo mortuo* (Gregorio) *Sergius Conſul inſtinctu malorum hominum cepit omnes germanos patris ſui, etiam eundem Praeſulem . . . . . . Coanguſtatus itaque, tandem aliquando memoratum Antiſtitem illis dimiſit . . . . Diebus decem expletis, commeatum petivit* (haec neutiquam narrat Ubaldus) *quaſi convivium Monachis Inſulae Salvatoris* (nunc vulgo *il Caſtello dell' ovo*) *exhibiturus*. Sed cum nihil pro ſuis proficeret S. Epiſcopus ; imo a Duce ejus fratre magis perſtrictus, ac minis perterrefactus *ſuum Apocriſarium Lodogvico Imp. deſtinavit, inſinuans ei quae, & quanta a ſuo nepote pateretur. Tunc ille ex urbe Beneventana* (A. ſcil. DCCCLXVIII.) *Marino Seniori* (ſive *Conſuli*) *Amalfitanorum praecepit* (ſubdebatur tunc Amalfis Occidentali Imperio) *ut illum ex praedicta Inſula cum ſuis incolumem, quo vellet, perduceret. Marinus autem imperata complere feſtinans, Surrentum illum cum omnibus ſalvum perduxit. Hic itaque eo degente, Beneventani, & Salernitani aemulatores tantae bonitatis praedicti Imperatoris inſurrexerunt* (An. DCCCLXVIII. ut infra expendemus) *cum conſilio Sergii Ducis contra eum.* (conjurarunt & alii, ut infra videndum erit) *Quo capto, unaque cum conjuge ſua ſecluſo, plurimi in Franciam, amiſſo Paſtore, reverſi ſunt . . . . Athanaſius Epiſcopus Surrento egreſſus, Romam properavit, ibique detentus eſt pauliſper ab Hadriano Papa,*

(†) *Lege mulctas.*

Digitized by Google

beſtiarum in civitate, & maxime de beſtiis minutis: in quarto anno fecit Dux Sergius unionem cum Saracenis, & pactizavit dare eis adjutorium quocumque tempore habuerint neceſſitatem, & illi juramento ſe obligaverunt ei, anno quolibet praeſtare certam ſummam auri, & argenti, & talis conventio fuit firmata per utramque partem. In quinto anno Saraceni invaſerunt Neapolim, concordata prius talis (†) magninatio cum Domino Sergio, ingreſſi in civitate committentes multas rubarias, ſcelera, & damna, & ſine obſtaculo regreſſi ad propria; in ſexto anno Dux Sergius expoliavit denuo Eccleſias, qua de re excommunicatus a Domino Papa Adriano (††). Venerunt locuſtae, & bruchi, & non ſolum ſegetes, ſed etiam arborum ſolia, & herbarum olera conſumſerunt. Dominus Imperator (†††) Neapolim Ambaxiatorem miſit, rogans Ducem Sergium, ut armaret naves, & illas mitteret in adjutorium navalis claſſis, quam ipſe expediebat de portu Conſtantinopolitano, ad favorem Beneventanorum (*g*). In anno octavo ſtella comata apparuit, trahens poſt ſe caudam maximam igniti coloris: incaepit apparere ſecunda die Septembris, & per quinquaginta dies continue ſurgens apparuit. Magna caterva Saracenorum excurrit per Beneventum uſque ad Apuliam, omnia devaſtans. In nono anno perlatis rumoribus apud Italiam, & apud Domi-

Papa. Deinde egreſſus, Ravennam occurrit praedicto Imperatori, multiſque precibus ab eo extorſit, ut ſuae immemor injuriae ſuffragaret Salernitanis, Hiſmaëlitum obſidione bellatis. Unde Pius commotus Auguſtus armatam direxit multitudinem, ut bellum inirent adverſus illos. Qui celeriter venientes, & Saracenos caede proſtrantes, victorioſiſſimi repedarunt. Athanaſius autem iterans cum eis, vi febrium laborare coepit, & XV. die expleto (menſis Julii DCCCLXXII.) *Ind. V. migravit ad Dominum*. At quum dicat Chronologus noſter, Athanaſium alterum illi ſucceſſiſſe X. anno Ducatus Sergii, ſcilicet A. DCCCLXXVII ut ex Erchemp. etiam num. 39. & Epiſt. Joh. VIII. 38. & ſeqq dicendum, Neapolim quinquennio, ſuo viduatam fuiſſe Paſtore ob urbis interdictum, Duciſque excommunicationem, ut ſupra.

(g) Conſule quae ſuperius in Anon. Salern. hujus expeditionis memoravi.

(†) *Leg. machinatio.*

(††) *A. DCCCLXXII.*

(†††) *Baſilius.*

minum Imperatorem de rubariis, & de incurſionibus quae de continuo faciebant Saraceni, dictus Dominus Imperator paravit claſſem contra eos, & juſſit Domino Duci Sergio, quod praeſtaret ſuos milites in adjutorium dictae ſuae claſſis; ſed Dux Sergius ut amicus & unitus cum Saracenis non obedivit mandatis, & juſſionibus Domini Imperatoris. In anno decimo Neapolim venit Dominus Papa Joannes, & cum multo honore fuit receptus in domo ipſius Ducis hoſpitatus. Dictus Dominus Papa corripuit Sergium de iſta unione cum Saracenis, & ille promiſit eam rumpere: qua de re fuit abſolutus de excommunicatione, & elegit in Epiſcopum Neapolitanae Eccleſiae ſuum fratrem Athanaſium *(h)*. Regreſſus ad propria Dominus Papa, Dux Sergius, rupta promiſſione, totum contrarium poſtmodum fecit: confirmando unionem cum dictis Saracenis, qua de re denuo fuit excomunicatus a Domino Papa, quod accidit in anno duodecimo ſui regiminis. Dux Sergius expulſus de ſignoria ad gridum *(i)* populi cum tota ſua familia captus, excaecatus, & ad Romam captivum miſſus (*), ubi tres menſes tantum vixit, & in ejus locum electus ejus frater Athanaſius Epiſcopus (k), qui fuit caput iſtius rebellionis.

878.

XVIII. Athanaſius, adſumto gubernio civitatis, confirmavit unionem cum Saracenis. Correptus a Domino Papa, ut de tali unione recederet, noluit obedire, & miſit in adjutorium ipſorum ſuos milites, qui Ro-

(h) In Eccleſia S. Nazarii in Cancia, non longe a Capua conſecratus eſt A DCCCLXXVII. ut ait Continuator Johann. Diac. in ejus Chronici fine, in quo locuſtarum copiam totam Liburiam devaſtantium memorat, ſicuti adfirmat Ubaldus noſter?

(*) *A. DCCCLXXVIII.*

(i) Parum Latinae heic loquitur Ubaldus. Seculi vitio parcendum, ſicuti, & alii, ut ſupra.

(k) Paſſim a Scriptoribus haec memorantur.

Romam iverunt depraedando omnia loca circumcirca (*l*).

. . . .

Et hoc accidit in ſecundo anno ſui gubernii. In tertio anno denuo Neapolim venit Dominus Papa Joannes (*m*) cum magno honore receptus a Domino Duce Epiſcopo Athanaſio, & in propria domo hoſpitatus. Vocavit ad ſe principales de populo, & dixit eis, & Duci, quod ipſe nolebat talem unionem cum Saracenis, ſed videns pertinaciam, & perſiſtentiam Ducis in amicitia illorum, adiratus eſt valde contra eum, & volebat de Epiſcopatu ſpoliari; qua de re dominus Dux promiſit rumpere unionem cum Saracenis, revocare adjutorium ſuorum militum, & expellere de Neapoli omnes Saracenos, ut factum eſt (*n*), qui cum tota eorum familia iverunt habitare circumcirca fluminis Garillani, & ita dominus Papa abſolvit Ducem, & Romam rediit. In ſexto anno dominus Dux cum magna caterva ſuorum militum Capuam ivit, devaſtavit territorium, & rubarias commiſit (*o*). In ſeptimo anno vocati venerunt multi Saraceni, & facta unione cum militibus domini Ducis aſſaliverunt Capuam, & fecerunt multa damna. In octavo anno denuo miſit ſuum exercitum contra Capuam, obſedit eam circumcirca, habebat in exercitu ſuo diverſas nationes, Graeci, Saraceni, & Neapolitani. Erat tunc Capua munitiſſima, & victualibus referta, & a bonis militibus defenſa (*p*). . . . .
. . . . *Deficit Dux Gregorius A. DCCCCI.*

Et

(l) Quae iſtic in Chron. deficiunt ſuppleri poſſunt ex Erchemp. num. 44. ubi de Athanaſio Praeſule ac Neap. Duce loquitur.

(m) Novus Johannis PP. Neapolim adventus clare evincitur ex epiſtolis ejuſdem PP. nempe ex 226. 241. & 246. eumque huc appuliſſe credo initio A. DCCCLXXXI. Ind. XIV.

(n) *Eodem Ann. DCCCLXXXI.* (ait Chron. Cingleſe) *Saraceni de Neapoli expulſi ad Garilianum repedarunt, menſe Aprelis*. Vid. Baron. ad A. DCCCLXXIX. Anon. Salernit. & Oſtienſ. Lib. I. cap. 4 alioſque.

(o) Prima Capuae obſidio accidit A. DCCCLXXXII. Inſequenti A. Saraceni etiam Neapolitibus adjuncti ſunt, & tunc Caſinenſe Monaſterium ab illis deſtructum eſt, ut alibi dicemus.

(p) In MS. Codice excidit pagina una, in qua reliqua Athanaſii Epiſc. & Ducis in Capuanos praelia enarrabat Ubaldus: quae tamen ſupplere facile poterit Lector ex Erchemp. num. 56. 57. 58. 60. 62. 65 67.

Et Capuae Princeps (*) volens de Garillano ſtolum Saracenorum deſtruere, & diſſipare, fecit unionem cum Domino Duce Gregorio, & cum Amalphitanis convenerunt (**), ut unuſquiſque eorum dare debuiſſet certam quantitatem hominum ad augendum exercitum, ita ut factus eſt numerus grandis militum, qui iverunt verſus Garillanum, & perven-

67. 70. 71. 73. in quibus perpetua Neapolitum, Graecorum, atque Agarenorum in Capuam molimina, Athanaſii pervicacia, crudelitas, agrorumque devaſtationes deſcribuntur uſque ad plenam Athanaſii victoriam A. DCCCLXXXVIII. at parum haec aemulo Duci grata, nedum praemium conſequutus. Nam Atenulfus Capuae Comes, militaris rei expertiſſimus, exercitu validiore adparato, in Athanaſium arma vertens, illum profligavit, atque pacem expoſtulare coegit. Nec diu armis ceſſere: Atenulfus enim triumphis elatus, *ſciſſo foedere, Neapolim circumquaque vaſtans lacerat, igneque omnia conſumit*. Id Erchemp. num. 77. Hinc Athanaſius a triumphatore Atenulfo pacis conditiones accipiens, *partem ei Ducalis Liburiae* (quae proprie ad Neap. Ducatum pertinebat) *illaque parte etiam reſtituta, quae prius Athanaſio* alio ex foedere *conceſſa fuerat*, adſignare coactus eſt, *multamque auri copiam, atque obſides* ad foederis firmitatem *praeſtare*; quod alibi aptius e Cingl. Chron. patebit. Atque ut firmius pacis hujus vinculum inter ipſos innodaretur, Gemmam filiam Landulfo Principi Atenolfi filio Athanaſius conjugem dedit: quum Guaimarius ejus filiae nuptias ab Atenolfo pluries expetiтas denegaſſet. Quod quidem A. CM. contigit, ipſo vivente Athanaſio: quare hallucinatus eſt Ughellius, & cum eodem omnes, qui Athanaſii mortem fixere ad Ann. DCCCXCV. Ipſe enim in vivis agebat adhuc A. CMII. quo Gregorius novus Dux a populo electus fuit, exturbato, vel cedente Athanaſio, qui an tot ſuorum facinorum poenitens, reliquum vitae ſuae tempus confecerit, vel corde duro perverſoque obierit, incertum eſt.

Ceterum (ut Ubaldi Chronicon ſuppleamus) poſt Athanaſium Epiſcopum & Ducem, Gregorius electus eſt A. CMIII. (cum regnaſſet A. XXXIII. menſ. V. dieb. IV. ex eodem Ubaldo) qui Neapolitanis, finitimis regionibus, ipſique Romano Pontifici tranquillam pacem, honoremque comparavit, & Saracenorum peſtem ab hac Campania e Provincia prorſus dimovit. Vix enim ad ſuam dignitatem evectus in Saracenos, qui prope Lyrim fluvium ſe omnino confirmarant, arma vertere intendit, eamque ob cauſam cum Atenolfo jam Capuae Principe, & cum Cajetanis, Amalfitaniſq. inito foedere, non eſſe diutius, ſicuti ſummus Pontifex exoptarat arma opeſque ad id pollicitus, Saracenos ferendos deliberavit. Copiis proinde navigiiſque conjunctis ad Lyrim amnem profecti, ad cujus ripas hoſtes conſederant, conſtructo ex navibus ponte prope Minturnas, caſtriſque politis, cum hoſtibus manus conferere parabant. Cetera ex Chronico noſtro legenda ſunt.

(*) *Atenolſus.*
(**) *Ann. CMVIII. Ind. XI. Vid. Oſtienſ. Lib. 1. cap. 50. nos infra aptius.*

venti, coeperunt praeliare cum eis; ſed quia illi erant antemuralibus, vallis, maximiſque foſſatis valde muniti non potuerunt eſſe ſuperati, & ſic obſiderunt locum circumcirca. Saraceni de continuo exibant de eorum clauſtris noſtros provocando ad certamen, & frequenter veniebant ad arma perſequendo eos, plures interficiendo, & intra clauſtra peſſimam illam gentem reducebant. Compoſitis interim ab Amalphitanorum artificibus multis machinis potentiſſime rumpebant clauſtri antemurales, & ligneas turres, quas prope foſſatas habebant. Facta maxima turrium, & antemuralium ruina, non audebant tamen noſtri intra clauſtra intrare, tanta erat Saracenorum valida reſiſtentia. Una ex noctibus milites ſociati ad laborem defatigati dormiebant ſopore maximo; Saraceni verſa vice ſemper ſolliciti in damnum noſtrorum, intraverunt abſq. ullo obſtaculo in eorum *(q)* clauſtris, maximam occiſionem facientes de eis. Balditius caput Neapolitanorum vir fortis, validus, & animoſus vocavit ſuos, & contra Saracenos, quaſi leo rugiens praeliavit, plures interfecit, multoſq; captivavit, & intra eorum clauſoria intravit, ibique Saracenorum Theſaurum maximas copias inveniens, & eas quique recolligens, pervênit poſtea ad carcerem captivorum, & inde eos extraxit, maximis cum fletibus diſſolvit vincula, & catenas eorum. Poſt multa gaudia, quae in Deo habuerunt de captivorum abſolutione praeliando, & occidendo pervênit ad ſuos, ſecum portans magnam copiam auri, & argenti, palliorum, & captivorum, & ſic finita fuit guerra contra Saracenos Garillani *(r)*. Sed tamen illi non ceſſabant de continuo rubarias face-

(q) Eorum ſcil. ſociorum ſeu foederatorum, qui ex altera fortaſſe parte erant, quibus Balditius Neapolitanarum cohortium Praefectus occurrit. Saracenos a Cajetanis civibus impulſos, & ſociatos fuiſſe narrat Oſtienſ. Lib. I. c. 50. Quod quidem illis dedecus, aliis ſcandalum, hoſtibus ipſis detrimentum attulit.

(r) Perperam Ubaldus ait, *guerram finitam* fuiſſe Ann. CMVIII. quin potius ſuſpenſam; cum enim Atenolphus, & Gregorius Cajetanos cives Saracenis favere cognoſcerent, difficilem propterea pugnae eventum fore rati, tum Pontificis Maximi, tum Occidentis, Graecique Auguſti auctoritatem, auxiliaque implorarunt, ut inferius accidiſſe deſcribit Chronologus noſter.

facere circumcirca Neapolis, & omnia devaſtare, itaut Neapolitani erant ſemper armati. In decimo anno (ſ) pridie Kalendas Auguſti cecidit grando maxima ſuper terram Neapolis, quae omnia deſtruxit, homines, & pecudes interfecit, quae grando fuit varii generis quadrata, rotunda, plana, cornuta in magnitudinem (t) ovi. Venerunt Saraceni de Carillano Neapolim, & Neapolitani eos fugaverunt uſque *ad terminos* (u), & aliquos de illis tripudianter manibus poſt tergum ligatis captivos perduxerunt. Venerunt naves, & Galeae Imperiales portum Neapolis intrantes locaverunt eos, & Emanuel caput navalis claſſis Domino Duci Gregorio petiit fodrum (*) quod abbundanter datum fuit, & poſt quatuor dies relicto portu Neapolis, ivit verſus Terracinam, exſpectans Dominum Imperatorem Berengarium (x). Duo lintrae cum decem hominibus, qui cum retibus piſcandi cauſa navigabant juxta ſcopulum Prochitanum (y), venit navis Saracenorum de Sicilia, & depraedavit eas. Dominus Dux hoc adje-

(ſ) Nempe anno CMXII. prid. Kal. Auguſti grando iſthaec maxima cecidit. Alia non multis ab hinc annis in Campania noſtra Provincia cecidit, quae jumenta occidit, arbores, ſataque evertit, ac gravia attulit damna.

(t) Majoris gravitatis, ponderiſque alias grandines cecidiſſe certo ſcimus, nec minoris duriciei, diverſaeque formae, quod Scriptores paſſim exponunt.

(u) Saraceni Neapolim de Gariliano venerunt, itinere per Domitianam Veterem viam Minturnis Liternum confecto, ut Capuae militum incurſus declinarent. Locus *ad Terminos* uſque eo quod Neapolites Saracenicam turbam inſecuti ſunt, ignotus; conjiciendum, τὸ *ad Terminos* deſignari fortaſſe Liburiae Ducalis, & Langobardicae confinia Liternum verſus, quibus Ager Capuanorum, & Neapolitum dividebatur.

(x) Imperii Berengarii Anno I. quum is aut exeunte An. CMXV. Romae coronam a Pontifice Johanne X. acceperit; aut paucos ante menſes, ut alii autumarunt. Claſſis veroſimiliter Neapolim venit Veris initio An. CMXVI. quo indictum bellum geri coeptum.

(y) Prochyte ſcopulus, ſive Inſula inter Neapolim, & Puteolos, vulgo *Procida*. Illuc Saracenorum naves ad praedandum clam appellebant. Gregorius *navem aliam Neapoli bene armatam* in praedatores impulit, ut praedam ſimul, & praedones caperet.

(*) *Annonam militarem, ſeu tributum pro victu militum.*

Digitized by Google

adjecto miſit continuo contra eam aliam unam bene armatam . . . .

XVIII. . . . . Cum autem videret Dominus Papa Joannes, quod Saraceni de Carillano de continuo infeſtabant loca circumcirca civitatis Romae davaſtantes villas, arbores, fruges, vineta, et univerſa, quae ad uſum videbantur, et victum pertinere, multas rubarias, et captivationes facientes, recurſum habuit Domino Imperatori Berengario pro ſuo adjutorio, qui promiſit ſuas galeas, et naves bene armatas mittere. Petiit etiam adjutorium idem Dominus Papa Landulfo Beneventanorum, et Capuanorum Principi (z), Domino Duci Gregorio, et Domino Joanni Duci Gaetae cum compromiſſione omnia bona, quae inveniebantur cum eiſdem partiri. Vênit (a) claſſis Imperialis, et Emanuel caput ejuſdem locavit naves, et galeas taliter, quod nemo audebat praeſtare eis auxilium (*). Dominus Papa voluit de praeſentia in illa obſidione aſſiſtere; et interim venerunt Beneventani, Capuani, Neapolitani, et Gaetani, qui ſe locaverunt juxta clauſorium dictorum Saracenorum: plures alii de Romana regione ad praefatam venerunt obſidionem, fuerunt ibi Romandioli, Spoletini, Camerini, et alii, quorum difficile eſt facere mentionem. Incoepit tandem praelium die decima quarta menſis Junii (b) continue, nec poterant Saraceni aliqua hora quieſcere, quoniam obſeſſores erant plurimi, et ſucceſſive ad bella jugiter veniebant, ſed bellatores intrinſecus cogebantur aſſidue bellare, nec poterant aliunde ſuffragium habere. Caepit poſt duos menſes ſtricti obſidionis moleſtiam dare Saracenis peſtilentia famis, quae proprie dicitur eſſe fames ipſa, et vix per cer-

(z) Landulfus, ejuſque frater Atenulfus junior eo tempore Capuanis, & Beneventanis praeerant, jam defuncto ab A. CMX. menſ. April. Atenulfo I. eorum patre.

(a) Claſſis ad Conſtantinopolitanum Imperatorem tranſmiſſa ad Saracenos expellendos, & ut Cajetanum, & Neap. Ducatus ab eorum jugo liberaret.

(b) Anni CMXVI. uſque ad finem menſis Auguſti ejuſdem Anni, quo bellum, Saracenis profligatis, abſolutum.

(*) *Melius dixiſſet:* nocumentum.

certos dies habebant ſufficienter victualia. Panis ex toto defecerat, et aliqua genera leguminum non poterant reperiri. Interficiebant equos, jumenta, aſinos, canes, gatos (*), et immundas carnes avidiſſime comedebant. Irierah caput Saracenorum ſuis expoſuit, quod deficiebant victualia, nec habebatur aditum, unde poterant venire, ideo indixit praelium, referens quod milites ita erant prae fame nimium exanimati, et extenuati, quod vix poterant arma deferre; jubet ergo pulſari tubis, tangi timpana et dividi exercitum per acies, ſicque cum omnibus ſuis juxta foſſata clauſorii acceſſit fortiter clamitando. Dominus Papa interea hoc videns vocavit ſuos, et, ordinata acie, cum maximo clamore obviam eis exiverunt, incipierunt fortiter praeliari, et licet turres, et fortalitiae erant bene armatae, tamen noſtri cum machinis, & reſtaurationibus (**) ſulfureis (c) rumperunt, & combuxerunt eas, dum Irierah acceſſit cum ſuis ad extinguendum ignem, & videns eſſe proximam ſuam, ſuorumque deſtructionem, exivit de clauſtro cum ſpathis (***) nudis in manibus: incoepit fortiter pugnare, alios occidens, alios feriens; & ita ex una, & altera parte permixti erant, quod ſe ad invicem cognoſcere nequibant, & vix poterat unus alium videre prae multitudine pulveris, qui aërem inficiebat. Aures autem omnium propter clamorem bellantium voces ita erant obtuſae, quod nullus poterat diſcrete intelligere, quae dicebantur. Cum autem ſic praelium continue duraret, noſtri coeperunt cadere, terga volvere, & in fugam ſe dare. Dominus Papa, & alii hoc videntes, cum armis in manibus ſe poſuerunt in medio pugnae, animando voce, & factis ſuos, ita ut nemo auſit amplius fugere, ſed cum maxima virilitate pugnavit. Dum jam

 erat

(c) Jamdiu miſſiles ignes a Graecis inventi erant ad hoſtium naves incendendas, vel a moenibus urbium propugnatores avertendos, quorum artificialium ignium illius temporis Scriptores meminere.

(*) *Ita appellantur Italice, Latine vero* Feles.

(**) *Fort.* compoſitionibus.

(***) *Spatha vox notiſſima.*

erat pugna accenſa, & omnes attendebant interficere; ferire, & ſe defendere; Dux Gregorius cum ſuis & Dux Joannes, relicta pugna, iverunt ex parte oppoſita (d), & ſuperatis antemuralibus, & foſſatis intraverunt intra clauſtra (e) interficientes omnes, qui ibi invenerunt, mulieres, parvulos, ſenes, invalidos, infirmos, devaſtantes, & comburentes omnes domus, & fortalitias, quae ligneis tabulis compactae erant. Irierah autem ut hoc proſpexit, timens ne in medio inimicorum poſitus fuiſſet, & in manibus ipſorum captivum cum ſuis deveniſſet, ſe dedit in fugam, ſecutus ab omnibus ſuis. Sed noſtri volentes modis omnibus illos deſtruere, acriter eos inſequiverunt, & multos in ipſa fuga vivos capiens, multoſque etiam interficiens, & ita liberatus fuit Carillanus de manibus Saracenorum. Poſtera namque die Dominus Papa diviſa ſpolia a Carillano diſceſſit, & hoc accidit anno quarto decimo regiminis ſui Ducatus. (*) (f)

XIX. Venerunt Sclavi (g) viri crudeles, ſanguinolenti, militaribus exercitiis aſſueti, rubariis avidi, infeſtantes loca omnia circumcirca Neapolis. Dominus Dux valde indignatus de tanta eorum crudelitate, timenſque ne tentarentur ſubmittere civitatem Neapolis, ſtuduit congregare de diverſis gentibus exercitum, cum quo reſiſtere poterat ab eorum incurſionibus; munivit de victualibus, & de armariis cujuſque generis civitatem. Capuanus diſtri-

(d) Diſtinctim pugnam deſcribit Hiſtoricus noſter, dum a Gregorio vel a latere, vel a tergo hoſtem petitum advertit, ne uſquam ipſi pateret effugium.

(e) Ideſt in exercitu medio, quod vulgo *il corpo di battaglia*, ubi mulieres, invalidi, victualia, aliaque ſervari ſolent.

(f) Qui fuit A. CMXVI. ſcil. exeunte A. CMII. quo Gregorius electus eſt Dux Auguſto menſe A. CMXVI. quo adhuc XIV. Gregorii Ducatus annus decurrebat.

(g) De Sclavorum irruptione loquuntur Chronologi ad Ann. CMXXVI & CMXXVII. Vid. Lup. Prot. & Romuald. Salern. qui ajunt *A. CMXXVI. venerunt menſe Julii Sclavi in Apuliam, & Civitatem Sipontum hoſtili direptione, & gladio vaſtaverunt*. Inſequenti anno in Campaniam deſcendentes, cuncta depopulati ſunt.

(*) *Scil. A. CMXVI.*

ſtrictus ab eis crudeliſſime devaſtatus: fiebant furta, adulteria, homicidia, & alia criminoſa inaudita. Nam non ſolum bona, ſed etiam homines laici, & Monaci furabantur, a quibus pecuniae extorquebantur,. et hoc accidit anno vigeſimo quinto (*) ſui regiminis.

Anno trigeſimo ſui regiminis illi de Iſola (*b*) viri belligeri Terram noſtram rapinis, diverſiſque violentiis moleſtaverunt. Ex quo Dominus Dux indignatus navale bellum portavit; &, facto congreſſu, per aquam facili praelio ſuperati ſunt hoſtes, et majores ex eis ducti ſunt Neapolim . . . .
Stella a parte Occidentis apparuit, et ſplendor ejus tendebat ad Orientem. Et non poſt multos dies fuit terraemotus (**) magnus, qui plures evertit domos in civitate Neapolim, pluresque Eccleſias ſubvertit, multoſque homines occidit. Dominus Dux Gregorius plenus dierum morbo apoplexiae mortuus eſt, poſt quam regnavit annis triginta tres (*i*), menſibus quinque, & diebus quatuor, cui in Ducatus honore ſucceſſit

XX. Jo-

(h) Qui fuerint iſti *de Iſola*, qui Neapolim vexarant, & navali inde praelio devicti, nil certi adfirmarem. Conjiciendum fortaſſe, Saracenos e Sicilia egreſſos Tyrrhenum mare infeſtaſſe, nam permultos etiam Brutiorum, & Calabriae urbes tunc occuparant, ut alibi in Chronico Saracenico-Calabro adnotabimus; & infra in Johanne Duce. Tunc fort. accidit, quae noſtrates Scriptores referunt, nempe Gregorium Ducem, & Stephanum Epiſc. Neap. in Caſtrum Lucullanum, ne hoſtes in eo paratam arcem haberent, deſtituiſſe, atque detruſiſſe, indeque corpus S Severini in Eccleſiam Caſſinenſium ejuſdem urbis tranſtuliſſe, quod ibidem primo adſervabatur, de quo Capac. Chioccarell. aliique.

(i) Gregorius obiit ineunte vere A. CMXXXVII. nam ex charta quadam in ſchedis P. Borrelli legitur *menſe madio An. CMXXXVII. regnaſſe Johannem Ducem, & Conſulem Neapolitanorum*. Hujus fortaſſe Gregorii Ducis nurus fuit Euphemia illa, cujus lapis Sepulchralis refertur a Jul. Caeſ. Capacio in Hiſt. Neap. p. 159 in quo legitur:

Hic Eufemiae requieſcunt membra benignae
Nurus Gregorii quae Ducis alta fuit.

Chioccarellus aliter commentatus eſt, quem conſule.

(*) *Scil. A. CMXXVII. ut Lup. Prot. Romuald. Salern. aliique.*

(**) *A. CMXXXVI.*

937.

XX. JOannes (*l*). Hic propter diſcurſiones Saracenorum (*m*) erant valde depauperati Neapolitani; & un-

(l) Johannes hic Dux, filiuſne, an nepos Gregorii fuerit, ignoramus: neque apud Scriptores certi aliquid expiſcamur. Quod certiſſimum quidem eſt, e Sergii I. Ducis ſanguine, eujus nepos erat, deſcendiſſe. In Capitulari, enim Gregorii, ſequenti Tomo cum aliis Capitularibus edendo, legitur titulus: *Pactum a Gregorio Duce Neapolis, & a Duce Johanne ejus nepote rurſus initum cum Principibus Beneventi &c.* Ibi num. 3. haec habentur: *quae poſſidetis* (*de Liburias*) *temporibus Landolfi patrui veſtri* (cum quo aliud tunc pactum firmatum fuerat), *& Domini Sergii Abii noſtri &c.* Peregrinius noſter, qui pactum hoc edidit in ſua Lang. Princ. Hiſt. opinatus eſt, pactum Gregorii conſtitutum fuiſſe A. CMXI. Ind. XIV.; illudque poſtea confirmatum a Johanne non ante A. CMXXXIII. At pace Cl. viri in utraque labitur Epocha. Nam pactum Gregorii tunc ſtatutum dicendum eſt, quum primum in Saracenos exercitus tranſmiſſi, ut ſup. notavimus ex Oſt. Lib. I. cap. 50. quod quidem A. CMVIII. Ind. XI. contigit, ſecus vero CMXI. Indictionis fortaſſe numerus ab amanuenſibus corruptus errori anſam praebuit. Nam quum in fine pacti legatur: *a I. die menſis Junii Indict. XI. uſque in obitum ejus*, amanuenſis numerales notas XI. cum nota V. verbi *uſque* univit, & Ind. XIV. ſignavit. Neque alio pacto Gregorii, & Atenulfi haec prior in Saracenos expeditio vera eſſe poterit initio Ducatus Gregorii, & vivente Principe Capuae Atenulfo (qui obiit A. CMXI.) ut adfirmat cum Oſtienſi Chronologus noſter: eo etiam tempore, ut Ubaldus adſerit, in Neapolites, acceptas injurias ulturi, Saraceni inſurrexerant. Quo igitur pacto ſtabit Gregorii pactum An. CMXI. quum jam in Saracenos ſimul antea pugnaſſent Neapolitanus Dux, & Capuae Princeps in Gariliano?

Neque verum itidem, eſt quod idem ſubdit Peregrinius de Johannis Ducis confirmatione, ſcilicet non ante ann. CMXXXIII. foederis hujus pactum, ſive Capitulare a Duce Johanne fuiſſe *jurejurando* confirmatum: quum certum ſit ex Chronologo noſtro, Johannem Ducatus ſui poſſeſſionem non obtinuiſſe, niſi anno CMXXXVII. ac propterea foedus cum Capuae, ac Beneventi Principibus non ſancitum, niſi ſaltem eodem A. CMXXXVII. X. decurrente Indict. quo (ut adſerit Ubaldus) *Ambaxiatores miſit* (Johannes Dux) *ad confirmandam pacem, & unionem cum finitimis* (nempe Capuae, & Benev. Principibus) An. ſiquidem CMXXXIII. adhuc degebat Gregorius; neque Johannes Ducatum inierat, Ducis Gregorii ſocius, aut ſucceſſor declaratus. Peregrinius tamen aliquomodo excuſandus, cum Chronicon hoc, a quo Ducatus Neapolitani res ſanius patefactae, ſuorumque Ducum ſeries abſque nodo explicatae ignoravit; nec aliunde eruenda, aut colligenda erant.

(m) Qui vel e Calabria, vel e Sicilia huc perpetuo adventabant: Tyrrheno mari iis ob claſſis defectum patefacto, Campaniaeque ora ob militum, Turriumque munimenta, quae deerant, irruptionibus aeque pervia.

Digitized by Google

& undique deficiebant victualia, & caro pretio emebantur, miſit ad diverſa loca naves ad exportandum frumentum ſuis ſumptibus, ſicuti factum eſt; & ſic civitas Neapolis brevi tempore remanſit de omnibus rebus victui neceſſariis bene, & opulenter ditata, & alia multa beneficia contulit; ita ut ab hominibus ſuis coepit multum diligi, & civitatem viriliter in pace tenere. Miſit etiam Ambaxiatores ad confirmandam pacem, & unionem cum finitimis (*). Dominus Dux audiens quod Hungari faciebant multa damna, occiſiones, & rapinas in diſtrictu Capuano (n), timenſq; ne Neapolim venirent, praemunivit eam de militibus, omnibuſque rebus neceſſariis ad bonam defenſionem faciendam, muros, & fortalitia pluribus in locis reſtauravit, & Brevariis (**) ſuis ordinavit nocteq; die-

(n) Accinit Oſtienſ. Lib. I. cap. 55. *Indict. X.* (nempe A. CMXXXVII. *venientes innumerabiles Hungari ſuper Capuam, omnia in circuitu ipſius depraedati ſunt. Similiter etiam Beneventi fecere uſque Sarnum, & Nolam diſcurrentes, & devaſtantes omnia: cunctamque Liburiam peragrantes, iterum Capuam reverſi per duodecim dies in Campo Gallicano* (ultra flumen, & Capuam, nunc vulgo *campo Gagliano*) *commorati ſunt*. Lupus Protoſp. hanc irruptionem figit ad A. CMXXXVI. ſed male. Nam a Frodoardo, Witichindo, Hermanno Contracto, aliiſque Scriptoribus An. CMXXXVII. Hungarorum irruptio deſcribitur in Ultramontanas Regiones: quo quidem tempore illorum barbarorum ſa tem in noſtras irrupiſſe Provincias dicendum eſt. Hi ab Scriptoribus ſynchronis apud Dandulum in Chron. & Reginonem *Hungri* adpellantur, e Scythia, ſeu *Tartarorum* Provincia oriundi, qui primo in Pannoniam, Avaris ſive Hunnis inde depulſis irrupere, eâque ſtatim potiti ſunt; illoque ex tempore, Pannoniae nomine obſoleto, hactenus Hungaria nuncupatur. Plures vicinae Germaniae, Franciaeque Proviuciae illorum incurſiones expertae; at nunquam alias in noſtrates haſce regiones Hungarorum turmae adventarunt, niſi hoc anno CMXXXVII. ſed, Deo votis communibus annuente, eorum exercitus fugatus, et profligatus fuit eodem anno. Quum enim ipſi e Campania per Marſorum montium anguſtias praedis, ſerviſque nimium onuſti regrederentur, Marſi, Pelignique iis adjuncti, occaſione arrepta, in ipſos inopinato irruentes, omnes pene interfecerunt; ſicque devaſtationum, ac praedarum ſuarum poenas luerunt, paucis vix fugâ elapſis, ut ex eodem Oſtienſi, aliiſque pleniſſime colligitur.

(*) *A. CMXXXVII ut ſup. notavi.*

(**) Berroari, Berraeri, *ſeu* Zaſſones, *vulgo* Birri, *o* Zaffi. *Inter tot militum ſpecies, quibus in ſuo Gloſſario eruditiſſimus Du-Cangius locum fecit*, Brevariorum *hanc neque de nomine quidem novit*. Taſur.

Digitized by Google

dieque vigilare cum lanceis, & ſagittis in manibus ; ne illi ſummiſſo murmure venientes, invenirent omnes inopinatos: & ſi contigerit venire, debuiſſent tunc rumorem facere, & pulſare ad ſtremitum (*), ut audita ſtremita eo curreret omnis Populus ad defenſionem civitatis; pro qua diligentia, & providentia remanſit civitas inoffenſa. Naves, quas mandato Domini Imperatoris Conſtantini, Dominus Dux miſit in adjutorium navalis claſſis ejuſdem Imperatoris ad debellandos Saracenos de *Fraxineto*, poſt partam victoriam (o) ſuper eos, navigios eorum deruptos, & ſuccenſos, ita ut nec quidem unus remanſit illaeſus, multoſq; Saracenos in mari ſubmerſos, alios morti datos, alioſq; captos, & captivatos, approdierunt in Neapolitano portu, ubi fuerunt receptae cum laetitia, & gaudio magno, & erant valde oneratae de multis rubariis, & hoc accidit anno quinto (**) ſui regiminis. In eodem tempore, habito beneplacito, & permiſſione a Domino Imperatore, & conſenſu populi Neapolitani (p) conſtituit Marinum

(o) Saracenos *Fraxinetum* incolentes (locum in Italiae, & Provinciae confiniis) ſimulque Alpium omnium aditibus e Francia in Italiam adjacentibus interclufos, Hugo Italiae Rex illinc omnino expellere moliebatur. Verum cum ſe ad hoc imparem cognoſceret, ab Romano Lecapeno, ejuſque filio Conſtantino Porphyrog. Graecorum Impp. auxilium popoſcit: qui claſſem adpararunt, Neapoliſque Duci naves alias ſociare juſſerunt, ut Hugoni Regi ſubſidia in Saracenos praeſtarent: quo facto, vix Graecorum claſſis Fraxinetum pervenit, (dum terreſtri itinere Rex illos perſequeretur) Saracenicas naves incendit, eorumque opes protrivit, ac ſuperavit. Ac licet Hugo illos tunc omnino debellare potuiſſet, ac penitus eliminare, humanae prudentiae ceſſit, cum iiſque inito foedere, montibus, qui Italiam a Francorum Regno dividunt, iis ad habitandum conceſſit. Haec fuſius apud Luitpr. l. 5. cap. 4. 5. & 7. alioſque.

(p) Videſis, non unius Conſtantinop. Imperatoris decretum, verum etiam populi voluntatem, atque conſenſum requiri in electione Ducis Neapolis, qui diu ante hereditario fortaſſe jure in Sergii I. Ducis familiam traductus erat, ut alibi notatum.

(*) *Vox iſta, ut puto, deſignat frequentem illum actis Campani ſonitum, quo publico aliquo urgente periculo Populus excitatur, ut arma capiat, & in ſubſidium accurrat, ut vulgari ſermone dicitur* ſonare Campana a martello. *Deeſt etiam hoc vocabulum a Du-Cangii Gloſſario.* Tafurius.

(**) *Nempe A. CMXLII.*

num filium ſuum in conſocium regimine, & gubernio Ducatus Neapolitani, itaut Marinus ejus filius Ducatus ſucceſſor effectus eſt. Erat iſte vir incomparabilis, magnanimus, miſericors, & bellorum ſtudiis eruditus. Donavit *Beroldo Abbati noſtri Monaſterii* (q) terras aliquas, quas ipſe habebat, & poſſidebat in diſtrictu Neapolis, & proprie in loco, qui dicitur *Caſileno de Nizzano* (r) *cum Siluto*, exceptis groſſis arboribus. Servitium etiam quod ei facere debebat Stephanus filius Petri de Atellano, & omne ſervitium, quod ipſe per uſum facere debet, ita ut non habeat ipſe licentiam alicui ſervire, niſi cum voluntate ipſius Domini Abbatis, vel ſucceſſorum ejus Abbatum, nec non aliqua pretioſa mobilia pro ſervitio, & uſu Eccleſiae, & medietatem Eccleſiae *Sancti Georgii*, & domos duas contiguas dictae Eccleſiae. Haec, & alia Dominus Dux conceſſit, & corporali traditione confirmavit in hoc Monaſterio, & in manibus Beroldi Abbatis & Monachorum ejuſdem prae ſalute, & redemtione animae ſuae, & ſuorum (ſ). Anno vigeſimo ſexto ſui regiminis Neapolim venit Dominus Otto Imperator, & fuit receptus honorifice, & cum gaudio (t) a Domino Duce, & in do-

(q) Videl. SS. Severini, & Soſii, in quo Coenobio degebat Ubaldus.

(r) Locus mihi nimium obſcurus, & fortaſſe ab amanuenſi corruptus.

(ſ) Alias quoque hujus Ducis Johannis, Marinique ejus filii donationes ſervant Caſinenſe, ac Vulturnenſe Chronicon, iſtiuſque Neapolitani Coenobii Tabularia. Oſt. Lib. I. cap. 59.

(t) Adhuc fortaſſe dubitaretur de Othonis Magni Imp. Neapolim appulſu poſtquam Romae a Johanne PP. XII. Auguſtaeam coronam accepit A. CMLXII. niſi Chronologus noſter id confirmaſſet. Igitur A. CMLXIII. nempe XXVI. An. Ducatus Johannis Otho Imp. Neapolim adventavit. Imo & caſtrum Cumanum ſibi inviſendum fuit (ut illud fortaſſe reaedificari mandaret, a Saracenis jampridem deſtructum; vere enim in charta quadam apud Chioccarellum in Catal. Ep. Neap. p. 119. legitur confirmatio Guilielmi de Prioldo Monaſt. S. Mariae ad Cappellam Neap. *Eccleſiae S. Petri in territoriis Caſtri noſtri Cumarum cum omnibus ejus pertinentiis, quam obtulit Johannes bonae memoriae Conſul, & Dux, atque Magiſter Militum &c.* Data A. MCXXXIV. Reſtitutum igitur fuerat Cumanum Caſtrum, poſtquam a Saracenis deſtructum fuerat, quum in Vulturnenſi Chronico hujus Auguſti Diploma inſeratur, *quo bona, & privilegia illi Monaſterio antea conceſſa confirmat*

in domibus ipſius Ducis per dies ſplendide, & opulenter hoſpitatus. Electus (*u*) in Papam Joannes, miſſi fuerunt ad eum viſitandum, & honorandum pro Domino Duce tres Ambaxiatores, ſcilicet Obizo de Frixio, Rolandus de Perago, & Guillelmus de Curte veteri. (*)

XXI. Pandulphus Princeps Beneventanus volens guerritare contra Graecos, gentem Domini Imperatoris ſecum in auxilium ſociavit, ita ut ordinavit grandem exercitum, vênit cum dictis Graecis ad arma, & ſubmiſit eos, poſt paucos dies denuo praeliavit cum eis, & remanſit victus, & ſuperatus. Eugenius *Capitanus* Graecorum (**) poſt partam victoriam facto conſilio coepit Avellinum fortius impugnare, & ſubmiſit eum. Poſt haec pervênit ad civitatem Capuae, credens habere eam de plano, ſicut & Avellinum, ſed invênit ad eam conſtantiſſimos defenſores (*x*), per quas Civitatem ipſam tam fortiter, & ſollicite ſervabatur, quod nullatenus quis valebat ſubmittere.

mat IX. Kal. Sept. A. CMLXIII. Imperii Domini Ottonis piiſs. Imp. II. Ind.VI. Actum in civitate Cumis. Hinc deduci poteſt, eo temporis a Neapoli Fodrum Imperio Orientali praeſtandum; itemque Occidentali tributum aliquod in jus *homagii* exſolviſſe.

(u) Non electus tunc fuerat Johannes XII. qui ſui Pontificatus octavum annum numerabat, & novi quidem Romam ingreſſus, qua ex urbe exturbatus antea fuerat: quod ſatius apud Baron. ad A. CMLX. & ſeq. alioſque Scriptores leges.

(x) Eadem narrat hoc A. CMLXIX. (ideſt XXII. Ducatus Johannis, ſicuti habet Ubaldus) Anon. Salern. qui XL. dierum ſpatio Capuam obſidione vallatam fuiſſe adſerit, ſecus duobus menſibus (quod veriſimilius profecto eſt) ut ait Chronologus noſter. Anonymus etiam ſubdit, Giſulfum Salerni Principem, Graecis Auguſtis amiciſſimum, in hoc praelio Neapolitanis adjunctum fuiſſe: quod quidem omnino verum (quamvis ab Ubaldo reticeatur): ex eo enim tempore Otho Imp. Graecos aeque, atque Salernitanum Principem infenſos ſibi hoſtes reputans, illos perinde perſecutus eſt, ac Neapolites. Pandulſo enim foederatus, ac ſocius, Capuam, & Beneventum (Principatus ſibi tributarios) defendebat, ac patrocinabatur. Recte adnotavit Muratorius in Annal. Ital. hoc Ann. iſthaec, Majo menſe exacto (quo tempore Pandulfus Romanae Synodo interfuit) contigiſſe. Jannonius Marinum Ducem ignoraſſe nimis oſcitanter confeſſus eſt Lib. VIII. cap. 1.

(*) *Familiarum cognomina ſenſim invaleſcebant.*

(**) *Legendum melius Catapanus.* Catapani *apud Graecos Generalis totius exercitus Praefectus*. Tafur.

rè. Erant autem pro munitione Capuae victualia plurima, vinum, carnes, & neceſſaria quaecumque ad ſufficientiam, ita quod ex obſidione decem annorum civitatem ipſam capi non poſſet, nec deficeret ei victus. Ideo infructuose irruebant potentialiter in ipſam; ſolummodo ſolebant aliquando occidere aliquos, aut captivare. Dominus Dux Joannes in adjutorium Graecorum miſit Dominum Ducem Marinum cum exercitu peditum, & equitum, & in diſtrictu civitatis Capuae multas occiſiones, damna, & rubarias commiſit. Duravit obſeſſio illa duos menſes plus minuſve, ſed prae timore adventus militum Domini Imperatoris Octonis pro defenſione civitatis Capuae, tam Graeci, quam Dux Marinus relicta obſidione redierunt ad propria. Tandem vênit exercitus Imperialis, & inveniens Capuam liberam, & ſine obſidione, & certioratus de exceſsibus commiſsis a Neapolitanis, ivit verſus Avellinum, & potentialiter expugnatum, ſubmiſſum, & devaſtatum Neapolim vênit, ubi multa damna, rubarias, & occiſiones commiſit. Omnia iſta acciderunt anno trigeſimo ſecundo ſui regiminis (*). Dominus Princeps Pandulphus erat valde indignatus, & rammaricatus (**) de damnis, rubariis, & factis a Domino Duce Marino in diſtrictu Capuae, ſicuti dictum eſt. & de continuo cogitabat contra ipſum vindictam facere de tanta injuria ſuis illata; unde congregavit de Beneventanis gentibus exercitum, & ivit verſum Neapolim intendens eam ſubmittere, & devaſtare. Dominus Dux Joannes, & Dux Marinus audito adventu Beneventanorum praemunierunt civitatem de militibus, ita ut poſset eorum inſultibus, & tentativis reſiſtere. Conſtruere fecerunt propugnacula, reſtauraverunt muros civitatis, vetuſtate temporum, aut alio caſu conquaſſatos, nocteque, dieque tam viri, quam feminae fatigabant exportantes ligna, lapides, aliaſque res neceſſarias more formicarum colligentium

(*) *A. CMLXIX.*

(**) *Hoc eſt exaſperatus dolore affectus, unde Ital. rammaricato. Teſaurus.*

frumenta ob metum proximae hyemis. Tandem Pandulphus cum maxima quantitate Beneventanorum tendit ſupra Neapolim, devaſtavit totas ſegetes, vites, & arbores ſuccidit, fixitque caſtra ea die prope foſſatas, & muros civitatis. In ſequenti vero die Neapolitani exeuntes armati iverunt contra Beneventanos, & ibi praelium arduum fuit inter ipſas partes incoeptum ſummo mane, & duravit uſque ad primum ſomnum, ita quod ſtella groſſa (y) de ſero jam fuerat tramontata, & tandem Neapolitani uſque ad civitatem ſpincti (*), alii ex eis capiuntur, alii morti donantur, magnaque pars vulneratur: ex parte quoque Beneventanorum, qui fuerunt ad praelium, alii capti, plerique vulnerati, aliique etiam mortui ſunt. Mane facto utrinque diſceditur iſtis intra Suda (**), illis intra munimina muralis aggeriſse recipientibus. Dominus Princeps Pandulfus, cum de pertinaci Neapolitanorum audacia comperiſſet, indignatione ſimul, & ira permotus eſt. Finxit decampare exercitum, & redire ad propria. In primo noctis crepuſculo fraudulenter rediit, credendo, quod noſtri dormiebant, nihilque ſentiebant, cum ſcalis tentavit ſuperare muros, & intra civitatem intrare. Sed Dominus Dux Marinus, ut bonus, & ſagax miles de continuo vigilabat ad cuſtodiam civitatis, & cum ſuis indefeſſe circuibat ejuſdem muros, timens de aliqua fraude, & proditione; audito interim peditum ſonitu, illico convocatis militibus, & a ſomno excitatis, effecit, ut quilibet eſſet proviſus ad obviandum inſultum adverſariorum: conſtituit guardias opportunas armis decentibus, quibus univerſaliter juſſum fuit, ut nequaquam quiſquis loqui praeſumeret cum inimico adhaerente exercitu, quo in tantum adhaereant, quouſque ſcalas

(y) Veneris fortaſſe, ut vocant Aſtronomi. Heic, & alibi, ut vides, barbariem nimiam ſapit Chronologi noſtri ſtilus.

(*) ſcil. *reſpinti.*

(**) Suda, *ideſt foſſam, ſeu potius Vallum, vel Sutas, quibus Vallum ipſum, & Caſtra muniuntur. Vide Du-Cangium in Gloſſ. tom. 3.* Taſur.

las poſuerint in ſaliendo ſuper murum. Cum autem Beneventani ſine vociferatione, & cum magno ſilentio non longe a muris appropinquaſſent, credentes a nemine ſe ſentiri, properant ponere ſcalas ad murum, & ſcalis appoſitis incipiunt ſalire, & quilibet ſub muro, quaſi ſecurus adſtabat. Parvo tempore bonus numerus Beneventanorum erat intra civitatem, & Dominus Princeps Pandulphus cum compagnia aliorum militum vênit ad portam civitatis, quando Dominus Dux Marinus dato ſigno contra eos viriliter coepit ire; & ſicut leo inter beſtias corpora jugulo ſcindit, ſic ipſe capita Beneventanorum enſe truncando alios occidebat, alioſque feriebat, ita ut territi Beneventani (z) alii deſcendebant per eaſdem ſcalas, alii ſe praecipitabant de muro intra foſſatas, ubi remanſerunt plures infracti, & mortui, & ſic Deo auxiliante & favente, civitas tota remanſit liberata. Dominus Princeps Pandulphus cum magna verecundia terga revolvit, & ivit ad propria (a), & hoc accidit anno trigeſimo ſeptimo (*) ſui regiminis. Anno quadrageſimo quarto ſui Ducatus (**) pervênit ad aures Domini Ducis Joannis, quomodo Saraceni de Cicilia, & Calabria naves quaſdam armarent, & diceretur quod offendere debebant noſtras naves mercatorias, & quod Dominus Princeps Beneventanus ad ipſas armandas dabat auxilium, & favorem, & miniſtrabat eis pecuniam, & alia neceſſaria. Dictus Dominus Dux, convocato conſilio, ordinavit armari quatuor naves, & quinque galeas pro cuſtodia maris, & pro lignis mercatoriis in maritimam exeuntibus aſſicurandis, in quibus fuerunt homines belligeratorii peroptime armati uſque in mille, & quingenti, & cum eis voluit eſſe Dominus Dux Marinus. De menſe Junii move-

(z) Satis inflammato animo ſe heic oſtendit Ubaldus, qui Langobardos hoſtes nimium perſtringit.

(a) Haec eadem ſuperius dicta ſunt in Anon. Salern. Chronico.

(*) *A. CMLXXIII.*

(**) *A. CMLXXXI.*

verunt de portu Neapolis, & navigando verſus Ciciliam, invenerunt navem unam Saracenorum; & quum intellexiſſet ab hominibus illius navis, quod Saraceni erant in diſtrictu Inſulae Melitae, illico iter eo arripuit, cauſa eundi, & eos inveniendi. Cumque proficiſceretur intendens verſus Melitam Inſulam, vidit de longinquo naves inimicorum, & ſubito ivit contra eos, & coepta pugna cum obſtinatione, & virilitate, una navis ex eis ſubmerſa fuit, quatuor combuſtae, aut captivatae cum omnibus rebus, & hominibus, qui in eis erant, & aliae fugatae. De noſtris duo tantum ſubmerſae fuerunt. Quo peracto, Dominus Dux Marinus ordinavit ad propria remeare, & perventus cum gaudio, & triumpho receptus fuit *(b)*.

XXII. In eodem (*) annò menſe Auguſti Dominus Dux Marinus cauſſa ſpatiandi tranſivit in *Scopulo Prochidae*, ubi per aliquod tempus moram fecit, unus dierum, qui aeſtui magnus erat, & valde calidum ſentiebatur, voluit natare; denudatus deſcendit in mare, & coepit natare, dum delectationem capiebat in aquas, vênit una unda ſuper aliam, & eum demerſit, & ſic fluctuando remanſit mortuus. Extractus de aqua, & deportatus in civitate, magnus planctus factus fuit ſuper eum. Dominus Dux Joannes quum infirmus jaceret in lecto, & gravi morbo langueſceret, audiens miſerrimam mortem ſui filii Marini, ſe inde repletum moerore, & vehementer rammaricari indiciis demonſtravit, & ſignis. In auditu etiam mortis, quae ipſius fuerat auribus nuntiata, in lecto ſe erigens, quo cubabat, ſedit, abſciſſit crines, percuſſit pectus, & faciem, & per plures dies ſemper lacrimavit amare, noluit edere, nec bibere, & pro maximo dolore, & inedia extenuatus, incidit in lethalem febrem

(b) Navalem hanc Marini Ducis victoriam e Saracenis An. CMLXXXI. reportatam ex Hiſtoricis, quod ſciam, ante retulit nemo.

(*) *Lege ſequenti A. CMLXXXII.*

ſebrem, & poſt paucos dies reductus ad extremum (c), obiit. Regnavit annos quadraginta quinque, menſes ſeptem, & dies viginti tres. Fuit vir utique prudens, providus, ſtrenuiſſimus, & facundus, ac honeſtiſſimus, & multos maleſactores tempore ſui Ducatus punivit, cui ſucceſſit

982.

XXIII. Sergius, qui principio ſui Ducatus caſtra viris prudentibus in cuſtodia tradidit, officia civitatis, aliaque Ducatui pertinentia bono ordine ſtatuit, & quum eſſet ſapiens, & diſcretus, maleſactores ſagaciter inquirendo punivit, & aliquibus Officialibus dedit poteſtatem omnem ſuper maleficiis, & juſtitia facienda, ſic quod praedicti Officiales de praedictis ſollicite ſe intromittebant. Qui quidem ſuum officium bene, & ſagaciter exercuit, & multos maleſactores ſuo tempore occidere fecit, ita quod maleſactores ſuo tempore cogitaverunt civitatem relinquere. Anno quinto (*) ſui regiminis, Saraceni memores injuriarum eis factarum, a Dominis Ducibus Marino, & Joanne animum intenderunt ad affligendum Neapolim modis omnibus (d) quibus poſſent. Venerunt cum magno ſtolo galearum, & navium, deſcenderunt in terram armati, & perrexerunt per totum teritoriorum, devaſtantes arbores, vineta, ſilvas, caſamentaque per quatuor dies, & poſtea ad galeas redientes receſſerunt ad propria. Credendum namque eſt, quando in civitate tali adverſa accidunt, quod Deus tan-

(c) Obiit Johannes Dux Septembri menſe An. CMLXXXII. cum regnaſſet An. XXV. menſ. VII. dies XXIII. nempe ineunte Februario A. CMXXXVII. quo Dux Gregorius apoplexia correptus eſt. Ejuſdem Ducis obitum meminit S. Petrus Damianus epiſt. 5. cap. 13.

(d) Saraceni, qui antecedenti anno Brutios, & Calabriam invaſere, ut alibi dicam, inſequenti Tyrrheni oras infeſtarunt, & praecipue Neapolim An. CMLXXXVII. ut teſtatur Ubaldus. Vid. Anon. Salern. & Lup. Protoſp.

(*) *A. CMLXXXVII.*

tangendo ſuos fideles corrigit, quoniam vult, ut nos fideles ſui ab illicitis abſtineamus, & ſiniſtra, quae eveniunt, pro correctione noſtra eveniſſe cognoſcamus. Dominus Dux Sergius ad evitanda majora damna, quae contingere poterant, ex illorum incurſionibus, fecit armare quatuor naves pro cuſtodia, & ſecuritate navium; & alias quinque in curſu contra eos.

XXIV. Anno decimo octavo ſui regiminis Mons Beſevus (*) projecit tam grandem ignem, & pulverem per quinque dies continuos, quod ſimile neque fuit viſum, neque auditum; omnes præ timore ſunt expaviti; Sol non radiabat ob denſam, & nigram pulverem; nox erat lucida, ſicut clara dies ob viſibiles, & continuas flammas, quas ille projiciebat, nemo audebat de propria domo exire, neque portas, & feneſtras aperire; nam pulvis illa reſpirando intrabat in gutture, victualia non comedebantur, quia polluta; volatilia cadebant mortua de aëre; arbores, & plantae ſunt exſiccatae. Elapſis dictis quinque diebus venit terraemotus, per quem tota civitas fuit concuſſa (*e*).

XXV. Anno vigeſimo quarto ſui regiminis Dominus Dux Sergius morbum incurrit, & febricitavit, quo confectus morbo, & febre continua, & ventris etiam fluxu, ſicut divinae placuit voluntati, diem clauſit extremum. Rexit Ducatum annos (*f*) viginti tres, menſes octo, & dies duodecim, cui ſucceſſit

XXVI. Ser-

(e) Hanc Veſuvii eruptionem paſſim memorant Chronologi ad A. CMXCIX. & M. Aliam profecto ab ea, quam referunt ad Ann. MX. (niſi error in annorum numero irrepſerit) Oſtienſ. Lib. II. cap. 84. & S. Petr. Damian. fuiſſe ſuſpicor. At hoc alibi ſatius expendendum in not. ad Anon. Caſin. Peregrinii.

(f) Igitur defunctus eſt Sergius Dux initio menſis Maii A. MVI.

(*) *De Veſuvio complures antiqui Scriptores mentionem faciunt, a quibus appellatur Veſuvius*, Veſevus, ſive Vesbius, *maxime a Poetis.* Besbius *a Philoſtrato*, *&* Bebius *ab Anaſtaſio Bibliothecario in vita Benedicti II.* Taſur.

1006.

XXVI. SErgius filius Beroldi nepotis mortui Ducis Sergii: fuit virtutibus multis ornatus, multa namque diſcretione fulſit, probus, honeſtus, ſtrenuus, & victorioſus. Civitatem feliciter per totum tempus ſuae *Duceriae* (g) gubernavit, rexit, & defenſavit. Multos proſperos, & adverſos ſucceſſus Dominus omnipotens ſuo tempore contulit civitati. Contigit autem quod anno quinto ſui regiminis hyems tota fuit pluvioſa, & in medio menſis Februarii fuerunt nives magnae ultra modum (*), & in quibuſdam locis per duo brachia, & in quibuſdam majores altae fuerunt, duravit praedicta nix per duos menſes continuos, cui ſucceſſerunt venti ſiccidi, & frigidi, quod nemo audebat de civitate exire. Perierunt pecora, porci, boves, & alia animalia propter peſtilentiam famis, quia non habebant ubi paſculare. Vineta, plantae, arbores, & ſilvae ſunt exſiccatae. Per totum annum defuerunt frumenta, hordea, fabes, & legumina, quae caro pretio vendebantur, & quaſi omnes pro fame comedebant herbas agreſtas.

XXVII. Anno octavo ſui regiminis contingit, quod Saraceni de Cicilia optime ſagenas (**) duas curſitandi causâ armaverunt; naves vero noſtrae, quae mercationis causâ navigabant, ipſas invenerunt, & perſequendo eas ceperunt, et Neapolim conduxerunt. Anno decimo (***) menſis Octobris undecima vero die fuit maxima tempeſtas maris, in qua in portu Neapolis naufragium paſſae fuerunt plures naves mercatoriae bene ornatae. Eodem vero die poſt nubila facta eſt tranquillitas, et venerunt homines cum parvis lignis, inquirentes de mercibus inve-

(g) *Duceriam* ait Ubaldus pro Ducatu. Ad nauſeam uſque novam latinitatem invexit.

(*) *Idem ait Lup. Protoſp.*

(**) *Species navigii. Vide Du-Cangium*. Tafurius.

(***) *A. MXVI.*

venerunt de ſaccis lanae, et bombacis maximam quantitatem. In eodem quippe anno menſe Januarii, vigeſimo vero die fuit ignis magnus in contrata *Veini* (*h*), qui maximum damnum intulit.

XXVIII. Anno vigeſimo (*) ſui regiminis Dominus Pandulphus Theani Comes cum Joanne ejus filio, et aliis ſuis partitiariis, et *Culvertagiis* (**) (ſubmiſſa, et vi capta Capua a Domino Pandulpho ejuſdem civitatis proprio Principe) nulla mora interpoſita in primo noctis crepuſculo, exivit de civitate, et Neapolim vênit, timens ne remaneret captivus, et in fortiis Domini Pandulphi poſitus fuiſſet (*i*). Audito in civitate Neapolis adventu Comitis Pandulphi, gaviſus eſt Dominus Dux Sergius gaudio vehementi, et fuit honorifice receptus, et pro ſecuritate ejuſdem Comitis non ſolum in propria domo eum hoſpitavit, ſed perſonam ipſius ſuis militibus in cuſtodiam dedit, ne aliquis auderet proditorie ipſum occidere, aut aliquod malum facere; ita quod aut dormiebat, aut deambulabat, aut de domo exibat cum honorabili militum numero ſociabatur. Dominus Princeps Pandulphus poſt longam obſidionem, et impugnationem, ſubactâ Capuâ triumphans in eam ingreditur. Credebat captivare Comitem Pandulphum cum omnibus ſuis partitiariis; ſed cum magna ſua diſplacentia intellexit, quod noctis tempore, ſurdo

(h) Quaenam fuerit via iſthaec, ſive regio urbis, quae *Veini* adpellabatur, & in qua incendium contigit, aliis indagandum linquimus.

(i) Pandulfus V. Capuae Princeps a ſua ſede jamdudum ab Imp. Henrico depulſus, & in Germaniam deportatus fuerat, Principatu Pandulfo Teanenſi Comiti ab eodem Imperatore conceſſo. Mortuo Henrico, Pandulfus e laqueis liberatus, ſuorum ope, & Guaimarii Salerni Principis auxilio fultus Capuam obſedit. Teanenſis, ne a Campanis legitimo ſuo Principi traderetur, clam Neapolim aufugit, ut eum Sergius Dux ſibi dudum fidelis, & ſocius contra iratum Principem defenderet. Cetera a Chronico noſtro minutim deſcribuntur; neque ſubtilior, diligentiorque rerum narratio foret exſpectanda; praeſertim quum alii, quae ad Neapolis obſidionem, ſubjugationemque pertinent, vix attingant.

(*) *A. MXXVI.*

(**) *Ego heic ſeruas viles ſignificari puto.* Taſur.

do aure exiit de civitate, et ſe recoveravit Neapolim apud Dominum Ducem Sergium. Cum hoc audiſſet Princeps Pandulphus valde turbatus eſt, & condolere demonſtravit in principio; ſed in fine deliberavit modis omnibus cum ſuo exercitu contra Neapolim ire, cupiens ulciſci tantam injuriam; & pro nihilo reputans expenſarum magnitudinem, dummodo valeret ſe de adverſariis vindicare. Indignatus igitur Dominus Princeps Pandulphus de ricoveratione data Domino Comiti Pandulpho, anno ſequenti (*) congregato in unum exercitu, & habens ſecum quantamcumque gentem ducere poterat, hoſtiliter ad Neapolim occupandam equitavit. Dominus Dux Sergius, audito adventu Principis Pandulphi, ſollicite circuit civitatem, & ut portas faciat firmiores murari fecit intrinſecus, in turribus baliſtarios poſuit, & in muris quoque pedites. Ad portarum introitus defendendum multos conſtituit defenſores; bibere, vel cibare in illis diebus non meminit, ſed ad bene diſponendas defenſiones ſemper attentus, & ſollicitus. Die itaque undecima menſis Maii Princeps (*l*) Pandulphus cum ſuo exercitu totam circuit civitatem, vaſtavit primo totaliter poſſeſſiones, & bona, & diſſipavit ſegetes; & gentes cohabitantes in parte exteriore (*m*) ſunt fugatae, deſtructa aedificia, et habitationes cunctae radicitus ſunt extirpatae. Caſtrametatus itaque juxta muros civitatis, taliter circumdedit locum, quod nemo poterat ingredi, vel exire, et impediebantur victualia intrare. Dominus Dux Sergius, et Dominus Comes Pandulphus, qui erant animoſi homines, probi, ſapientes, et aſtuti, cum ipſis Neapolitanis civibus ſubditis, et amicis longo tempore viriliter ſe defenſerunt; tam intrinſeci, quam extrinſeci adeo pugnarunt, quod hinc inde vulnerati, et mortui ſunt quamplures, alii ſa-

(l) XI. die Maji coepit obſideri urbs a Pandulfo Principe: quam poſtea ingreſſus eſt die XV. Septemb. ejuſdem anni.

(m) Ideſt in ſuburbiis, proximiſque urbi villis, aut vicis.

(*) *A. MXXVII.*

ſagittis , et lanceis , alii quoque lapidibus . Defatigatae ambae partes ſe abſtinuerunt amplius impugnare, attendentes ſolummodo ad bene defenſandam civitatem, et inimici cum machinis muros ejuſdem nocteque , dieque concutere . Hic ſtetit exercitus in civitatis obſeſſione tamdiu , donec ſunt intrinſeci vigiliis , et fame devicti. Itaque cum ſe defendere amplius non valerent , nec ullum habere ſuccurſum, aliqui ipſorum ſcripſerunt literas clandeſtinas, et occultas, miſeruntque etiam nuncios Principi Pandulpho, quod parati erant , et poterant civitatem ei dare; dicebant itaque, quod darent ei introitum, et portas civitatis , ipſo veniente , aperirent contra voluntatem Domini Ducis.

XXIX. Auditis igitur iſtis factis , et inquiſito diligenter per Dominum Ducem , quod Dominus Princeps jam a Neapolitanis invitatus, exercitum ordinabat, ipſe Dux cum tota ſua familia, et cum Domino Comite exivit de civitate (*n*) dimittens Neapolitanos, quaſi omnes, et ſingulos lacrymantes, quando inter ea loquendo publice ſeipſum licentiavit. Devênit tandem Princeps Pandulphus in matutinalibus horis ad portam , et de facili ſuperatis obſtaculis, & militibus illic cuſtodientibus expugnatis, et victis, nullo alio habito obſtaculo, de plano fuit in civitate receptus decimo quinto menſis Septembris ejuſdem anni. Haec dies captionis redundavit ad damnum inaeſtimabile civitati; nam nec dici poſſet , vel cogitari domorum violenta praedatio , tam in domibus Domini Ducis, quam ubicumque per civitatem, mercatorum ſcilicet, et aliarum gentium; rapta ſpolia in cunctis, quae poſſidentur, tam in iis, quae in ſtationibus erant, quam in rebus carioribus , quae in locis ſubterraneis fuerunt repoſitae propter metum. Duravit haec rapacitatis inſanies

(n) Mari ſe commiſerunt Sergius Dux, & Teanenſis Pandulfus. Ille in Apuliam profectus, ut ab amicis, ac foederatis praeſidium poſceret; alter Romam verſus iter arripuit, ubi moeſtitiâ, aerumniſque confectus diem clauſit extremum.

nies fere per dies quinque; ita quod iis diebus fuit civitas Neapolis pauperior facta. Quamvis autem in rapiendis bonis mobilibus ſolitum ſit, ut plurimum diſcordias, et caedes emergere, hic tamen a Domino factum eſt, quod in tanto ſtrepitu, et furore non multa ſunt in civitate homicidia perpetrata. Poſtquam ſic tranſcurſa eſt civitas a militibus, et gentibus Domini Principis Pandulphi, auderant etiam iſti abſque timore guaſtum dare Eccleſiae, quae domus Dei eſt; expoliaverunt eam de omnibus ſacris mobilibus, pretioſis donariis, vaſis, & capſulis (*) argenteis, & aureis. His itaque decurſis, & pluribus aliis, quae humana non capit memoria, milites ſemper alienarum rerum avidi, ſaccum etiam dederunt noſtrae Eccleſiae *(o)*, ſpoliantes eam de omnibus pretioſioribus rebus, ita quod remanſit denudata, & tanto damno ſucceſſit aliud majus, quod totum coenobium in illo tunc magno conflagravit incendio, ita quod multas combuſſit aedes, de quibus vix decima pars remanſit illaeſa. Aediculae vero illae combuſtae pro inopia, & paupertate coenobii non inſtauratae, nec habitatae, ſolummodo hodie ſupplicibus *mei Abbatis Everardi (p)*, *& largitione Regis noſtri Gulielmi* datum eſt principium illas reſarcire. Ducatui Neapolitano tunc ſucceſſit

XXX. Pan-

(o) Scil. SS. Severini, & Soſii, quo in Monaſterio ſcribebat Ubaldus; propterea *noſtram* vocat *Eccleſiam* notavimus, Monaſterium, in quo degebat Ubaldus, ejuſque vitae tempus intelligitur.

(p) Quibus ex verbis, ut ſupra

(*) *In quibus conſervabatur Codex Evangeliorum. Vide Bona lib.* 1. *cap.* 25. *Ambroſ. Epiſt.* 4. *claſ.* 1. *Scribit ibi*: Arca Teſtamenti undique auro tecta, ideſt doctrina Chriſti: *Et inter divitias, quas & Hiſpanicis Eccleſiis in Francias abduxit Childebertus, numerantur a Gregorio Turonenſi* viginti Evangeliorum capſae ex auro puro, & gemmis ornatae. Taſurius.

1027.

XXX. Pandulphus, Princeps in omni avaritia deditus, improbus moribus, Eccleſiarum expoliator, opumque tenaciſſimus, cui tanta fuit cupiditatis rabies, ut arcas ferreas fieri juſſit, in quibus ea quae rapiebat aurum, & argentum congereret. Videns quod modicum tempus habebat, & parum duraturus erat in Neapolitano regimine (q); compoſitis diſpoſitiſque omnibus rebus ſuis, ordinavit quod quamcitius extorquere debuiſſent tributa de omnibus captivis, & fugitivis, ſive panem, ſive vinum, ſive beſtias, ſive foenum, ſive lanificia, ſive ligna, & generaliter cujuslibet extorſionis rapinas, quae poſſit aliquis excogitare. Aviditas Pandulphi non ſolum devorabat bona inimicorum, ſed & aliorum omnium ſubditorum, ita ut videbatur, perſonas, & divitias deglutire. Quae omnia, & graviora quidem . . . . (r)

Reliqua deſiderantur.

(q) Jam enim Pandulfus cognorat, Sergium auxiliatores, ac foederatos allexiſſe, ut Neapolim ab ejus eriperet poteſtate; eorumque exercitus parabatur, convenientibus Graecis, Saracenis, aliiſque.

(r) Ceterum quae in Chronico deſiderantur, breviter heic ſupplere curabo, ut integram Ducum Neap. ſeriem abſolvam. Pandulfus igitur Annis II. menſ. VII. Neapolis Ducatum tenuit, ut ſupra dictum eſt, rapinis ſemper, crudelitatique intentus, quibus ex cauſis cunctis aeque nobilibus, ac popularibus ſe inviſum reddidit: itaut quum vix Sergius cum Graecorum claſſe, quae ad ejus ſubſidium inſtructa fuerat; ac ejus etiam exercitu inſimul cum Northmannis ab eo in ſtipendium Duce Rainulfo (qui a Sergio ſanguinis conjunctionem, agrumque accepit, ubi nova Averſae urbis fundamenta jecit, ut in Langobardos Capuae pro foederatis & ſociis Neapolitanis propugnaculum foret perpetuum) acceptis, adveniret, urbemque appropinquaret ſuam, cives prae laetitia, gaudioque debacchantes, civitatem deſeruerint, obviam Duci euntes, ut animum levarent ſuum, tutumque civitatis ingreſſum praemonſtrarent. Pandulfus cum hoſtem nec exſpectare intra moenia vellet, ſuos congregans milites, Capuam ſpoliis onuſtus ſe recepit.

Interim Sergius, ejuſque filius Jôhannes, uxor Theodora (cujus monumentum in Necrologio Coenobiî S. Severini) aliique urbem ingreſſi in Ducatus dignitate reſtituitur A. MXXX. Ipſe inſequenti anno ſocium & collegam Johannem filium adſumit, Neapolitanis adſentientibus, eorumque nomina pluries in Char-

Chartis Monaſt. S. Sebaſtiani, S. Marcellini, & S Gregorii memorantur hoc titulo: *Nos Sergius, & Johannes in Dei nomine Eminentiſſimi Conſules, & Duces, in annis MXXXI. menſe Nobembri, MXXXII. menſe Madio, & MXXXIII. menſe Auguſti*.

Sergius Dux diem ſuum clauſit A. circ. MXXXV. vel MXXXVI. quum *die V. Septembr.* ſub *Michaele* (Paphlagonio) *Imp. An. III. Indict. IV.* (nempe A. MXXXVI.) *charta donationis cujuſdam Leonis Coriarii ad favorem Monaſterii SS. Marcellini, & Feſti* ſolam *Johannis Ducis & Conſulis* ſubſcriptionem habeat. Utinam & reliquam Chronici noſtri partem, quae deſideratur, haberemus, alia profecto, quae ad urbis noſtrae memoriam illuſtrandam deficiunt, monumenta cognoſceremus: illaque nos ab exteris aliis Hiſtoricis, vel chartis expiſcari neceſſe eſt, ne aliquid ad confuſam ſaltem noſtrarum rerum cognitionem deſit. Certum quidem eſt, ut retro aliquantiſper ſermonem convertamus, Sergium Ducem cum Johanne ejus filio, ut Pandulfo Capuae Principi vel moleſtiam aliquam, vel ignominiam adferret, clam Abbati Caſinenſi Theobaldo (quem Pandulfus Capuam evocaverat, ibique degere mandaverat) auxilium praeſtitiſſe, eumque Neapolim tuto tranſduxiſſe, ut narrat Oſtienſ. Lib. II. cap 60 & Chron. Cingl. MS. ad A. MXXXI. poſt Kal. Apr. Ind. XIV. Adhuc ab Scriptoribus noſtris dubitatur, fueritne Neapolis in deditionem recepta cum aliis Graecis Apuliae, & Campaniae urbibus ſub Henrico Auguſto A. MXX. quo ipſe in has regiones adveniens (ut teſtatur Epidannus Monachus Sangallenſis in Chron.) *Trojam, Capuam, Salernum, Neapolim urbes Imperii ſui ad Graecos deficientes ad deditionem coegit*: quod et Hermann. Contract. confirmat. Attamen nec a noſtris Chronographis, neque ab Ubaldo haec prorſus memorantur.

Quoad Johannem Sergii Ducis filium, ac ſucceſſorem perinde certum eſt, A. MXL. Surrentinis auxiliatum in obſidione Guaimarii IV. Salerni, & Capuae Principis, qui, fruſtra civibus, ac ſociis conantibus, illorum urbem ſubegit, exſtinctis in ea Ducibus, ſive Conſulibus Magiſtratibus. Item An. MXLVI. ex Act. S. Severi Neap. Epiſc. apud Bolland. 30. April. ab Johanne hoc Duce Puteolos (urbem jamdiu a Pandulfo Capuae Principe fortaſſe ſimul cum Cumis occupatam) obſeſſos colligimus; nec profecto recuperare debuit Neapolis Dux, quum Comitis cujuſdam Puteolani de Langobardorum genere meminerit charta Monaſterii S. Laurentii Averſae civitatis Ann. MXLIX. Tempus, quo Johannes Dux obierit, incertum. Sicuti incertum quoque, an Sergius alter, qui ei ſucceſſit, filius, aut nepos ejuſdem fuerit.

Hujus Sergii alterius Neapolis Ducis, Conſulis, & Magiſtri Militum mentio exſtat in Tabulariis Coenobii SS. Severini, & Soſii Neap. A. MLXIII & MLXIV. & in Diplom. apud Murator. in Diſſ. V. med. aevi An. MLXV. Imo ex Charta, quae Cajetae olim ſervabatur, nunc Romam (ut ajunt) ſimul cum aliis tranſlata, legitur nomen Sergii Ducis Neap. antequam ea urbe Riccardus Capuae Princeps potiretur, ſcil. An. MLXIII. Qui cum vellet perinde Neopolim ſuo adnectere Principatui, urbem obſedit A. MLXXVII. Et ſubdidiſſet profecto, niſi mors Richardi Principis poſt menſes aliquot accidiſſet (*): ob quam, obſidio Aprili menſ. ſequentis Ann. MLXXVIII. ſoluta fuit, ut alibi plenius dicam: ibique quas de hujus obſidionis a recentioribus quibuſdam Scriptoribus referuntur fabellas,

(*) *Petr. Diac. Chr. Caſſ. Lib. III. cap. 45.*

bellas, explodam. Ceterum hic idem Sergius Dux interfuiſſe creditur conſecrationi Eccleſiae Caſinenſ. ſub Alexandro PP. II. A. MLXXI. ut perhibet Oſtienſ. Lib III. cap. 30. & de quo meminit charta apud Chioccar. Capacium, alioſque, in qua Sergii Ducis, & Johannis ejus filii mentio Anno IX. Imp. Alexii (Comneni) die 15. Maii, Ind. XIII. quae notae indicant annum MXC. Chartam habes apud Summont Tom. I. alioſque ſupra laudatos Auctores. Quare conjicendum, huic Sergio parum poſt Annum MXC. Johannem filium ſucceſſiſſe, cujus aliud omnino monumentum invenire non licuit.

Huic Johanni Duci Sergium ultimum Neapolis Conſulem ſubſtitutum certo ſcimus, incerto tamen anno. Veteres Neapolitanae urbis chartae paſſim de hoc Sergio poſtremo Duce verba faciunt. At antiquior quam legi in Codd. MSS. Borrelli, exhibet nobis Ann. MCXVII. in eaque ſubſcribit *Sergius Conſul & Dux*, A. XXXVI. Imperii Alexii (Comneni) die 20. Octobr. ipſe, ut habet Abb. Teleſin. Lib. II. cap. 1. Rugerio Duci *homagium* praeſtitit An. MCXXIX. qui in ſequenti anno coronam ab Anacleto pſeudo-Pontifice accepit (quod a Teleſino reticetur), ſed in Chron. Caſſ. apertiſſime legitur: *Petrus Cardinalis* (Anacleti Legatus) *Rogerio Apuliae Duci coronam tribuens, & per privilegium Capuanum Principatum, & Ducatum Neap. cum Apulia, Calabria, & Sicilia illi confirmans, Regemque conſtituens ad ſuam partem attraxit*. Sergius Dux A. MCXXXIV. Salernum pergens, ibi novum Regi juramentum fidelitatis exhibuit, quo ex tempore verum in Ducatu Neap. dominium acquiſivit. Hinc cum Robertus Capuae Princeps, Rainulfus, Northmannique alii Proceres a Rogerio deficerent, illiſque etiam Sergius Dux ſe, ſuoſque adjunxiſſet, ne duplicis perduellionis poenam incurreret, ſe ſponte Rogerio dedidit, poſtquam hic Neapolim ſua claſſe aggreſſus fuerat: benigneque ipſe Rex ignoſcens, ſibi illum in cohortibus ſuis adjunxit, quum in Comitem Aliſanum Rainulfum unicum perduellem, ipſiuſque Rogerii cognatum ſibi pugnandum eſſet. Cum quo praelium iniens, Rogerius devictus eſt, & Sergius Dux extinctus III. Kal. Octobr. MCXXXVII. Sed cum Rogerio poſtmodum, junctis copiis, hoſtes omnes debellati ſunt, & A. MCXXXIX. Rex pacifice confirmatus ab Innocentio Pontifice, cujus poſſeſſionis diploma leges apud Baronium, in quo tamen ne verbum quidem Ducatus Neapolis, eique adjunctorum Ducatuum, eſt invenire. Interea Neapolitani cum ſe ſine Duce, & auxiliis deſtitutos agnoſcerent, Primores aliquot urbis ſeligentes, Beneventum (ubi Rogerius Rex morabatur) miſerunt, qui obedientiam, & fidelitatis *homagium* praeſtarent, peterentque, ut ejus filium in Neapolis Ducem crearet. Quod profecto factum eſt: illoque ex tempore ſuprema Graecorum poteſtas, quae Neapoli tamdiu extiterat, prorſus extincta eſt, urbe ac Regno in Northmannos translatis, qui utriuſque Siciliae Reges adpellati, eorumque etiamnum poſteri Reges eodem titulo, ac ditione decorantur.

Haec itaque ad Ubaldi Chronicon illuſtrandum, ſupplendumque neceſſaria duxi, ut Neapolitanorum Ducum expanſam ſeriem darem. Si quae adhuc indigeſta, vel obſcura in medium attulerim, Regni Neapolitani eruditiſſimis viris ea ſupplenda, vel corrigenda relinquo; ac ne me nimium indiligentem accuſent, oro, qui Patriae dumtaxat honori, ac gloriae conſultum volui; ac ſtimulos Literatorum coetui ad poſteritatem inſtruendam addendos putavi.

FRAN-

FRANCISCI MARIAE PRATILLI

DE PRIMIS CAPUAE COMITIBUS, ET GASTALDIS

DISSERTATIO.

QUum de primis Capuae Comitibus, & Gaſtaldis minime Peregrinius noſter diſſeruerit, ac de iis duntaxat, qui poſtremis temporibus eidem Comites praefuere, pauca admodum attingat; quumque de iis fuſiorem orationem heic inſtituere valde conſentaneum erat; iccirco quae ipſe heic omiſit, & alibi fortaſſe reponendum cenſuit, in plenioribus nempe Patriae Annalibus, ne cramben recoquere cogeretur, heic ipſe ſupplenda putavi. Et quidem ut Campanorum Dynaſtarum ordo, ac ſeries chronologica abſolutiſſime texeretur, in III. Hiſtoriae ſuae Libro, Gothis, Graeciſque expulſis, de Langobardorum in variis Regni noſtri Provinciis dominatu verba facturus, Capuanorum omnium quorumcunque Dominorum ad Hiſtoriae integritatem meminiſſe debuerat Peregrinius. At peſſimo Reip. literariae, civiumque ſuorum, quum cuncta inconſulto juſſu feralis ignis abſumſerit, heic quod ad hanc rem attinet, aliqua, quoad potero, deguſtabo.

Ut autem in hac re rite progrediamur, ſciendum primo; Langobardi, Campaniâ, Lucaniâ, aliiſque finitimis Provinciis occupatis, ne Dynaſtiarum ſuarum limites hoſtium incurſionibus paterent, neve Beneventum, quae Ducum princeps ſedes erat, pro diſcutiendis cauſis adire cogerentur, in praecipuis urbibus Gaſtaldos conſtituerunt, qui iis uti Militares Praefecti praeeſſent, ſuoſque Judices crearent, ut Gaſtaldatus quiſque armis perinde, ac legibus cuſtodiretur. Quod ſi divitum opibus, aut nobilium gratiâ Jura in iis locis opprimi contingeret,

tunc ad Ducalem Beneventi principem Curiam patebat acceſſus; & Gaſtaldorum, Judicumque impudentia damnabatur, & magiſtratu abire cogebantur, ſi in cognoſcendis cauſis a juſtitiae tramite aberrarent. Haec, & id genus alia habes in Corpore Legum Langobar. & paſſim apud Chronologos. Et Gaſtaldos profecto, quos haud ſatis impigre in repellendis hoſtibus, ſed magis ſuis rebus ſtudentes, cognoſcerent, nedum magiſtratu abdicabant, ſed bonorum proſcriptione multabant; & quandoque capite plexos legimus. Campaniâ igitur jam ſubactâ, Capuae, quae Provinciae caput, & Conſularium olim ſedes, primum inſtitutus Gaſtaldatus, cujus fines tam e Romano agro, quam e Cajetano, & Neap. Ducatu Graecorum incurſionibus erant defendendi. Quod itidem ex adverſa parte Calabriam, Apuliamque verſus praeſtitere, Gaſtaldatu Compſino, & Acheruntino inſtitutis, qui Lucaniam, Salerni finitimas proximaſque iis Regiones armis tegere, eorumque cauſas ſuſcipere tenebantur. Et hi quidem antiquiores Langobardorum Ducum Beneventi Gaſtaldatus fuere, ut ex ſuis Scriptoribus colligitur: qui, annis labentibus, Comites quoque vocati ſunt, ut infra planius.

Nunc quid Comitis, ſive Gaſtaldi nomen ſignificet; quod illius officium, aut dignitas eſt, aperiendum. Ac primo quidem nemo eſt qui dubitet, quin Comitum nomen, (de Gaſtaldis mox ſermo incidet) quo munus, vel dignitas quaedam ſignificatur, e Romanis effluxerit. Apud ipſos quidem, Comites erant, qui Proconſules, Praetores, Praeſides alioſque Provinciarum Rectores prae dignitatis majeſtate, miniſterii adjumento, aut conſilii praeſidio *comitabantur*; erantque hi Legati, Quaeſtores, Praefecti, Scribae, qui ſimul cum magiſtratibus in Provincias mittebantur, de quibus meminit M. Tullius in Verr. III. Hos Comites, ut ex eodem Tullio ad Q. Fratrem multis in locis patet, quoſdam fuiſſe *adjutores* & miniſtros Imperii conſtat; *apparitores* alios, Proconſuliſque, aut Praeſidis domeſticos, qui tamen ipſi etiam publi-

publice dabantur. Poſt Auguſti tempora Comitum etiam memoria recenſetur apud Scriptores. Tacitus Annal. & Hiſt. I. de Tiberio in Germaniam profecturo verba faciens, *Comites legiſſe* (ait) *ipſoſque Otho multis e magiſtratibus ſelegit, ac ſecum expediri juſſit*. Et de Veſpaſiano, qui Neroni in Achaica expeditione *Comes fuit, cum nullis antea honoribus perfunctus eſſet*, meminit Sueton. in Veſp. cap. 4. vetuſque lapis apud Gruter. 447. 4. SEX. PALPEIVM nominat COMITEM TIBERII CAES. SVB DIVO AVGVSTO DATVM. Alterque adhuc ineditus nuper prope Venafrum effoſſus, in quo memoratur-

C. AVILLIVS C. F. . .
LABIENVS
PRAEF. FABR. ET
II. VIR. I. D. VENAFR. . :
COM. M. AVR. COMMOD. .
DATVS AB AVG. PATR. .
IN CAMP. . . . .
. . . .

Quod idem utique *Comes*, ac ille qui ejus ſervitio in *Comitatu* deputatus ſit, & *Praeſentalis* in Codice, ac Novellis appellatur, exiſtimandus eſt. An deinde *Comes* pro *ſocio* habendus ſit, vel qui alium tamquam majorem comitetur, quaeſtionem hanc Grammaticis enodandam relinquo. Difficiliora nobis illuſtranda ſunt.

Sub Conſtantini Magni Imperio Comites quidem dignitate aliqua praefulgentes, fuiſſe inſtitutos habemus ex Caſſiodoro Var. Lib. VI. & Haepingo de Jure Inſignium. Ex iis *Comites Conſiſtoriani* inter primi ordinis Miniſtros fuiſſe tradit Caſſiod. Nam in Conſiſtorio Principis & publicas res, privataſque tractabant, ut ſententiam inde Princeps diceret. Aliqua tamen inter eos diverſitas erat: facultas enim aliis conceſſa *Conſiſtorium* intrandi, delibe-

randi aliis: nonnulli in Conſiſtorio *Comites primi Ordinis* vocati; intra Conſiſtorium aliqui: omnes tamen Conſiſtoriani Comites dignitate, eminentiaque apud Auguſtos praecellebant. Hujus differentiae notas, ſique ſtare, aut inſidere ibi permiſſum Comitibus fuerit, vide ap. Afflict. de prohib. feud. alienat. §. Praeterea, necnon ap. Guther. de off. dom. Aug. Lib. I. cap. 17. & Pancirolum in Notit. ubi etiam de *Comitibus Sacrarum largitionum*: iis quippe imperialis theſauri adminiſtratio committebatur, publicaeque pecuniae varios in uſus erogandae; propterea quam magna erat horum Comitum dignitas, ampliſſima juriſdictio, iiſque inferiores alii Comites parebant, ut Lib. III. cap. 16. & 25. & Pancirol. quibus in locis de Comite *Commerciorum* (quibus vectigalium etiam, tributorumque cura demandata) aliiſque Comitibus pertractant. Comites alii *rerum privatarum* dicebantur, ſeu privati Aerarii Principis, qui alios ſub ſe Procuratores habebant, illiſque bonorum vacantium, violationis ſepulcrorum, canonum cenſualium exactionis, aliorumque erat cura, de quibus fuse idem Pancirol. cap. 87. ſeqq. Erant qui *Comites ſacri patrimonii, & domorum* dicti, qui ſuos ſub ſe Curatores, Tractatores, ſive Tractores, Summarios, ſeu Aeſtimatores habebant. *Comites domeſticorum equitum, peditumque*, quorum alii in aula Byzantina, alibi alii inſtituebantur. Qui praeſentes aderant ſemper, Principem egredientem comitabantur, ejuſque domum cuſtodiebant, quod & ipſum nomen ſatis indicat. Erant & *Caſtrenſes*, qui inter Auguſti domeſticos adſcriptis praeerant, de quibus Caſſiod. Guther. Pancir. Gothofred. aliique: ſicuti & *Comites Orientis*, & *limitis Aegypti*, qui prius Ducis nomen obtinuere: Comites *Formarum*, inſtaurandis aquaeductibus deputati: necnon *Riparum*, & *Alvei Tyberis*, atque *Cloacarum*, *Portus* itidem *Hoſtienſis* a Claudio Imp. exſtructi, & Provinciarum Africae, Britanniae, Italiae &c. iiſque militum copiae ad limites Provinciarum unicuique eorum creditarum aſſignabantur, ne inopinata hoſtium irruptione perturbarentur,

tur, aut inteſtina aliqua populorum commotione : quem morem utique Langobardi Ciſtyberini perſecuti ſunt in Provinciae finibus tuendis, ut ſup. innui. ***Palatinorum*** item ***Comitum*** memoria haudquaquam reticenda, ad quos prima cauſarum civilium, & criminalium cognitio pertinebat. At hi Gothorum, Langobardorumque Dynaſtarum Italiae aevo ignoti prorſus erant : illorum tantummodo ſub Francorum Regum dominio meminerunt Scriptores apud Steph. Balutium in Capit. Reg. Franc. qui Francorum Reges quamvis Comites ſuos magni quidem facerent, eminentioris tamen gradus Duces ſuos aeſtimabant. Qua de re errat omnino Blondellus in Geneal. Franc. T. II. pag. 43. aſſerens: *Veteribus eos, quibus Ducatus commendabantur, Comites vocare : imo Ducis, & Comitis titulos concatenare, alioſque aliis cumulare ſolemne fuit*. At undenam nova haec, inauditaque ipſe expiſcatus fuerit, nec ipſe innuit, neque nos novimus. Ac pro τὸ *Veteribus* minime Franci ſibi ſunt intelligendi, quum falſum omnino ſit, ab iis, quibus Ducatus commendabantur, Comites vocari ſolere, ut videre eſt apud Scriptores illius aevi, qui diſtinctiſſime Duces, Comites, Vicarios, Miſſos dominicos, alioſque commemorant ; neque, ut ipſe gratis adſerit, ex Comitibus ſacri Palatii ſelecti Duces, & Comites omnes. Comitum utique triplex ordo fuit, ſcil. ſacri Palatii, qui Palatini ; Urbani ; & Vicani : qui urbibus primum, poſtremo, qui vicis, ſeu villis praeficiebantur, ut infra, quum de Gaſtaldis agendum erit. Comites igitur, ut ad propoſitum redeamus, potentes in Italia fuere, Langobardis jam illinc exactis ; itaut Carolus Magnus (ſicuti habetur in Annal. Franc. ap. Caniſ. Antiq. lect. To. III.) ſub anno 776. Italiam ingreſſus Rudgandum Tyrannum interfecerit, & captis civitatibus, quae deſciverant, *diſpoſuerit eas per Francos Comites*, quod & Annal. Metenſ. Bertin. & Poeta Saxonicus adfirmant:

..... Italiam properans, meritoque Tyrannum
Interitu plectens, urbes ſervare receptas
Francorum Comites, quos ipſe locabat in illis,
Juſſit. Sin-

Singulis itaque urbibus Carolus ſuos praepoſuit Comites, unde eorum nomen, atque dignitas crevit, quo ſenſim fortaſſe Langobardorum Gaſtaldorum adpellatio interiit, ut qui Comitatus dignitatem ipſis Comitibus inviderent. Ac licet ipſi non urbibus, ſed agris praeficerentur, latiori tamen vocabuli ſignificatione & urbs aliqua, & ager ipſi adtributus intelligebatur, ut in noſtra Campania fuere Gaſtaldi Aquinates, Sueſſani, Teanenſes: poſtmodum Comites. Et in Benev. Principatu Gaſtaldi Teleſini, Bovianenſes, Compſani, qui Comites etiam poſtea vocati, ut ap. Oſtienſ. alioſque ſynchronos Script. facile noſces. Seculo tamen Chriſti XI. labente, vel initio XII. cum Northmanni in Apulia, aliique in Langobardia potentiores, eorumque exemplo urbes etiam jugum Germanicorum Impp. excutere coepiſſent, Comites ſua dignitate atque decore pedetentim exciderunt; neque poſtea niſi Feudi alicujus Dominus, Comes in Italia a ſupremo Provinciae Dynaſta tali titulo decorabatur, gradus ſublimitate ſublatâ: quod non ita in Germania ſe res habebat, ut paſſim apud Auctores. Sed Comitum omnium nomina, gradus miniſteria, aliaque breviter delibaſſe ſufficiat.

Comites igitur, ut ex hactenus dictis, hujuſmodi nomen a comitatu obtinuerunt, quod ſcil. in bellicis expeditionibus comites ſeu ſocii (haud ſatis proprie tamen ita dicti) Auguſtis, Regibus, Conſulibus, ſummis Ducibus eſſent, praeſtantioribuſque militiae muneribus fungerentur. Et quoniam eorum quoque fides, militaris prudentia, aequitas, virtuteſque aliae probatae jam fuiſſent a Principe, qui iis ſummopere confidebat, ut propterea tanquam militiae Praefectis, vel Aulae ſuae Miniſtris urbium defenſionem, Provinciarum, Caſtrorumque limites cuſtodiendos, ac ſenſim etiam vel in pagis, vel in urbibus Legum adminiſtrationem, quandoque etiam Provinciae alicujus partem regendam, ut etiamnum in hodiernis Comitatibus cernimus, pleno jure ipſis committebat, ut teſtatur Aeginardus de *Bonifacio Comite, cui tutela Corſicae Inſulae tunc erat commiſſa*. Langobardorum autem Re-

Regum temporibus hoc erat Comitum munus, finium nempe, aut Arcium cuſtodiendorum, ac denique *urbibus juſtitiam miniſtrandi*, ut ex eorum Scriptoribus liquet. Quare Comitatus tunc temporis non dominium, ſed officium potius, & miniſterium praeſignabat, quod jus dicerent, & *Comitivis praeſiderent*: vide Leg. Langob. Lib. II. tit. 52. Quum vero *militares* Comites, quos vocabant, Ducibus ſubeſſent, ut Balutius Capit. Tom. I. p. 549. *Civiles*, qui jus in urbibus etiam exercerent, minoribus Judicibus, ſeu Jureconſultis, qui Legum peritiâ, ac ſpectatâ prudentiâ praeſtabant, praeeſſent; Judices hi, qui *Scabini* fuere adpellati Langobardico nomine, inſimul cum Comitibus jus gladii etiam habebant, mortique alicujus criminis reos damnare, *quos* (verba ſunt Capitularis II. Caroli M. A. DCCCXIII. cap. 13. ap. Balut. Tom. I.) *poſtquam Scabini dijudicarint, non eſt licentia Comitis, vel Vicarii ei vitam concedere*. Quare fallitur Muratorius in Diſſert. med. Aevi, ubi de Judicibus diſſerit, & Scabinis, quum affirmet, poſſe Comites vitam reis morte etiam damnatis donare, quod Capitulari, ut ſupra, contrarium eſt; niſi fortaſſe loquatur Vir Cl. de damnatis militaribus, in quos plenum jus habebant, ac dominium. Atque heic non abs re liceat mihi pauliſper immorari, & Capitulum illud Caroli M. Aug. III. ſui Imperii Anno evulgatum, indeque a ſe, ejuſque filio Ludovico confirmatum exponere, quo *Comiti indicitur, ne Placitum habeat, ſeu juſtitiam exerceat, niſi jejunus*: tanti enim eo tempore juſtitiae adminiſtratio aeſtimabatur, ut amoto etiam ebrietatis incurrendae periculo, Judices jejuni, mente magis libera, puraque lingua judicarent: quod quidem in Legibus Langob. Lib. II. & apud Reginonem Lib. I. a ſupralaudato Balutio cit. Lib. III. cap. 1. num. 38. *alibique teſtatum habemus*. Utinam & etiamnum hoc in Judiciis exercendis ſervaretur inſtitutum; quod valde quidem Reip. ſalutare foret, & in jure dicundo proficuum. At a quo deflеximus itinere redeamus.

Quamvis initio Langobardici imperii infrequens Comitum

Digitized by Google

mitum mentio fuerit in Langobardia, & Ducum, qui illis praeerant, admodum ſane frequens, Beneventani tamen, & poſtmodum Salernitani etiam, & Capuani Comitatus mentionem fieri videmus; in quorum enim Ducum, ſeu Principum creatione, vel confirmatione (quod in Regum Italiae electione a Ducum Regni ſuffragio fieri conſueverat, ut eorum Lege cautum erat) Comites hi, civitatum Primores, aliique illuſtres Viri congregabantur: ſecus vero in Regum creatione primis Langobardorum temporibus, in quibus Ducibus duntaxat ferendi ſuffragium jus tribuebatur. Neque quod Hincmarus Rhemenſis de Ord. Pal. cap. 35. apud Murator. loco cit. ait, ſcil. *ſimiliter Comites, vel hujuſmodi Principes a cetera multitudine primo mane ſegregabantur &c.* aliud innuere videtur, quam quod Comites poſterioribus Regum Francorum temporibus ſupra plebem, ſeu populi multitudinem conſtituerentur, cunctis aliis Ducibus, atque Principibus paribus, quibus Reges eligendi poteſtas data, apud hos reſiderent, Regnique ſublimioribus gradibus praefulgerent. Ac propterea in actis Comitialibus (ut advertit Nucaeus in notis ad Oſtienſ. Lib. I. cap. 20.) etiam qui Duces erant, aut Marchiones, non utique ſe Duces, aut Marchiones ſubſcriberent; ſed Comites (unde dicta Comitia, ſeu Comitum conſeſſus, & primorum conſilium) ut videre eſt in Comitiis pro eligendo Carolo Calvo Tom. II. Hiſt. Franc. pag. 459. At haec quidem Nucaei opinio difficultatibus quam maximis laborat, quibus enucleandis, ac diſtinctim explicandis longum ſane foret. Opinantur alii apud quoſdam Jctos, a Feudorum poſſeſſione Comites denominatos ſemper fuiſſe, tam ſi Langobardorum aevum, quam ſi Francorum ſpectetur, quod falſum omnino eſt. Comites enim titulo primum, ac decore ornabantur, qui Praefectura aliqua militari inſigniti erant, ut ſupra dictum eſt. Neque tunc temporis, ſcilicet uſque ad Francorum Regnum Comitatus perpetuam dignitatem aliquam praeſeferebat ſemper: Comites porro dum vitam agerent, Praefectura gaudebant; nec filiis teſtamento cavere; nec niſi ad Princi-

pis

pis voluntatem retinere miniſterium poterant. Nam vel ad majorem ipſi dignitatem evecti, vel aliqua ex cauſa (puta perduellionis, malae adminiſtrationis, &c.) dignitatis hujuſce titulo, & honore exturbati erant, & capite, aut exilio quandoquidem mulctabantur. Vid. Sebaſt. Munſter. Hiſt. Germ. Lib. III. Gothofred. in Cod. Gutherium, alioſque. Verum tamen eſt, Comitum nomen adhuc retineri ex veteri conſuetudine, quamvis a Comitatu alio translati, & pedetentim ac paulatim Comitum dignitatem hereditariam factam fuiſſe: fidelitate enim, prudentia, ac juſtitia praediti Comites, a Principe, aut Rege ad filiorum favorem, titulum, decuſque ejus Comitatus impetrare, iiſque teſtatum iri coepere, juſta ceteroqui retributione virtuti eorum Dynaſtis praemia compenſantibus ut ex textu in cap. 1. fin. de alien. feud. & L. ſciendum §. legati De legatis; proindeque fuit ut *Comites*, *& Domini* coeperint vocitari, & ſubſcribi in Chartis, Placitis, publiciſque aliis Scripturis: atque eorum etiam uxores pulchro hoc tituli charactere allectae, ab ipſis etiam Comitiſſae nomen fuit uſurpatum. Neque hoc abſque ſummo politicae ſtudio (videant, amabo, qui Langobardis ignorantiae, efferitatiſque ritenè, vereque notam appingant!) fieri cenſebant, nempe ut fide genitorum imbuti eorum filii, Reip.quieti, bonoque Provinciarum conſulerent; quum iiſdem Comitatus dignitas confirmaretur, ſibique devinctos magis haberent, quibus praemia elargirentur in grati animi Principis teſtimonium, & *homagium* fidei in ſuis ſubditis renovandum. Non iſthaec autem in Gaſtaldis, aut eorum uxoribus arrogantia; nam pagos, aut oppida olim jure ſolummodo Gaſtaldiae regebant, ſecus jure feudi: poſtmodum Comitis titulo, ac decore ornati, *dignitate Comites*, *munere Gaſtaldi appellati ſunt*, ut alibi opportunius expendendum erit. Hinc eſt, quod Comitis inſignia, nomenque Gaſtaldi omnes ſummopere optarent, immo etiam Epiſcopi, X. praeſertim ſeculo, quo Landulfus Capuae Praeſul (ut ſupra ab Erchemp. didicimus) Comitis titulum Praeſulari ad-

jungere ſtuduit, Auguſtumque, ut hoc ſibi decus impertiretur, efflagitavit, ne pars ulla ſuae ampliſſimae Dioeceſis temporalis regiminis illi deeſſet inpoſterum, nepotumque ſuorum aliquem ſui ſucceſſorem Capuano Comitatui deſtinaret. De Germaniae Epiſcopis, qui Comitis quoque titulum anhelabant, paſſim loquuntur Rer. German. Scriptores. Immo ex iiſdem adparet, ibi, ſicuti & in noſtris hiſce Provinciis, ſenſim ſeculis ſequioribus Comitum dignitatem imminutam fuiſſe. Quum enim Principum munificentia, & pietas Eccleſiis, Monaſteriis, Hoſpitalibus non ſolum ea, quae ad Fiſcum pertinebant, tributa videl. vectigalia, caſtella, aliaque id genus, tribueret; ſed ipſa quoque, quae juris erant Comitum, illorum dominio imminuto, auctoritatem, jura proventus: hinc fuit, ut ſenſim a ſuo Comites ſplendore deciderent, quo Epiſcopi, Abbates, Collegia, Hoſpitalia ornabantur, atque hactenus decorantur; nec ſine ob juriſdictionis rationem ſubditorum ſuorum litibus, ac ſcandalo. Fortaſſe ad Reip. commodum, atque utilitatem aptius foret, ſi haec in Eccleſia miniſtris juriſdictio ſuſpenderetur!

At tempus, quo Comites jure hereditario ſuum poſſidere coeperint Comitatum, incertum omnino eſt. Succeſſiſſe genitoribus filios cadente ſeculo X. certum eſt; ſed id non aeque ab omnibus Scriptoribus adfirmatur: quave de cauſa aliis privilegium ſucceſſionis datum, denegatum aliis, nulla alia afferri poteſt ratio, quam Principis voluntas, & munificentia, ſpectato illorum merito, ac fidelitate, quibus Comitatus honor confirmabatur, vel ad certum temporis ſpatium, vel quoad degerent, adſignabatur; de quo conſule Theod. Haepingum ſupra laudatum, Luiſerum in ſuo Jure Georg. Munſter. Marcam, alioſque. Antequam tamen hereditario jure Comites eſſe coeperint, *Judices* quoque adpellabantur *ordinarii* urbium, & oppidorum: qua de re ap. Leg. Lang. Placita, ſeu Capitularia ſaepiſſime Comitum nomine *Judices* vocantur. Comites vero, qui nobiliores, & locupletiores Regni, quique militari magis virtute, quam ſcientiâ pollebant, & jure-

juredicundo apti forent *minores Judices* ſub ſe conſulendae legis, atque juſtitiae causâ habebant, qui *Graphiones* patriâ eorum linguâ cognominabantur a Franchis poſtmodum *Rachiburgii*, & *Tungini*, alioque nomine ac miniſterio *Scabini* etiam (uti ſupra), ideſt *Adſeſſores*, & Comitum Auditores Germanico vocabulo, quaſi *lecti Judices*, ſive Conſules, ut diſcimus ex cap. 1. de Imm. Eccl. in VI. Videatur Lipſius, Ducangius, Voſſius, Bignonius: qui *Judices* ab his Comitibus conſtituti avaritiae tabem odiſſe, juſtitiamque aequa lance pendere debebant, amotis cauſis quibuſcumque. Utinam & in noſtris Judiciis haec ſervari contingerent! ſed profecto illud malum inolevit, ut Legum quandoque poſthabita ſanctitate, nimiâ in quoſque indulgentiâ, vel etiam inſcitiâ quam maxima Reip. ac Religioni inferri damna cernimus. Quod quidem ex inferiorum miniſtrorum negligentia, ni calliditatem potius, ac pervicaciam dixeris, in culpa eſt, qui in veritatis inquiſitione turbant quandoque, ac miſcent omnia, dilationibus, ac tergiverſationibus intendunt, & lucris duntaxat inhiantes, peſſimo Reip. juſtitiam laedi minime curant. Caroli M. lex XXII. a Ludovico Pio Aug. num. 56. confirmata, qua praecipitur: *De Judicibus, vel Centenariis, vel Tribunis, atque Vicariis dignum eſſe cenſuimus, ut ſi mali fuerint reperti, de miniſterio ſuo abjiciantur*, jamdiu obſoleta in Bibliothecis quieſcit, perinde ac illa num. 94. Imp. Lotharii: Quam bene Principes ſi leges haſce depoſitionis, aut ſuſpenſionis ſaltem improborum Judicum adhuc vigere permitterent; ſubditorum ſuorum oppreſſionibus, expilationibuſque certiſſime occurrerent. Deflendum potius, quam detegendum malum eſt! Sed ad noſtra revertamus.

Jam attigimus, *Graphiones*, ſeu *Graviones* illos eſſe ſub Langobardis, qui *Judicibus* quandoque pares erant, & quaſi *Comitum Adſeſſores*; & qui a Germanis plerumque cum *Comitibus* confundebantur; ut ex Paulo Diac. Lib. V. cap. 36. *cum Comite Bojariorum, quem illi Gravionem dicunt*. Ac fortaſſe quod apud ipſos idem fuerit

Digitized by Google

Comes, qui *Judex*, ut infra. Et quidem, ut notat Dion. Gothofredus in tex. leg. 2. Feud. tit. 10. inde nomen acceperunt *Land-Gravii* in Alemannia, & *Mark Gravii*: illi Provinciae, hi Limitum *Comites*, ſeu *Judices*: Arcis *Bur-Gravii* &c. quorum apud illius nationis Scriptores paſſim mentio. Imo ſequioribus ſeculis nec a Comitibus Comites, aut Marchiones ſecernebantur, quod uterque *limitis*, ſeu *Marchiae Comites* dicebatur; cujus rei teſtem habes P. de Marca in Mar. Hiſp. Lib. III. cap. 9. & Muratorium, qui ad Duces etiam extendit in Antiq. Eſtenſ. p. 25. ſed reſtrictius ea accipienda eſſe aptius duco. Ab horum igitur Judicum conſilio Comites pendebant, ut ex eorum Placitis apertiſſime evincitur: & perinde in pagis, vicis, oppidis praeerant ad jus miniſtrandum *Praetores*, ſeu *Judices ordinarii*, qui *Sculdaſcii* a Langobardis ſive *Sculdahi* dicebantur, de quibus a Paulo Diac. Lib. VI. cap. 24. mentio habetur, & paſſim apud Chronographos medii aevi, & in Legg. Langob. idemque ac *pedanei Judices*, qui tamen Comitibus, ac Judicibus urbanis ſubeſſent, ab eorumque judicio ad Comites, ſeu Judices urbis appellationi locus erat, ſi in aliquo ſe oppreſſos cognoſcerent; uti plenius habes apud Liutprandum Leg. Lang. Lib. VIII. cap. 4. Ubi etiam notandum non in omnibus aeque locis eundem ſervatum morem fuiſſe; ut ex Pipini Regis decreto in Leg. Lang. in quo dicitur: *qui ubicumque juſtitiam quaeſierint, ſuſcipiant tam a Comitibus, quam etiam a Gaſtaldis, ſeu Sculdaſciis juxta illorum legem*. Plura de *Sculdaſciis* habebis apud Ottonem in Diſſert. p. 849.

Gaſtaldei dehinc, ſeu *Gaſtaldiones*, & *Gaſtaldi* vulgo nuncupati, illi proprie primitus erant, qui Supremi Principis pecuniam adminiſtrabant: quare *Theſaurarii*, & *Oeconomi Fiſci Regii*, *aut Principum* vocati ſunt, Praetores, Praefecti, aut Curatores locorum, ſeu Curtium, & Villarum urbis cujuſcumque, ſicuti & montium, fodinarum, ſilvarum, &c. quae ad Fiſcum abſolute pertinebant, ut ex eodem Liutprando Lib. VI. cap. 6. aliiſque Legg.

pa-

patet. Neque Gaſtaldorum munus erat Regi, aut Principi inſervire curandis hoſpitibus, proindeque idem ac *Dapifer*, ut Voſſius ait Lib. II. cap. 8. de vit. ſerm. quem rite arguit vir Cl. Muratorius loc. cit. ex verbis Eccardi in Leg. Salic. Nam ſi ipſis cura fuit demandata, ut lites populorum dirimerent, & jus iiſdem tribuerent, & ſi ſecus egiſſent multabantur, ut in Lege Pipini 8. cautum fuerat, quid ergo cum *Dapifero*, & *Hoſpitii Curatore* Gaſtaldus commune quicquam habere poterat? Si Gaſtaldeus ex Spelmanno apud Dufreſnium ſuum etymon deſumſit a voce SaxoLangobardica, per quam apte *Cuſtos hominum* ſignificatur, quidnam, amabo, cum *Dapifero* Gaſtaldus? Erant & *Gaſtaldei Militiae*, quibus hominibus e Regiis Curtibus eductis praeeſſe datum erat, ut bene idem Murat. advertit ex Lege Rotharis 24. & ex noſtro Peregrinio, ut ſupra in Anon. Caſſin. Immo ex Paul. Diac. verbis Lib. V. cap. 36. deduci poſſe videtur, *Gaſtaldeos*, ſeu *Comites Militares* (ſicuti & illi, qui civilem poteſtatem etiam habebant) a Francis *Graphiones* fuiſſe adpellatos, qui dignitatem, atque officium cum Langobardorum Comitibus, & Gaſtaldeis parem omnino habebant (quod ſuperius innui) ut habet Lindebrogius, aliique apud Eccardum in Comm. Leg. Salic. Hunc vero Comitum, & Gaſtaldorum cum Graphionibus aequalitas a quibuſdam improbatur apud Goldaſtum, Leiſerum, aliosque Germanicos.

Verum propediem Gaſtaldeis adtributum ſenſim fuit etiam politicum ſeu civile urbium regimen, quo factum eſt, ut *Comitum vices* agerent, tametſi nomine tenus ab iis diſtinguerentur. Hinc in veteribus Langobardorum Chartis, aut Placitis, idem urbis, aut Comitatus Praefectus, Comes quandoque, Gaſtaldeus, aut Judex cognominatur, ut in Charta ſec. IX. Cinglenſis Monaſt. quam alibi dabimus: *Lando Comes Cujacienſis* dicitur quoque Gaſtaldus. Atque in alia Caſſin. Tabularii *Atenulfus Pontiſcurvi Gaſtaldeus & Judex* adpellatur, qui *Comes oppidi erat*, ut patet ex aſſenſu, quem praeſtat *pro molendi-*

no

no conficiendo in territorio ſui Comitatus Pontiſcurvi : Quod meminit etiam Anaſtaſ. apud Murat. in vit. Zachar. Pontif. cui a Liutprando Rege obviam miſſi fuerant *Agiprandus Dux Cluſinus Papae nepos*, *Tacipertus Caſtaldius Tuſcanenſis*, qui nempe Domini erant, Comites, & Rectores illarum urbium, ſeu Comitatuum, adjunctis eo temporis, imo confuſis titulis Comitum, Gaſtaldorum, Judicum, & Theſaurariorum Principis, ut notavit Vir Cl. P. Beretta in Tab. Chorogr. Med. Aevi Tom. X. Collect. Murator. praefixa Sect. VII. num. 24. Quod ad noſtrarum Provinciarum Principes attinet, certum omnino eſt, idem fere ſemper Comitis, atque Gaſtaldei nomina deſignari: & ſi in antiquis diplomatibus deeſſent exempla, unus heic ſufficiet teſtis Warnefridus Lib. V. cap. 29. qui de Bulgaris in Beneventanum Principatum adventantibus loquens, & quibus Grimoaldus incolendas dedit urbes Sepini, Boviani, & Aeſernie, aliaſque iiſdem proximas urbes, ipſum Alczeconem Bulgarorum Ducem, mutato dignitatis nomine, Gaſtaldeum vocari juſſit: quippequi Ducalem titulum nimium ſuo parem putabat; ſicque Beneventano Dynaſtae illum aliquo pacto ſubmiſit, & uti *Feudatarium*, quo, cum neceſſitas cogeret, ſuis copiis Beneventanis Ducibus ſuccurrere tenebatur. Quod quidem in Italico-Francico poſtmodum Regno aliter contigit: quippe tunc qui *Duces* prius *Urbani* erant, Comites exinde appellati ſint, ut paſſim in Legib. Pipini Regis pro Italia promulgatis legitur; eorumque Vicarii Vicecomites dicti, ortis ex munere, ſive officio, familiarum cognominibus, ut inquit cit. Beretta, quem conſule. Ex his Comitatuum Praefectis, ſive Gaſtaldis, nomen Gaſtaldatus ortum, qui eam agri partem, quae uni ſive Comiti ſive Gaſtaldo parebat, complectebatur, ut in comperto eſt apud omnes. Neque horum Gaſtaldorum a Comitibus diverſitas ulla, quod ad jus ſucceſſionis, in eorum Gaſtaldatu inerat. Etenim quouſque Comites, dum degerent, adminiſtrationem, atque dominium habebant, hoc idem jus Gaſtaldeis dabatur: qui tamen Comitis titulo invi-

Digitized by Google

+ROGO VOS OMES ꝗ LEGITALT

ILLVSTRIS ꝗ FVIT NATVS EVE

Digitized by Google

invidebant. At in filios etiam poſtmodum ſucceſſio tranſmiſſa Principis privilegio. Quod primum in Aquini, Teani, Calatiae, Aeſerniae, Teleſiae, S. Agathae, aliiſque in locis Praefectis contigit; ut apud Chronologos, & in veteribus chartis videri poteſt; in quibus Gaſtaldei ad tempus deſignati eſſe noſcuntur; poſtmodum hereditarii quique vocantur, videl. *Comes & Dominus*, eorumque ſucceſſio exprimebatur ſcilicet: *Landulfus Comes filius Landulfi Comitis, ſive Teanenſis Gaſtaldei. Lando Gaſt. & Comes Cajaciae fil. Landenulfi Cajacenſis Gaſt. Adenolfi Venafri Comitis & Caſtaldei fil. Adenolfi Comitis & Domini de Venafro*; atque id genus alii. Neque profecto hac in re definiri aliud tuto poteſt; ſed tantummodo cum Petro de Marca loc. cit. Lib. III. cap. 7. §. 6. colligendum: *quod haec munera initio per tempus adminiſtrata, & poſſeſſa beneficio Principum: tandem generali Conſtitutione in filios, demum in reliquos heredes tranſiere*. Quae quidem exeunte IX. ſeculo, vel ineunte X. contigiſſe certum omnino eſt, ut ſup. innui.

Quinam vero fuerint primi Capuae Comites, ſive Gaſtaldi, e Chronologis, inſcriptis lapidibus, ac veteribus chartarum monumentis eruere licet. Primi Capuae Comitis meminit lapis ille ſepulcralis Langobardicis inſcriptus characteribus prae foribus Parochialis Eccleſiae S. Marcelli Majoris Capuae (quae priſcis Langob. Principum Capuae temporibus *Cappella Principum* vocitabatur) in quo ſic legitur

ROGO VOS OMNES QVI LEGITE TVMVLVM
ISTVM ROGATE DEVM PRO ANIMA ADVALT
ILLVSTRIS QVI FVIT NATVS EX GENERE
ADVALT PRIMVS COMES CAPVAE

Cujus typum heic exhibere curavi ea qua ibidem forma nunc legitur. At quiſnam fuerit hic *Adualt*, ſive Adoaldus *primus Capuae Comes*, quove ille anno urbem rexerit, quibus

bus e fontibus hauriemus ? At pro viribus inter obſcuriora veterum Scriptorum, & chartarum adyta penetrare licet; ex iiſque quaedam ſeligere, quibus propoſiti cognitionem lapidis aperiemus. Et primo, nulli dubium, quin hic Adualt, qui ex genere Adualt ſe fuiſſe jactat, non tam nomen fuiſſe, quam familiae ac generis cognomen: non enim ex genere Adualt ſe eſſe venditaſſet, niſi apud omnes vulgo ex cognatione primi Capuae Comitis eum fuiſſe conſtitiſſet; eàque de causâ ſemper *de Adualt*, illius poſteros, ac ſucceſſores vocitari: quippe ab illo tam illuſtri Viro, & I. Capuae Comite originem traxerint: ac vere Adualdorum, ſeu Adoaldorum in Campaniae Provincia frequens memoria, ut ex Chronologis, & Diplomatibus liquet. Capuae tamen celebris Audoaldorum, ſive Odoaldorum, & de Audoaldis memoria exſtabat, itaut urbis illius Forum, ſeu regio non longe a Monaſterio S. Johannis nobilium Puellarum (qui etiam *in diſtructu Ojaldorum* ſitum eſt, ut alibi videndum) & caſtro Lapidum, ejuſque vicinia, Vici *Audoaldorum*, ſive *Odoaldorum*, & *Odoaldiſcorum* nuncuparetur; Eccleſiaeque nunc Paroecialis (olim Monaſterio S. Angeli in Formis Caſſin. extra Capuam, ſubjectae: poſtea non multis abhinc annis ſub Praeſulatu Nicolai Card. Caraccioli ven. mem. Capuae Archiep. in locum alterius Paroeciae extra urbem, a Caſſin. Abbate conceſſae) S. Angeli ad *Odoaldiſcos* nomen dedit. Ab hoc Audoaldo conjicere merito poſſumus, filiis, poſteriſque ſuis ob Comitis dignitatem obtentam, ac familiae nomen, omenque inditum, quae quum Capuae immoraretur, urbis illius regioni denominationem quoque tribuerit. Neque unum, aut alterum hujus familiae teſtimonium in antiquis Capuae tabulis habemus, aut ab Scriptoribus exſpectamus. Chartas quamplurimas ſervant Monialium noſtrarum Tabularia, Capituli Metropolitani, ſacri Theſauri, & Archiepiſcopalis Arae, pluriesque Audoaldorum meminit Oſtienſis, aliique; ut dubitari nequeat, quin & illuſtris illa fuerit, & Capuae ſedem ſuam, praeſtantiam, decorem uſque ad ſeculum XIII. ſemper obtinuerit, quo

adhuc

adhuc nobilis *Adualdorum* familia Capuae florebat; atque Sacellum domeſticum prope Paroecialem Eccleſiam S. Angeli poſſidebat D. Johanni dicatum, poſtmodum Monaſterio Puellarum S. Johannis addictum, ut ex charta praedicti Coenobii Ann. MCLXVII. Quinimo etiam in veteri Capua *Audoaldos* Primores, ſive Patricios urbis fuiſſe teſtantur Acta S. Decoroſi Capuae Epiſcopi, qui nationis Langobard. converſionem impenſo ſtudio promovit ab An. circ. DCLXX. ad Ann. uſque circiter DCLXXXV. quo ſanctiſſime obiit. In iis legitur: *Accidit ut cujuſdam viri nobilis Audoaldi filius ardentiſſima febre correptus in manifeſto vitae diſcrimine verſaretur. Mater ad limina Eccleſiae* (Epiſcopii nempe, ubi corpus S. Rufini a S. Decoroſo inventum quieſcebat) *cum fletu, & ejulatu eum detulit, & ſuper tumulum a Decoroſo ſibi oſtenſum, filium deponens .... & paulo poſt priſtinae valetudini reſtitutum agnovit*. En igitur in An. circ. DCLXXX. Capuae nobilis Audoaldi filium, & fortaſſe noſtri in memorato lapide Capuae Comitis *Adualt* conſanguineum, ut ſuſpicor. Quo evincitur, Adualdos pene ab ingreſſu Langobardorum in Campaniam Provinciam Capuae floruiſſe, ibique ſemper permanſiſſe. Immo ex veteribus chartis patet clariſsime, hos *Adoaldos*, ſive Audoaldos primis Capuae Comitibus vel conſanguinitate, vel adfinitate conjunctos fuiſſe, ut ex Reg. Petri Diac. ex Tabulariis Monaſteriorum Capuae, & Caſsinenſis patet; ex eaque praecipue charta apud Gattul. Hiſt. Caſs. Tom. I. pag. 77. in qua Landulfus Capuae Princeps An. CMLXV. adpellat *Adoaldos dilectos parentes noſtros*: & in alia ſimiliter praedicti Coenobii S. Johannis An. CMXIX. teſtatur Atenulfus, magni Atenulfi I. filius *Audoaldum Audoaldi filium parentem noſtrum &c.* At ulterius progrediamur.

Quando nam vero Adualt I. Capuae Comes fuerit; inquirendum nunc eſt. Et quidem ſi adlato ſuperius lapidi credendum erit (neque enim aliquis ambigendi locus erit, quum genuinus ille, atque indubius ſit) intra L. aut LX. circiter annorum curſum ejuſdem Adualt Comita-

mitatus affigendus omnino eſt: ſcilicet ab An. circ. DC. vel etiam DCX. (quo Capuam Gaſtaldus pro Campania regenda Provincia tunc temporis pene integra a Langobardis ſubmiſſa, mitti debuerat a Benev. Duce, quod Graeco-Neapolitum, ac Ravennatum excurſiones verebatur).ad An. DCLX. quo Traſemundi Capuae Comitis meminit Paul. Diac. Lib.IV. cap. 53. Hic Traſemundus primus Capuae Comes neutiquam eſſe potuit: falſitatis enim Audoaldus evinci poterat a ſuis civibus, qui veritatem facti non ignorabant, quum ſuum in marmore monumentum titulo mendaci & urbi, & ſupremo Duci injurioſo legiſſent, iis verbis: *Qui fuit Primus Comes Capuae*. Quum igitur Traſemundus Capuae Comitatui jam praeeſſet An. DCLXI. quo Grimoaldus Beneventi Dux Italiae Regnum, Ariperto defuncto, occupaturus Ticinum verſus iter arriperet, illum *per Spoletum, & Tuſciam direxit, & per eas Regiones Langobardos ſuo conſortio coaptaret. Qui* (Capuae Comes) *imperata ſibi ſtrenue perficiens, ei cum multis adjutoribus apud Aemiliam viam itinere occurrit*; nullo pacto credendum erit, illum Capuae I. fuiſſe Comitem, ſed alios praeceſſiſſe. Neque eatenus Audoalt ex genere primi Capuae Comitis pulcrum hunc in marmore titulum apponi mandavit, quam ad oſtendendam ſuae originis gloriam ſingularem, quod Campanis civibus ſatis erat exploratum. An poſtea Audoaldo ſucceſſerit Traſemundus, aut alter, cujus nomen vel hactenus in pluteis lateat, vel temporis edacitas abſumſerit, quis merito judicet, vel prorſus divinando adſequatur?

Comes Traſemundus, qui Capuae Comitatui praeerat ad regnum uſque Grimoaldi Ducis, ut diximus, ab eodem Spoleti Dux creatus eſt Anno regni ejus V. nempe An. circ. DCLXVI. ut ex eod. Diac. Lib. V. cap. 16. his verbis: *At vero Grimoaldus ereptis Beneventanis, & eorum Provinciis a Graecis* (qui cum Imp. Conſtantino Monomacho A. DCLXIII. Beneventum obſederant) *Traſemundum, qui dudum Capuae Comes fuerat, & ei ad percipiendum Regnum ſtrenuiſſime paruerat, data ei in matri-*

trimonium ſua filia, eum poſt Attonem (Spoleti Ducem) *apud Spoletum* (*quo pervenit Benevento regreſſus*) *Ducem fecit, indeque Ticinum reverſus eſt*. Si igitur Traſemundus *CapuaeComes dudum fuerat*, iſque A. DCCV. *Spoleti ſenex* occubuit (niſi Paul. Diac. Lib. VI. cap.30. in hac ejus obitus epoche erret, quod utique in illo nec novum, nec inſolens vitium, ſicuti Peregr. aliique adnotarunt) jam non de I. Traſemundo *dudum* Comite, ſed de ejus potius filio ejuſdem nominis, ſuſpicor, Scriptorem locutum fuiſſe: nimium enim ſenex obire debuerat Traſemundus, quum ante An. certiſſime DCLX. Capuae Comitatui praeſidebat, aetatemque idoneam ad ſuam tuendam Provinciam habuiſſet; ideoque An. DCCV. octogenario major deceſſiſſe, quod difficile quidem eo ſeculo accidiſſe credendum eſt. Quare recte fort. aliqui arbitrati ſunt, Traſemundum hunc Spoleti Ducem filios habuiſſe Traſemundum alterum, & Faroaldum, qui ipſi in Ducatu ſucceſſit. Ceterum iſthaec nihil ad nos. Traſemundus profecto, *qui dudum Capuae Comes fuerat* ante An. quidem DCLX. Comitatum regebat, nec quidem abs re, poſt mortem Adoaldi, ut innui, ſi diu vixerit. Nec quidem futilis haec mea conjectura reputabitur a Cl. viris, quibus neutiquam ignotum eſt, ſub Arechi I. Beneventi Duce, ſcil. poſt An. ſaltem DCX. Beneventi Dynaſtiam circumquaque prolatatam fuiſſe; ſub ejuſque fort. ſe imperio totus Campaniae tractus occupatus. Quare quum Capuam adhuc moenibus ſuis, arcibuſque exſpoliatam invenirent a Barbarorum excurſionibus; quodque ceteris etiam ejuſdem Provinciae urbibus contigerat, neceſſario inſtaurandae fuerant Langobardis, ne tam opimam, utilemque regionem, cujus Capua caput fuerat, omnino indefenſam relinquerent; ibique Comitem conſtituere, qui non tam armis, quam legibus eam regeret, limites tueretur, vectigalia, ac tributa imponeret penſitanda, ac cetera, quae ad ſupremi Ducis dignitatem, & commodum, & incolarum utilitatem conferrent, omnino definiret. Quae quidem omnia nec ſtatim poſt initium Ducatus Arechis confici

ci potuere , neque brevi temporis intervallo. Hinc circa An. DCXX. Adoalt Comes eligi debuit, qui ad An. uſque DCL. vitam fortaſſe produxit, eique deinde Traſemundus ſuffectus, ut dictum eſt.

Traſemundo Comiti ſucceſſor indubie datus eſt *Mittola*, qui Capuae Comes dicitur ab eodem Paulo Lib. V. cap. 9. & plurimum ob ejus militarem virtutem laudatur: quum prope Beneventum Graecorum copias attriverit, fluminiſque *Sabbati* (ſecus vero *Caloris*, ut Paul. falſo adſerit, quem errorem detexit, atque emendavit Peregrin.) aquas eorum ſanguine rubeſcentes effecerit, de quo paſſim Scriptores poſt Paul. Sigonius Anno DCLXVII. Ammiratus, aliique poſt Collenuccium Lib. II. qui tamen *Patriâ Capuanum*, ſecus vero Comitem credidit: ſed fallitur (nec uno in ſuae Hiſt. loco mendacia, conviciaque depromſit) ejuſque errorem alii etiam ſecuti ſunt meridiana in luce caecutientes. Mittolae Comitis filium fuiſſe *Hildebrandum*, ſive *Aliprandum*, Capuaeque Comitatus dignitate donatum ab Arechi Beneventi Principe An. DCCLV. tradit ſuis in Annalibus Capuae MSS. Scipio Sannellius Part. I. At oſcitatur profecto. Nam vel ſeculi pene integri aetatem dare debuit Mittolae filio: vel Arechis II. Principatum antevertere: quum ille regnare coeperit An. DCCLVIII. Veriſimile eſſe poteſt, *Livizonem* Capuae Comitem ſub Arechi II. degentem Mittolae non filium, ſed nepotem fuiſſe. At unde hoc nobis exſpectandum? *Livizo* quidem Comes Capuae erat Ann. VII. Principatus Arechis menſe Septembri Indict. III. quae utique notae ad A. DCCLXIV. ſpectant. Patet hoc ex quadam charta nimium temporis edacitate corroſa in Capuano Theſauro adſervata, quam majori, qua potui, diligentia a me olim exſcriptam, & uti illuſtribus monumentis refertam, notiſque auctam inferius dabo. Charta illa continet conceſſionem, ſive confirmationem bonorum aliquorum Majori Eccleſiae Capuanae donatorum a Livizone Capuae Comite, & Arechi Benev. Principe, in qua etiam confirmatio Paldolfi & Landolfi

Ca-

Capuae Principum Anno CMLXV. & Richardi I. Anno MLXIX. apertiſſime continetur. Neque alium fuiſſe ſuſpicor Livizonem hunc *a Livitio Comite & Gaſtaldeo Capuae*, cujus meminit charta alia in Tabulario Monaſt. S. Laurentii Caſſin. Averſae, in qua legitur: *per Livitium olim Cap. Comitem & Gaſt. in ſui rovore firmatum.*

De tribus aliis Capuae Gaſtaldis differendum ſupereſt; *Paldi* nempe, *Radelgarii*, & *Agenardi*, *filii Radenolfi Marepais*. Prioris Gaſtaldi uſque adhuc ignoti mentio habetur in Chronico inedito Comitum Capuae, quod heic modo prelo ſubjicimus, in quo legitur *Paldus Gaſt. pater Landulfi* ſenioris, a quo Comitum Capuae Johannis Abbatis dudum editi initium coepit: qui tamen Johannes hujus *Paldi* patris Landulfi peculiare quoddam reticuit. Et quidem a nobili aeque, atque illuſtri genitore Landulfus imbui debuit non tam militaribus diſciplinis, quam virtutibus aliis, & praecipue regiminis prudentiâ, ſeu Aulae Principum negotiis, ac politia, quibus ad Comitatum adipiſcendum viam ſibi ſterneret; quodque revera conſecutus eſt inter factioſorum Beneventani Ducatus Primorum aemulationes, ac diſcordias. Nec tantummodo tunc ſibi ipſi Comitatum adquiſivit; ſed filiis, nepotibus, ſuiſque poſteris conſanguineis hereditariam dignitatis poſſeſſionem relinquens, ad ſupremum poſtremo Principatuum Capuae, Beneventi, Salerni, Spoleti, aliorumque locorum viam ſibi expeditam munivit, ut inferius conſtabit. An *Paldus* hic civilis, aut militaris Gaſtaldeus, ſive limitaneus Praefectus ſimul ac Judex fuerit, incertum. Utramque enim dignitatem obtinere profecto poterat, aut alterutram ex ſuperius adnotatis.

Poſterioris Gaſtaldei, nempe *Radelgarii* meminit Charta Tabularii Caſ. in Reg. Petr. Diac. n. 180. fol. 78. quae profert donationem Aydulfi Presbyteri Capuani Monaſt. Teanenſi, eaque ibi *Anno II. Sicardi Benev. Princ. Ind. XI. menſe Octubri cum conſenſu Radelgari Capuae Gaſt.* contigiſſe adfirmatur. Hae quidem notae reſpondent A. DCCCXXXIII. Quare fit, ut Sico non eo anno occiſus dicendus eſt;

eſt; ſed anno antecedente, quum ſecundus Sicardi annus recte cum Ind. XI. collineet. Errat igitur Peregrinius, qui conjicit, Siconis occiſionem An. DCCCXXXIII. accidiſſe quum II. Sicardi ejus filii Annus fuerit DCCCXXXIV. & XII. Ind. Neque hic Radelgarius eſſe poterat Compſinus ille Comes, ut putarat Mich. Monachus in ſuis Cap. Sanctuar. Animadverſ. MSS. quum neque Comes in charta illa appelletur, neque huc transferri Compsâ poterat Comes ille, ut Gaſtaldatui Campano praeeſſet, Comitis titulo vel ſe abdicans, qui majoris aeſtimabatur, vel a Principe ſpoliatus. Immo Radelgarius ipſe Compſinus Comes, cujus meminit quoque Oſtienſ. Lib.I. cap. 24. genitor fortaſſe fuerat Urſi illius Compſae Com. qui An. DCCCIXL. cognatus erat Siconulfi; quique in illius libertate vindicanda plurimum adlaboravit, eum e Tarenti caſtro ereptum excipiens, ut Salernum clam tranſmitteret, ibique Princeps crearetur, ut ſupra innui. Dicendum itaque potius Radelgarium hunc Gaſtaldeum militarem fuiſſe, qui ſub Sicone Principe miſſus fort. Capuam fuerat, ut Landulfo, qui in ipſum bellum paraverat, ac perduellionis igniculos in dies accendebat, aut Campanum Gaſtaldatum in fide Principis Benev. confirmaret, aut Landulfi conatibus reſiſtere, ejuſque ſuperbiam infringere ſatageret. Quod praevidens Landulfus aſtutus vir, jam Sicopolim a ſe prius munitam, ingrediens An. DCCCXXXIV. (ut infra dicam) copias ſuas circumquaque diviſit, ne Sicopoli occluderetur, quae Radelgarium pluries rejecerunt, ut ex Chron. ined. Com. Cap. eruitur.

Quo fieri potuit, ut Benev. Princeps Radelchis, novum Capuae Gaſtaldum in Landulfum moveret, aut in Landonem ejus filium, cui nomen Agenardus ſub Anno DCCCIXL. ut illorum, Campanorumque proterviam reprimeret. Hujus quidem Agenardi Capuae Gaſtaldei idem meminit Oſtienſ. loc. cit. *qui obtulit Monaſterio S. Benedicti ſupra Caſino omnes res, quas in territorio Capuano, & Teanenſi, atque Calinulo poſſidere videbatur cum ſervis, & ancillis, & univerſis, quae ſibi jure hereditario*

com-

competebant: quam donationis chartam habes in Reg. Petr. Diac. num. 199. fol. 86. ſub data *An. X. Principatus Sikenolfi*, *Ind. XII.* quae Annum indicant DCCCL. Sed an hic Agenardus Capuae Gaſtaldeus fuerit, dubitat Peregrin. in not. ad Chron. Com. Cap. Nullatenus quidem dubitandum, ſi Oſtienſi credamus, atque Diac. Regeſto. Gaſtaldeus tamen militaris potius credendus eſt, quam civilis; & certiſſime ante Ann. DCCCXLI. quo Landulfus Capuae Comes defunctus eſt, ut ex Chron. inedito inferius edendo: e quo habemus, Landulfum ſeniorem pluries cum Agenardo Gaſt. decertaſſe. Quare videtur adfirmandum, Agenardum hunc e Campanis Primoribus fuiſſe, atque Benev. Principi fide conjunctum, cui, ut cives ſuos ſibi devinctos retineret, poſt Radelgarii anteceſſoris Gaſt. obitum a praedicto Principe exercitus fuerit commiſſus: quumque Landulfi viribus in dies imparem ſe cognoſceret, Sicardique Benev. Dynaſtae res in pejus ruere, ſpem omnem aemulum Comitem ſubmittendi abjiciens, cum Landulfo inito foedere ſe reconciliavit, confirmatoque eidem Gaſtaldatus ſui munere, Capuae iterum ſediſſe, patriaeque ſuae, & avitae hereditatis (cujus bona poſtmodum Caſs. Monaſterio donavit) poſſeſſionem pacifice recuperaſſe An. circ. DCCCXLI. Quod fort. cauſae fuit, ut Radelchis Princeps ſe deluſum poſtea ab Agenardo Gaſt. videns, Saracenos in auxilium evocarit, qui extremum Capuae damnum intulere Ann. DCCCXL. ut ita Landulfi ſedes, & Comitatus, urbe incenſâ, deſolatâque, prorſus extingueretur. At neque fort. damnandus Agenardus Gaſt. erit, qui a Ben. Dynaſtae imperio ſe ſubduxerat. Ipſe enim Sicardus, qui Radelchi ſucceſſerat, impius Princeps ſuis ſubditis exoſus Dynaſtiam factionibus, praeliiſque maxime involvit, quibus omnia circumquaque confuſa, & in exitium redacta. Quod & Radelchis Princeps exemplum ſecutus eſt, Saracenis foederatus, qui non Capuam tantummodo urbem, & Gaſtaldatum; ſed omnem fere Principatum incendiis, & vaſtationibus complevere. Quare quiſque rebus ſuis, commodiſ-

diſque conſulens, ad tranquillitatem animum adjecit, ab iniquo Principe mala omnia exſpectaturus. Atque haec mea quidem conjectura viam Lectori fort. aperiet in tam obſcuris temporum, Scriptorumque tenebris ad veritatem facilius eruendam.

Quod autem hac in re a ſynchronis Auctoribus traditum vix habemus, illud eſt, nempe tam a Beneventi Principibus Sicardo, & Radelchi, ut Landulfum ſeniorem, ejuſque filium Landonem Capuae Comites opprimerent, quam a Siconulfo Salerni Dynaſta, qui eos rite defendere debuerat contra aemulum germanum, qui Campanos undique exagitabat, militum acies immiſſas, Comitatum illum vel everſuras, vel pro foederis ſanctione in patrocinium ſuſceptas. Tuncque (ne id quidem a conjectura abhorret) hoſce Gaſtaldeos ab Ann. circiter DCCCXXXIV. ad An. DCCCL. Capuanum Gaſtaldatum pluries militaribus aeque copiis, atque armis, machiniſque bellicis utrinque inſtructos proceſſiſſe. Radelgarium ſcil. a Sicardo contra Landulfum Comitem, Agenardum poſtea a Siconulfo in Landonis ejuſdem Com. filii ſubſidium, & ad ejus fidem confirmandam. Lectoris eſto judicium, qui, quod ſibi magis arrideat, credendum conſtituat.

Ceterum ut rem hanc ad umbilicum perducamus, colligendum videtur, hos poſtremos Capuae Gaſtaldos haud improbabili conjectura Praefectos militares fuiſſe. Neque levis heic ceteroqui ambigendi ſcrupulus mihi occurrit, ſicuti & Peregrinio noſtro loc. cit. quum tam Chartarum allatarum, quam Oſtienſis verba aequivocum fovent. Et quidem verba illa: *Agenardus Capuanus Gaſtaldeus filius Radenolfii Marepahis*, cur de ejus patria intelligi nequeunt? & τὸ *Capuanus* non patriam potius, quam dignitatem deſignet? Poterat quippe Agenardus Capuanus civis eſſe, & pro Landulfo Comite, vel Siconulfo Principe Gaſtaldei *Militaris*, aut *Limitanei* munus obire ad Campaniae fines tuendos, quamvis Comitis nunquam dignitatem, aut nomen fuerit conſecutus. Nec profecto

id

id genus exempla deſunt. Suabilus enim Marſorum Gaſtaldeus, cujus filius Rodepertus civis erat Beneventanus, eodem tempore erat Comes Marſorum Gerardus, ut Oſtienſ. Lib. V. cap. 34. & 35. Gaſtaldeus igitur militaris erat in Marſia Suabilus, dum Comitatui praeerat Gerardus; non enim uterque praeſidere uni poterat eodem tempore Comitatui. Neque alium fuiſſe puto Rodegarium illum *Beneventanum Gaſtaldeum* ab eodem Oſtienſi memoratum Lib. I. cap. 19. qui ſub Sicone Principe vivebat, & *fecit Hoſpitale in eadem urbe de rebus ſuis, ac B. Benedicto obtulit*: ille enim nullatenus Comes eſſe potuit, ſed patriâ Beneventanus, & Gaſt. militaris. Verum non ita perinde dicendum erit de Majelpoto Gaſtaldeo Teleſino, & Wandelperto Bovianenſi, qui licet militare debuerint, & exercitui Benev. Dynaſtae ſe adjungere, ut ex cit. Oſtienſi Lib. I. cap. 35. erant tamen ii vere Comites, ac Domini Gaſtaldatuum Teleſiae, & Boviani. Quod cauſae eſt, ut in iis vere, ac ſine difficultate definiendis, dijudicandiſque difficillimum fore putem, quoties aut *Comites*, aut *Militares Gaſtaldei*, ſeu Principum *exercitus Praefecti* memorantur. Hos deinde revera, ut plurimum, Comitatus dignitate donari poſſe (ut ſupra notavi) veriſimile eſt. Cumque Gaſtaldatus tunc regimen *urbanum* obtinuiſſent, veri Comites adpellabantur, licet Gaſtaldi nomine tunc temporis ut plurimum vocitari conſueſcerent: ſicuti Capuae Comites Landulſus, Lando, aliique, qui nunc Gaſtaldei, nunc Comites, quandoque unitim appellari ſolebant, ut inferius in Chron. Com. Cap. patebit: niſi alia fortaſſe ratione, quae nobis lateat, haec contigiſſe putandum ſit.

Ad poſtremorum itaque Capuae Comitum Hiſtoriolas properemus; quum iſthaec perquam breviter de primis ejus Comitibus, & Gaſtaldeis, ad hujus rei perdifficilem ſane cognitionem, aliquantulum nunc delibata, ni fallor, ſufficere videantur.

CAMILLI PEREGRINII
DE CHRONICO
Poſtremorum Comitum Capuae
ADNOTATIO.

S*Eries, ſive dicam potius Chronicon* (a) *poſtremorum Comitum Capuae iterum typis traditur, ſed diligentiori cura reſtitutum ad membranarum exemplar, quas cum id generis una hic editis Opuſculis adſervatas olim inſpexi in Caſſinenſi Bibliotheca ſcripto Codici inſertas numero ſignato* 353. *Verum cum in omni hac Langobardorum Hiſtoria ſumma fide vel minima quaeque praeſtiterim maximum modo crederem me commiſſurum nefas, ſi de nomine Auctoris hujus Chronici Lectori imponerem dolo malo. Rem igitur ediſſeram, meque integram Epigraphen, qua Autographum penitus carebat, confinxiſſe, non diſſimulo. Sed cur ſic egerim, non multis explanare conabor. Vixit, quiſquis hic fuerit Chronologus, eadem prorſus aetate, qua Joannes* (b) *ille, qui, ut Oſtienſis tradit Lib. I. cap.* 52. *ex Archidiacono Capuae Monachus prius factus, pauciſque mox interjectis diebus Abbas pronunciatus fuit Caſſinenſis, nutu accedente Principum Landulfi, & Atenulfi, Monachorumque omnium unanimi conſenſu, quod opinione adfirmo, ſed firmae innixus conjecturae. Is enim extremo num.* 9. *ſcribens praefatos Principes patri Atenulfo in Principatu ſucceſſiſſe, illis proculdubio viventibus, inibi blanditur, præter morem honorifico titulo adpellans Dominos, &, magna extollens laude, Chriſtianiſſimos; hoc eſt ſumma caritate concordes, quod ſub-*

(a) *Hoc Chronicon in membranis ſcriptum, mihique viſum in Bibl. Caſſinenſi.*

(b) *Auctorem habuit Joannem Abbatem ejuſdem Monaſterii, & Campanum Patritium.*

Digitized by Google

ſubſcribit Leo relato Libro cap. 51. idque intente Scriptores adnotarunt, quia inter domeſtica exempla eorum majores concorditer aliquando egiſſe non illi repererant, ut ex Hiſtoria Erchemperti pluribus in locis ſatis conſtat. At cur modo eundem hunc Chronologum crediderim fuiſſe praeſcriptum Abbatem Joannem, unum illud perſuaſit argumentum, quod Joannes Hiſtoriae incubuerit, ac, ut verbis dicam Petri Diaconi libro nondum edito de Vir. Illuſtr. Caſſinenſis Monaſterii, De perſecutionibus ejuſdem Coenobii, & de Miraculis inibi factis Chronicam ſuccinctam, ſed valde neceſſariam loco deſcripſit, *Quae, me arbitro, eadem fuit illa, qua in Prologo ſui operis uſum ſe dixit Oſtienſis. Verum levis admodum, & jejuna iſthaec mea reputabitur conjectura, ni validiori ſuffulciatur adminiculo; quod quidem ad praeſens aliud non ſuppetit, quam credere me Joannem Abbatem ex eodem exortum fuiſſe (a) genere Comitum Capuae, qui hoc in Chronico deſcripti habentur, & idcirco is ſuam, hoc eſt generis, & patriae ſuae, cauſam agens, attenta cura Opuſculum conſummaſſe, nullas alias contentus admiſiſſe narrationes. Etſi non ignoro videri id poſſe excerptum fuiſſe ex Hiſtoria Erchemperti, ſive ad illius normam, vel utilitatem efformatum, cui ne dum undecumque, fere, concordat, ſed pari prorſus, ac illa procedit paſſu. De quo, res utcumque ſe habeat, nullus certe inficiabitur Campanum civem habuiſſe Auctorem, quem adviventem Abbatem Joannem credere malo, quam alterum nominis ignorati. Negotium forte, faceſſit idem ille Petrus, qui de eodem ſcribens, ſcriptaque ejus adnumerans, praeſens praeteriit Chronicon; ſed Petrus non ſemel pari eſt lapſus negligentia, ut de Erchemperto cum diſſerui, clare patuit; potuitque ille exiguam, facilemque ſcriptiunculam non injurioſo premere ſilentio; quo nil remoratus obiter V. C. Abbas Conſtantinus Cajetanus Monachus Caſſinenſis veritus non eſt calcu-* lo

(a) *Ortum ex genere eorundem Comitum Capuae, quorum ſeriem ille ſcripſit.*

Digitized by Google

lo quoque ſuo meam ſubfulcire ſententiam, *qui recentiſſimis ſuis literis una mihi ſignificavit alterum ſcriptum hujus Chronici exemplar penes ſe eſſe : at nec illud auctoris nomine praenotatum*. *His autem ſic firmatis*, *enucleatius modo ediſſeram*, *cur Archidiaconum*, *Abbatemque Joannem genus ſuum duxiſſe adfirmaverim ex Campanis ab ſe deſcriptis Comitibus*, *proindeque conſanguinitate extitiſſe conjunctum Principibus Landulfo*, *& Atenulfo*, *quod nullus*, *nec antiquus*, *nec novitius auctor enunciavit*, *idque ſuſcepti muneris exigit ordo*, *ut ſcilicet nil taceam*, *quod ad clariorem praeſentium Opuſculorum*, *corundemque auctorum conducit notitiam*. *Me vero de Abbatis Joannis genere aequo ſatis jure ſic opinari idem ſaepius productus Leo Oſtienſis non dubio ſuadet indicio*; *qui Lib. I. cap. 52. exortum illum adfirmat* e nobilium Capuanorum familia. *Sed quae Leoni his verbis demonſtrata fuerit familia*, *alter nullus*, *niſi idem planius aperire valebit auctor*; *ille enim cap.* 40. *dicti Lib. I. tradit aliquando* Capuanos (*verba ſunt Leonis*) expulſo Landulfo quondam canonice in Epiſcopatum electo, Landenulfum quendam de ſuis nobilibus conjugatum, atque neophytum ſibi in Epiſcopum elegiſſe. *Atqui Landenulfus ille neophytus ex genere plane extitit Comitum*, *ut conſtat ex Erchemperto num.* 46. *Igitur quae Leoni* Capuanorum nobilis familia *adpellatur*, *ea alia non eſt ulla*, *niſi quae ex ſtipite proceſſerat Comitum*, *lateque altera cenſebatur illa*, *ex qua ortus Joannes*, *altera vero*, *ex qua adviventes effluxerant Principes*. *Quam ſane interpretationem* (a) *adeo germanam reputo*, *ut quoties Oſtienſis de Nobilibus*, *ac Proceribus*, *ſive Magnatibus Campanis viris verba fecit*, *toties illum hac eadem mente illa protuliſſe credam*. *Nec ſpeciali ſibi uſurpatione ſic eſt locutus Leo*, *quinimmo pro certo habeo priſcis temporibus ſcriptores eam habuiſſe communem*, *cauſa non hoc loco producenda*; *ſatiſque eſſe poterit*

(a) *Non enim alii olim Capuae Patritii*, *niſi ex Dynaſtis progeniti*.

terit exemplum praeindicare , quod legi in Chronica vetuſti , & nobilis Monaſterii Monialium Sanctae Mariae Campanae urbis in membranis deſcripto, ubi de Mathia de Petruro verba habentur iſta : Fuit igitur Domina Mathia Monaſterii Sanctae Mariae Monialium Abbatiſſa digniſſima, natione nobilium de Caſtro Petruri, morum honeſtate praefulgens, *&c. Verum qui alii nobiles viri in parvo oppidulo, quod eſt ſupra urbem Cales in montibus , qui* Caliculae *longo tractu olim dicti , eſſe potuerunt, niſi ejuſdem Comites , ſive dicas Barones , ac Dominos, quibus ex Caſtri poſſeſſione gentile nomen de Petruro adceſſit? Ivo certe Carnotenſis Epiſt.* 211. *eadem mente , ut reor , Monachum quendam Arvernenſem , nomine Caſtrum*, progenitum *dixit* de nobilibus terrae illius. *Sed de his modo ſatis . Unum ſupereſt pro Epigraphes a me efformatae* (a) *explanatione , ut Lectorem moneam , tum ex ejuſdem Oſtienſis ſcripto membranaceo Antiographo in Archivo Caſſinenſi adſervato , & ex Venetae editionis Codice Lib. I. cap.* 52. *conſtare poſtremos Principes, qui per annos* 177. *Benevento imperarunt , ex ſtirpe horum Comitum effluxiſſe ; tum vero ex Chronico Ducum , & Principum ejuſdem urbis , quod recentiſſime acceptum una cum his Opuſculis in vulgus emittam . Capuae autem perpetuis quoque annis* 158. *aliquandoque Salerno ex eodem genere progenitos Principes praefuiſſe , innumeroſque alios , vel Eccleſiaſticis dignitatibus claros , vel ſeculari poteſtate illuſtres viros , ab eodem pariter germine egreſſos eſſe idem me docuit Leo, idemque Chronicon , aliique Chronologi , ſive Hiſtorici auctores ; nec non & ex pluribus antiquis Archivis , & Tabulariis hauſi, de quibus alibi, nec prorſus jejune, eſt mihi dictum : itemque nec addam plura ad Chronici hujus Epigraphen, ſive firmandam , ſive interpretandam: cujus exemplar , ut praedixi, olim in Caſſinenſi Bibliotheca inſpectum, duobus in locis,*

(a) *Qui temporum decurſu innumeri , illuſtriſſimique.*

locis, quos (a) hac in editione aſteriſco ſignavi, recognitum, recenſitumque fuiſſe ab aliquo neoterico agnovi. Ad numerum enim VII. dictio illa: Pater, *recentius inducta adparebat, abraſa altera, cujus veſtigia adhuc remanſerant, iiſque indicabatur, quod prius inibi ſcriptum fuerit:* Frater. *Et ad numerum IX. numerales notae: XIII. raſura, & recenti pariter atramento novitatem praeſeferebant, priorque adſcriptus numerus viſus eſt mihi fuiſſe: X. De quo quid ſentiam, in expanſa Tabula Chronologica Comitum Capuae dicam; tuque interim confer Ignotum Caſſinenſem ad num.* 32. & P. Caracciolum in Propyleo.

CHRO-

(b) *Sed redeo ad Chronicon, quod fuit. in Caſſin. membranis recenſitum olim*

CHRONICON

POSTREMORUM COMITUM CAPUAE

E quibus effluxerunt Principes, qui eidem urbi, ac Benevento continenti ſerie praefuere ab anno DCCCC. Capuae quidem ad annum MLIIX. Benevento verò ad an. MLXXVII.

Salerni quoque nonnulli Principes ex eodem prodiere germine, innumerique Comites per omnem Italiam Ciſ-Tyberinam. Necnon plurimi Eccleſiaſticis dignitatibus decorati: Abbates Ordinum, Epiſcopi, Archiepiſcopi, & Cardinales. Et Summus Pontifex Victor III.

Auctore Joanne Abbate Caſſinenſi, Capuae ExArchidiacono.

I. LAndolphus ſenior tenuit Capuam veterem annis XXV. menſ. IV. & fecit civitatem novam in monte Triſiſco, quam dominatus eſt anno I. menſibus VIII.

II. Quo defuncto *(a)* ſucceſſit Lando filius ejus; & dominavit jam dictam civitatem an. XIII. menſ. IX. qui nono menſe antequam moreretur ad Pontem Theudemundi *(b)* multos virili certamine Neapolites interfecit, cepitque nongentos. Cum autem cremata eſſet civitas Capuae ab igne, venit cum fratribus ſuis, ideſt Landone, Pandone, Landolpho Epiſcopo, & Landenolpho ad Pontem Caſulini; & condiderunt ibi civitatem, quae nunc eſt Capua: in qua jam dictus Lando vixit an. IV. menſ. IX. & defunctus eſt.

III. Cui

(a) al. *deficiente*. (b) *Theude*.

Digitized by Google

III. Cui ſucceſſit Lando filius ejus; & tenuit Capuam menſ. VI, & projectus eſt de eadem civitate a Pandone thio ſuo.

IV. Qui Pando tenuit Comitatum Capuanae civitatis an. I. menſ. IV.

V. Cui ſucceſſit in regimine jam fatae civitatis Landolphus Epiſcopus frater ejus, quam dominavit an. III. & menſ. IX. Quibus expletis, venit Ludovicus Imperator *(a)*, ſtetitque *(b)* in Capuam menſ. VIII. & abiit Barium, ſuper quam civitatem ſedit an. IV. & cepit eam, ſimulque & Seodam Regem Saracenorum cum aliis plurimis. Qui Beneventum reverſus, captus eſt a Beneventanis menſe Auguſto: ſed dimiſſus ab eis diſtrictus ſacramentis, receſſit a Benevento: & intra tres dies, ac noctes abiit *(c)* Berole *(d)*, in qua deguit menſ. XI. Inter quos poſtulatus a Landulpho Epiſcopo iterum venit: & per quoſdam Comites ſuos, antequam ille Capuam adveniret, multi interfecti ſunt Saraceni, ita ut de duodecim millibus pauci remanerent, qui a magno exercitu Sarracenorum ſuper Salernum reſidente venerant *(e)*. Sed audientes mortem proximorum *(f)*, rurſum, paululum ſupra eandem civitatem commorantes, reverſi ſunt in terram ſuam. Ludovicus Imperator hoc audiens, quia volebat ire ſuper eos, reverſus eſt Capuam; in qua uno anno commoratus, reverſus eſt in Franciam, in qua eodem anno defunctus eſt. Landolphus autem Comes, & Praeſul ante adventum jam fati Imperatoris, & poſt deceſſum *(g)* ejus tenuit Capuam an. XII.

VI. Quo recedente, Pandonolphus nepos ejus factus eſt Comes Capuae, & Landolphus filius Landonis factus eſt Epiſcopus eodem tempore; ſed ſuggerente adverſario Chriſtianae fidei, facta eſt eodem anno diviſio ejuſdem

(a) Sic habet Caſſinenſis ſcriptus Cod. itemque alter apud V. C. Conſtantinum Cajetanum, a quo variae iſtae lectiones.

(b) al. *iterum abſque ſtetitque.*

(c) *Verole.*

(d) *Verolas.*

(c) *Venerunt.*

(f) *Suorum.*

(g) *Diſceſſum.*

dem Epiſcopatus a jam dicto Pandenolpho; qui odii, & invidiae accenſus ardore, Landenolphum fratrem ſuum laicum inordinate tondens, direxit Romam: eumque a Joanne Papa (*a*) multa prece depoſcens, Epiſcopum fecit. Qua de re non parva inter parentes utrorumque Epiſcoporum diſcordia nata eſt, ita ut odium fieret plurimo valens tempore. Denique Joannes Papa tali comperto flagitio, advenit Capuam; & ut diſcordes ad concordiam revocaret, diviſione facta, utrumque conſtituit: ideſt in civitate Capua Landenolphum Epiſcopum, Landolphum vero Epiſcopum in Sancta Maria, cognomento (*b*) Suricorum; & facta (*c*) pace inter eos (ſed paululum perdurante) Romam reverſus eſt ad ſedem propriam. Iterumque facta eſt inter eos diviſio, quam non poſt longum tempus pax ſequuta eſt. Denique jam fatus Pandenolphus, completis in Comitatu an. III. & menſ. VIII. fecit convivium cunctis parentibus ſuis, plurimis (*d*) eos ſacramentis alligans, ut (*e*) non (*f*) ei quolibet modo nocerent. Sed illi ſtatim perjurantes ceperunt eum, & diviſerunt inter ſe Comitatum Capuanum: & Landolphus Epiſcopus adeptus eſt totum Epiſcopatum.

VII. Lando autem * pater Landolphi Epiſcopi (*g*) fuit (*h*) Comes Capuae an. II. menſ. X.

IIX. Cui ſucceſſit Landenolphus frater ejus vicem illius (*i*) retinens an. I. menſ. IIII.

IX. Quo vivo decedente, menſe Januario cepit Capuam Athenolphus (*k*) Comes, quam (*l*) annis * tredecim

(a) i. *VIII.*
(b) *De Suricorum.*
(c) Alterum conſtituit in nova Capua, alterum in veteri; cujus locus novum nomen acceperat ex inibi ſacra, & antiquiſs aede D. Mariae, exſtructa ab anno circiter 430. ut peculiari in Hiſtoria aperui. *Hanc Hiſtoriolam habuit P. Joh. Petrus Paſchalis Campanus Soc Jeſu, quam ſuo poſtea nomine typis edidit. Ejus plagium alibi aperiendum. Pratill.*
(d) *Pluribus.*
(e) Def. *non.*
(f) *Eum.*
(g) *Kal. Novembris Ind. I. fuit &c.*
(h) *Factus eſt.*
(i) *Tenens.*
(k) (*Nota Muratorii.*) *Hunc Leo Oſt. L. I. cap. 44. & ex eo Baron. ad an. Chr. DCCCLXXIX. vocant Radenulphum, iſque nunc Capuae Princeps, nunc Dux, Judex aliquando appellatus legitur ut ibid. Bar. obſervat.*
(l) *Qui.*

cim mirifice regens, poſtea factus eſt Princeps Beneventi: completiſque (a) in Principatu an. X. & menſ. VI. vita privatus reliquit (b) eum filiis ſuis (c) Domino Landolpho, & Domino Atenolpho Chriſtianiſſimis Principibus. Secundo autem anno, (d) quo factus eſt Comes Capuae Dominus Athenolphus, (e) factum eſt praelium inter Capuanos, & Neapolites in Liburia ad Sanctum Carſium: ſed ita interfecti ſunt Neapolites a Capuanis, ut valde pauci remanerent ex eis, inter quos Neapolites, Graeci, & Saraceni fuerunt pro adjutorio eorum. Ind. VI. poſt dies undecim capitur Berelais a Domno Athenolpho. Eâdem hebdomadà Ajo Princeps cum quodam Patritio Conſtantinopolitano ex utraque parte certatim pugnantes, ad poſtremum ille Patritius victor effectus eſt.

Hactenus hoc Chronicon Joannis Abbatis Caſſinenſis.

ADnotamentum vero de nece (f) Principis Landenulfi, quod altera Editio adfirmat eſſe ejuſdem mutili Chronici fragmentum, illud quidem nil tale eſt; namque continenti in membrana, quae alba ſuperfuerat, eaque integra, exaratum habebatur, ſimulque aliena manu, & recentiori atramento depictum, (g) duarum fere linearum interſtitio relicto. Idemque iterum poſt Hiſtoriolam Ignoti Caſſinenſis, quam modo Typis dedi, in eodem exſtabat membranaceo Codice. Credam igitur Parergon hoc fuiſſe ſub ipſa Principis caede a neoterico, coaevoque altero Monacho (h) adfixum vacuis utriſque membranis, ut operaepretium faceret; quod de more aliis alibi factitatum, exempla tradunt innumera; & talia plane ſunt (ne te ablegem ad remotiora) quae ad finem editi Chronici Anonymi Caſſinenſis, habentur. Verum his praemonitis, inconſtantis modo eſſem animi, ſi centunculum illum non recuderem,

qui

(a) *Compleniſque.*
(b) *Eam.*
(c) *Domno*; ſic ſemper.
(d) *Poſtquam.*
(e) *Commiſſum eſt.*

(f) *Facies ſcrip. exemplaris Caſſinenſis.*
(g) (*Imo trium*)
(h) (*Et profecto Capuani Coenobii S. Benedicti.*)

qui propoſitum hoc meum, res dandi Langobardorum Ciſ-Tyberinae Italiae, maxime juvat. Habeas igitur etiam cum Auctario variantium lectionum, quae inſunt in aliis duobus jam praeinditatis exemplaribus.

Concilium fecerunt Capuani, qualiter interficerent Landenolphum Principem, filium Pandolphi (*a*) eximii Principis, quod & fecerunt. Nam (*b*) dum procederent ad S. Marcellum (*c*), peractis Miſſarum ſolemniis a Praeſule ejuſdem civitatis Ajo nomine, egreſſus praedictus Princeps (*d*) foras Eccleſiam, inſurrexerunt in eum (proh dolor) cum gladiis, & fuſtibus, & interfecerunt eum, atque exutum veſtibus, nudum in platea eum reliquerunt. Quem rapientes Monachi ex Monaſterio (*e*) S. Benedicti, in eodem Monaſterio ante Secretarium eum ſepelierunt. Archiepiſcopus vero ſupradictus fugit in jam (*f*) dicto Monaſterio; quem etiam poſtea ibidem jam dicti Capuanites veneno peremerunt, ſepultuſque eſt ante Regia Secretarii. Sed omnipotens (*g*) Deus illis, qui hunc innocentem peremerunt Principem, oſtendere eſt dignatus, quia in ſuo eum Regno (*h*) recepit. Nam quadam die claudus quidam ad ejus ſepulchrum veniens, obnixe Chriſtum rogare coepit, (*i*) atque in intercesſ. . . . . . Dominum Landenolphum Principem, cujus corpus illic requieſcebat, qui etiam ſine cauſa a ſuis occiſus fuerat, ei priſtinam ſanitatem reddere dignaretur. (*k*) Mira res; ſtatim ſuper eodem ſepulchro ſoporatus, totam (*l*) quietavit noctem: mane autem facto ita ſanus ſurrexit, ac ſi nullam debilitatem membrorum unquam habuiſſet (*m*).

P 2 CHRO-

(a) Deeſt *eximii.*
(b) *Quinta feria in Albis Paſchae dum &c.*
(c) *Quae Eccleſia, ut alibi notavi,* Cappella Principum *Capuae vocabatur. Pratill.*
(d) *Fores Eccleſiae.*
(e) *Coenobium iſtud erat prope Eccleſiam S. Marcelli, de quo alibi. Prat.*
(f) *Dictum Monaſterium.*
(g) *Deus, quia hunc.*
(h) *Recipere eſt dignatus.*
(i) *Ut per interceſſionem Landenolphi Principis.*
(k) *Cum oraret, ſtatim.*
(l) *Quievit.*
(m) P. Caracc. *Sed & hoc nobis..;*

CHRONOLOGIA

Praedictorum Comitum Capuae expanſâ Tabulâ explicatur.

I.

I. LANDULPHUS ſenior tenuit Capuam veterem annis XXV. menſibus IV.

Primus annus numerandus eſt a menſe Auguſto nondum exacto anni 815. Etſi (a) Oſtienſis Lib. 1. cap. 23. inter hos annos meminit Campani cujaſdam Gaſtaldi, nomine Agenardi; quod eget interpretatione. Vide Ignotum Caſſin. num. 8. & Erchempertum num. 15. & 53.

815	1	*Annus incipit ab Auguſto. Finitur*			
816	2	824	10	832	18
817	3	825	11	833	19
818	4	826	12	834	20
819	5	827	13	835	21
820	6	828	14	836	22
821	7	829	15	837	23
822	8	830	16	838	24
823	9	831	17	839	25

Annus incipit. Finitur Auguſto anni ſequentis
840, *Menſes vero quatuor ſunt ſubſequentes: Sept. Octob. Novemb. & Decemb. non exactus ejuſdem anni.*

II. Et fecit civitatem novam in Monte Triſiſco, quam dominatus eſt anno I. menſibus VIII.

Ante hoc ſane tempus, nempe ſub (b) Principe Sicone; ſicut hoc ipſo nomine, Sicopolis, demonſtratur, conſtructa fuerat (c) urbs in Triſiſco, exſtante adhuc vetere Capua.

Vide

(a) *Oſtienſis locus difficilis.*
(b) *Huic Chronologo lux.*
(c) *Non urbs quidem, ſed caſtrum, de quo ſuperius; & infra plenius dicam, in Chron. inedito Comitum Capuae. Pratill.*

Vide Anonymum Salernitanum Parte 2. num. 2. Poſtmodum vero Landulfus iſte, ut Erchempertus tradit num. 15. a Radelchiſi Principis dominatione ſe ſubducens, Sicopolim ingreditur, *hoc eſt, munitiſſima in urbe (ſicut eam dicit idem Erchempertus num. 24.) ſe tuetur, quod eodem contigiſſe oportuit anno 840. exeunte.*

840. 1. *Annus incipit a Decembri. Finitur anno*
841. *Menſe Decembri non exacto.*

Menſes octo ſunt Januarius, Febr. Mart. April. Majus, Junius, Julius, & Auguſtus non exactus ſequentis anni 842.

II.

I. LANDO filius ejus dominavit jam dictam civitatem annis XIII. menſibus IX.

842 1 *Annus incipit ab Auguſto. Finitur anno*

843	2	847	6	851	10
844	3	848	7	852	11
745	4	849	8	853	12
846	5	850	9	854	13

Annus incipit ab Auguſto non exacto. Finitur anno 855. *Menſe Auguſto. Menſes novem ſunt. Septemb. Octob. Novemb. & Decemb. ejuſdem anni. Januar. Februar. Mart. April. & Majus non exactus anni* 856.

II. Cum autem cremata eſſet civitas (*a*) Capuae ab igne, venit cum fratribus ſuis ad Pontem Caſulini, & condiderunt civitatem, quae nunc eſt Capua.

Condita eſt nova Capua, poſtquam exarſerat (b) Sicopolis: hoc vult; quam inhabitarant (c) Campani, antiquiſſima urbe a Saracenis in cinerem redacta, deſertaque a Landulfo praecavente ſibi a Principe Radelchiſo. Vide Ignotum Caſſin. num. 8. & 16. Erchempertum num 24. & Oſtienſem Lib. 1. cap. 24. & 30. qui Palilia novae urbis hoc quo-

(a) *i. Sicopolis. Pratill.*

(b) *De novae Capuae exſtructione infra differendum erit. Pratill.*

(c) *Campani duplici ex cauſa veterem urbem deſerunt.*

Digitized by Google

CHRONOLOGIA

Praedictorum Comitum Capuae expanſâ Tabulâ explicatur.

I.

I. LANDULPHUS ſenior tenuit Capuam veterem annis XXV. menſibus IV.

Primus annus numerandus eſt a menſe Auguſto nondum exacto anni 815. Etſi (a) Oſtienſis Lib. 1. cap. 23. inter hos annos meminit Campani cujuſdam Gaſtaldi, nomine Agenardi; quod eget interpretatione. Vide Ignotum Caſſin. num. 8. & Erchempertum num. 15. & 53.

815	1	*Annus incipit ab Auguſto. Finitur*			
816	2	824	10	832	18
817	3	825	11	833	19
818	4	826	12	834	20
819	5	827	13	835	21
820	6	828	14	836	22
821	7	829	15	837	23
822	8	830	16	838	24
823	9	831	17	839	25

Annus incipit. Finitur Auguſto anni ſequentis 840. *Menſes vero quatuor ſunt ſubſequentes: Sept. Octob. Novemb. & Decemb. non exactus ejuſdem anni.*

II. Et fecit civitatem novam in Monte Trifiſco, quam dominatus eſt anno I. menſibus VIII.

Ante hoc ſane tempus, nempe ſub (b) Principe Sicone, ſicut hoc ipſo nomine, Sicopolis, demonſtratur, conſtructa fuerat (c) urbs in Triſiſco, exſtante adhuc vetere Capua.

Vide

(a) *Oſtienſis locus difficilis.*
(b) *Huic Chronologo lux.*
(c) *Non urbs quidem, ſed caſtrum, de quo ſuperius; & infra plenius dicam, in Chron. inedito Comitum Capuae. Pratill.*

Vide Anonymum Salernitanum Parte 2. num. 2. Poſtmodum vero Landulfus iſte, ut Erchempertus tradit num. 15. a Radelchiſi Principis dominatione ſe ſubducens, Sicopolim ingreditur, *hoc eſt, munitiſſima in urbe (ſicut eam dicit idem Erchempertus num. 24.) ſe tuetur, quod eodem contigiſſe oportuit anno 840. exeunte.*

840. 1. *Annus incipit a Decembri. Finitur anno*
841. *Menſe Decembri non exacto.*

Menſes octo ſunt Januarius, Febr. Mart. April. Majus, Junius, Julius, & Auguſtus non exactus ſequentis anni 842.

II.

I. LANDO filius ejus dominavit jam dictam civitatem annis XIII. menſibus IX.

842	1	*Annus incipit ab Auguſto. Finitur anno*			
843	2	847	6	851	10
844	3	848	7	852	11
745	4	849	8	853	12
846	5	850	9	854	13

Annus incipit ab Auguſto non exacto. Finitur anno 855. *Menſe Auguſto. Menſes novem ſunt. Septemb. Octob. Novemb. & Decemb. ejuſdem anni. Januar. Februar. Mart. April. & Majus non exactus anni* 856.

II. Cum autem cremata eſſet civitas (a) Capuae ab igne, venit cum fratribus ſuis ad Pontem Caſulini, & condiderunt civitatem, quae nunc eſt Capua.

Condita eſt nova Capua, poſtquam exarſerat (b) Sicopolis: hoc vult; quam inhabitarant (c) Campani, antiquiſſima urbe a Saracenis in cinerem redacta, deſertaque a Landulfo praecavente ſibi a Principe Radelchiſo. Vide Ignotum Caſſin. num. 8. & 16. Erchempertum num 24. & Oſtienſem Lib. 1. cap. 24. & 30. qui Palilia novae urbis hoc quo-

(a) i. *Sicopolis. Pratill.*
(b) *De novae Capuae exſtructione infra differendum erit. Pratill.*
(c) *Campani duplici ex cauſa veterem urbem deſerunt.*

quoque figit anno 856. *Ex quo Graeci Codicis corrupti numeri apud* (a) *Conſtantinum Porphyrogennetam Lib. de Admin. Imp. cap.* 27. *ſunt reſtituendi*; *nam modo ibi habetur a condita Capua ad ſe ſcribentem* (*ſcripſit nupta jam Berta filia Regis Hugonis filio ſuo Romano*: *Idem cap.* 26. *hoc eſt poſt annum* 944. *Sigon. lib.* 6.) *annos interceſſiſſe* 73. *qui fuerant*, *forte* 93.

III. In qua jam dictus LANDO vixit annis IV. menſibus IX.

856	1	*Annus incipit a Majo. Finitur*
857	2	
858	3	
859	4	*Annus incipit a Majo. Finitur anno*
860		*Menſe Majo non exacto.*

Hoc tempore, nono ſcilicet menſe antequam moreretur, ad Pontem Theudemundi multos virili certamine Neapolites interfecit, cepitque nongentos.

Accinit Erchempertus num. 27. *qui iſta contigiſſe adfirmat* 8. *Idus Majas. Vide quoque Ignotum Caſſ. num.* 25.

Menſes novem, quibus advixit Lando, ſunt, Junius, Julius, Auguſt. Septemb. Octob. Novemb. Decemb. ejuſdem anni 860. & *Januar.* & *Febr. non exactus ſequentis anni* 861.

III.

LANDO filius ejus tenuit Capuam menſibus VI.

Menſes ſex ſunt: Mart. April. Majus, Jun. Jul. & *Aug. non exactus ejuſdem anni* 761.

IV.

PANDO tenuit Comitatum Capuanae civitatis anno I. menſibus IV.

861	1	*Annus incipit ab Auguſto. Finitur anno*
862		*Menſe Auguſto non exacto.*

Menſes quatuor ſunt: Septemb. Octob. Novemb. & *Decemb. non exactus ejuſdem anni* 862.

I. LAN-

(a) *Conſtantini Porphyrogen. locus corruptus.*

V.

I. LANDULFUS Epiſcopus dominavit annis III. menſibus IX.

862 1 *Annus incipit a Decembri. Finitur anno*
863 2
864 3 *Annus incipit a Decembri. Finitur anno*
865 *Menſe Decembri non exacto.*

Menſes novem ſunt: Jan. Febr. Mart. April. Majus, Jun. Jul. Auguſt. & Septemb. non exactus anni ſequentis 866.

II. Quibus expletis venit, Ludovicus Imperator. *Concordat Oſtienſis Lib.* 1. *cap.* 35. *qui dicit Ludovicum perveniſſe Caſſinum in Junio prædicti anni; indeque digreſſum obſediſſe Capuam tribus continuis menſibus, tandemque obtinuiſſe. Menſe igitur Septembri Landulfus ceſſit Ludovico. Vide Ignotum Caſſin. num.* 7. *Sed hanc Capuae expugnationem, cujus murus ex quadrato erat lapide constructus, Regino Lib.* 2. *fuſius deſcribit, & ad annum notat* 871. *qui de hoc, deque aliis dux fuit Mariano Scoto, Sigeberto, & Othoni Friſingenſi. At* (a) *Regino illam notat, ut dixi, non figit deſcripto anno; quo cum enarraſſet obitum Hadriani Papae II. & electionem Joannis VIII. ſubdit:* His diebus Adelgiſus Dux Beneventanus Graecorum perſuaſionibus corruptus, adverſus Ludovicum manum levavit. *Et caetera; quae non utique uno, ſed pluribus annis acta fuere, noſque ſeriatim ea digeremus; quocirca manifeſta res eſt antiquum illum Scriptorem in unum locum non unius anni geſta, ſed plurium ſummatim dediſſe, quod pariter, tum praedicti ejus adſeclae commiſere, tum Ado in Chron. in* 6. *Mun. aetate; qui ingreſſum dicit Ludovicum in Beneventum, & Saracenos devictos anno* 868. *Sin autem ille firmo propoſito voluit praeſcripto anno* 871. *contigiſſe quae inibi a ſe narrata fuerunt, quod ſane ejuſdem locus ad annum* 867. *infra adſcribendus expetit, is certe Ludovico ante, & poſt captam* Ba-

(a) *Reginoni, aliiſque lux, modo admittant.*

Barim in CiſTyberina Italia geſta foede miſcuit, ac perturbavit, quae omnia ex (a) noſtris ordinanda ſunt, ut infra.

III. Stetitque in Capuam menſibus VIIII.

Iſta ſic interpretor: Stetitque in Capuam menſe Novembri, *hoc eſt uſque ad menſem Novembrem*; *Ignotus enim Caſſinenſis praedicto num. 7. tradit Ludovicum ingreſſum urbem Beneventum menſe Decembri, & plane eodem, quo advenerat anno* 866. *cui Lupus Protoſp. in Chron. adſentitur*. (b) *Landulfi igitur Dynaſtia ceſſavit a Septembri modo dicti anni* 866. *quam, ut Chronologus hic noſter eſt opinatus, non ante ille recepit, quam Imperator ultimum Capuae abſceſſit, anno ſcilicet* 874. *de quo infra dicam hoc eod. num. par.* 16. *Intermedio autem tempore Ludovicus, ut Erchempertus habet num.* 32. Capuam omni fere menſe diverſis Judicibus dedit in praedam.

IV. Et abiit Barium.

Anno ſequenti ab adventu. (c) *Erchemp. num.* 33. *hoc eſt anno* 867. *Concordat Sigebertus. Quo utique anno contra Saracenos primum dimicans victus eſt. Erchemp. num. eod. & Oſtienſ. Lib.* 1. *cap.* 35. *idque plenius ſcripſit Aimoinus Lib.* 5. *cap.* 22. *ſed certe nonnihil perturbate his verbis*: Revertente Hludovico ab inſidione Saracenorum de partibus Beneventanis, iidem Saraceni de Baira egredientes, & hoſtem Hludovici poſt tergum ſequentes, pluſquam duo millia Caballorum ipſius hoſtis praedati ſunt, & cum eiſdem Caballis duos ex ipſis ordinantes cuneos, ad Eccleſiam S. Michaëlis in M. Gargano perrexerunt depraedantes multa, & Clericos; ſed & multos, qui ad orationem illuc convenerant, depraedantes, cum multa praeda ad ſua redierunt; quod valde Imperatorem, atque Apoſtolicum, ſed & Romanos turbavit. *Ha-*

ctenus

(a) *Noſtrates res noſtras peritius tradidere.*

(b) *Anno DCCCLXVII Martio menſe Ludovicus Beneventi morabatur, ut ex Diplom. apud Murator. in Chron. Farf. tom.* 11. *part.* 2. *pag.* 400. *Collect. Ital. Pratill.*

(c) *Vide infra in Diſſert. ubi fuſiſſime de Imp. Ludovici adventu, & diſceſſu. Pratill.*

ſtenus Aimoinus. Verum Ludovicus poſtmodum Materam munitiſſimam Saracenorum urbem incendit. Ignot. Caſſin. num. 7. *Oriam ivit. Erchemp. num.* 33. *& Lupus Protoſp. hoc anno* 867. *Beneventumque rediit menſe Auguſti. Ignot. Caſſin. num. praedicto: quo utique anno Barim obſidione cinxit: ſicut conſtabit ex modo dicendis .. Interim vero non praetermittam Reginonem, & ejus perpetuos adſeclas* (a) *Othonem, & Gotfridum a Pithoeanis Francorum Annalibus diſſentire; ille enim tradit anno* 867. *Ludovicum ad exterminandos CisTyberinos Saracenos advocaſſe fratrem Lotharium, ejuſque adminiculo* plurima bella geſta fuiſſe, non ſolum fortiter, ſed feliciter; *ſed gravi poſtmodum peſte ejus exercitu laborante, in Franciam illum rediiſſe, indeque Romam iterum adventaſſe anno* 869. *acturum cum novo Summo Pontifice Hadriano II. propriiſque rebus conſulturum. In Annalibus autem memoratis unicus adventus in Italiam deſcribitur Lotharii, iſque figitur ad annum* 868. *qui primus adnumerabatur Pontificatus Hadriani; ibidemque adſeritur, quod eodem anno in Beneventum ad fratrem Ludovicum perrexit, ut* illum fautorem poſtularet apud Hadrianum, *cum jam Nicolaum Hadriani deceſſorem reperiſſet defunctum, ſed nil a Pontifice conſecutus, in Julio anni* 869. *Placentiae clauſit diem. Quas diſcrepantias alter conciliet, mihi enim ſat eſt Lotharii adventum in has regiones indicaſſe, ac Ludovicum in Beneventana urbe per deſcriptos annos adſtitiſſe: quod poſitae a me conſonat Chronologiae.*

V. Super quam Civitatem ſedit annis IV.

Concordat Oſtienſis Lib. 1. *cap.* 35. *Hincque corruptum agnoſcere licet Chronicon* (b) *Lupi Protoſpatae, quo loco habetur, Barim a Ludovico receptam* anno 868. tertia die intrante menſis Februarii. *Etſi de menſe non admodum repugno. Imperator igitur, qui obſidionem firmaverat antequam Beneventum regreſſus fuiſſet menſe Auguſto anni*

(a) *Exteri ſcriptores nec de rebus quidem ſuis concordes.*

(b) *Lupi Protoſpatae locus corruptus.*

Digitized by Google

867. *urbem obtinuit anno* 871. *certoque ante Auguſtum; ut dicam infra. Interea vero, Bari non dum recepta, inſurrexiſſe in Ludovicum duos ejus Comites, qui, poſtmodum Adelgiſo Principe intercedente, ad quem confugerant, in gratiam recepti fuere, ut credit*(a)*Oſtienſis Lib.I.cap.35. Sed memoria ille excidit; id namque contigit Imperatore commorante apud Verulas, ſicut ſuo patebit loco.*

VI. Beneventum reverſus, captus eſt a Beneventanis menſe Auguſto.

Captus eſt eodem anno, quo Barim receperat. Lupus ad an. 868. Poſtquam per tres fere annos Beneventanis praefuiſſet. (*b*) *Anonym. Salern. in Hiſt. Langob.non edita, qui utique fallitur, pene idem adfirmat; nam Beneventum Imperator ingreſſus eſt exeunte anno* 866. *continuiſque quatuor annis Barim obſedit, poſt quos eſt captus. Id igitur contigit an.* 871. *faventque mihi Annales Francorum editi a Pithaeo, quibus in praeſtripto anno habetur*, falſum tunc exiviſſe rumorem Hludovicum Italiae Imperatorem ab Adelgiſo Duce Beneventano inſidioſe peremptum fuiſſe. *At annum, quem dico, immo & menſem Auguſtum noſtro Chronologo adſertum, certe voluit ſuboſcurus Auctor modo editi Chronici Principum Langobardorum, & Abb. Caſſinenſium; cum ad finem adnotatis Ludovici annis, quibus ille manſit in regione Beneventana, ad annum quintum ſignavit menſes duos; ſcilicet, quod completis ab* (*c*) *ejus adventu annis V. & menſ. II. fuerit ille captus, quem adveniſſe anno* 866. *menſe Junio ſatis conſtat. Ejus autem captivitatis tempus incurioſe non diſcrevit Luitprandus in vita Joannis Papae VIII. ab anno abſoluti ſacramenti, quo illum obſtrinxerat, priuſquam dimitteret, Adelgiſus: utramque adnotans ſub modo dicto Pontifice, qui exeunte*

anno

(a) *Oſtienſis memoria lapſus.*

(b) *Anonymus Salern. fallitur.*

(c) *Haec annorum deſignatio non ab ejus Beneventum ingreſſu deſumenda, ſed potius ab ejus adventu in urbem, unde poſtea anno DCCCLXVI. in Campaniam diſceſſit. Annus igitur V. fuit DCCCLXX. ſecus DCCCLXXI.* Prat.

anno 872. ſucceſſit Hadriano II. Peſſimeque (a) Cedrenus num. 226. aniles quoque alias admiſcens fabellas a Conſtantino Porphyrogenneta Lib. de Admin. Imper. cap. 29. pariter relatas, tradit, Ludovicum, recepta Bari, Capuam abduxiſſe captivum Soldanum Saracenorum, totoque biennio ibidem ſecum habuiſſe, quo peracto, Imperatorem fuiſſe captum.

VIII. Sed dimiſſus ab eis diſtrictus ſacramentis.

Quibus vero ſacramentis, nullus (b) e noſtratibus dixit, quae data utique adſentitur Oſtienſis loco ſaepe relato: Produxit tamen illa Regino Lib. II. Nunquam *ſcilicet* Imperatorem ſe diebus vitae ſuae Beneventi fines intraturum, neque ex calumnia, quam tunc patiebatur, vindictam aliquam exacturum; *Idque adfirmant exteri quoque omnes; additque Luitprandus prolata illa fuiſſe a Ludovico* multis adjunctis execrationibus. *At quanto ille fuerit tempore apud Beneventanos captivus, nullus protulit. Erchempertus vero num. 34. aliquid ſubmurmuravit, cum ſcripſit, quod* illius contemptum Divina defenſio, nec in XL. diſtulit dies; *cujus ſententiam interpretatus videtur Oſtienſis, dicens:* Sed non in longum Deus paſſus eſt innocentem hominem fruſtra affligi, moxque intra quadraginta dies innumerabili Saracenorum exercitu ab Africa adventante, Ludovicus e cuſtodia dimiſſus eſt. *At ab utroque diſcedit (c) Anonymus Salern. in ea, quam laudavi, ſcripta Hiſtoria, adventum Saracenorum ſuper Salernum adfirmans contigiſſe aliquanto poſt, quam Ludovicus a Beneventanis dimiſſus fuiſſet; cui neſcio an credam potius, quam Erchemperto, adeo ille incautus comperitur ſaepeſaepius exſtitiſſe (d). Salernum igitur Saraceni ad-*

(a) *Cedreni, & Conſtantini Porphyr. cenſura.*

(b) Ni mens me fallit, unus e noſtris dixit Anonymus Salernitanus, qui modo non eſt ad manus.

(c) *Anonymus Salern. paſſim hallucinatur.*

(d) *Ut Langobardorum crimen captivitatis Ludovicianae exaggerarent Franci, aliique Imperatoris aſſeclae, Saracenorum adventum Salernum citius, quam par eſt, accidiſſe ferunt: quod profecto non eodem anno, neque poſt breve temporis ſpatium contingere poterat. Hâc igitur de cauſa variatim Scriptores locuti ſunt.* Prat.

venerunt, qui Imperatoris injuriam, Dei judicio, ulti ſunt, quadraginta non dum exactis diebus ab ejus captivitate, proindeque menſe Septembri ejuſdem anni 871. *Quo anno Ludovicum dimiſſum credere oportet ex rerum ſerie, quae poſtea ſubſecutae fuere; mihique adſentitur Hermannus Contractus in Chronico, qui caeterum, vitio, ut praedixi, aliis communi, uno, continentique anno commiſcuit geſta, quae diſcretis temporibus accidere; eodem namque anno tradit, illum a ſacramento ſolutum a Pontifice Joanne VIII. qui Papa renunciatus fuerat anno exeunte* 872. *ſicut iterum monui.*

VIII. Deceſſit a Benevento, & intra tres dies, ac noctes abiit Berole.

Exeunte ad ſummum anno 871. *quo dimiſſus eſt, poſteraque die ab ejus ſolutione, ut Regino habet Lib.* 2. *citatiſſimoque curſu, quod Oſtienſis firmat Lib. I. cap.* 35. Berole autem *urbs eſt in Hernicis; Priſcis Latinis* Verulæ: *hodie* Veroli.

IX. In qua deguit menſes XI.

Scilicet ad exitum uſque anni 872. *Quo intermedio tempore non ſemper Verulis manſiſſe eſſet credere ex Aimoino, qui Lib. V. cap.* 28. *habet eum coronatum Romae a Pont. Hadriano II. in Pentecoſte anni quidem ad ſummum* 872. (a) *quo exeunte, Hadrianum obiiſſe traditur. At Ludovici coronationem Recentiores figunt ad annum* 871. *quo jam vidiſti, illum (Bari tunc recepta) commoratum fuiſſe Beneventi, quouſque captivus eſt factus, & dimiſſus. Quocirca velint oportet, eodem anno ceptae Baris Romam petiiſſe, ibidemque coronatum, iterum Beneventum regreſſum eſſe, ubi in vinculis poſitus fuerit; idque ſubindicari videatur ab Aimonio, qui tradit, illum, coronationis ſolemnitate peracta*, exercitu collecto, iterum in partes Beneventanas perrexiſſe. *Quibus equidem non obſto, namque (b) Aimoinus annum coronationis non prodit, ſed*

(a) *Vid. Chron. Farfenſ. loc. cit. pag.* 404. (b) *Aimoino lux.*

ſed actam illam dicit poſt miſſos ab Hadriano Legatos Conſtantinopolim ad Synodum ibidem celebratam anno 869. *A cujus dicto diſcrepantem non audio Anonymum Salernitanum, qui Ludovicum coronatum dicit Imperatorem eodem, quo ad hanc CisTyberinam Italiam advenerat anno; Ille vero Verulis degens, pergit noſter:*

X. Poſtulatus a Landulfo Epiſcopo.

Concordat Erchempertus num. 35. *jam enim Landulfum in familiaritatem allexerat Ludovicus, tertiumque in Regno ſuo conſtituerat, ut idem habet Erchemp. num.* 36. *Atqui cur illi Capuam tunc non reſtituit? Certe id negat noſter, ſed an jure, conſtabit infra.* (a) *Anon. vero Salern. tradit, Landulfum adceſſiſſe ad Ludovicum Papiae commorantem, ſed more ſuo, hoc eſt inepte. Acta enim S. Athanaſii Epiſc. Neap. lect.* 8. *tum noſtri Chronologi dictum, tum annum a me conſignatum firmant; cum habeant eoſdem* (b) *Landulfum, & Athanaſium junctim* ad Imp. in Sabinis morantem, & ad villam Veruli veniſſe III. Kal. Julii Indict. V. *hoc eſt anni* 872. *Ex quo ineditum Chron. Epiſcopp. Neap. mendi argue, tradens Athanaſium (praetermiſſo nomine Landulfi) adceſſiſſe ad Ludovicum ex Beneventi carcere Ravennam recedentem, ab eoque obtinuiſſe militares copias in Saracenos. Acta tamen illa eo loci nec ſine mendo. Tu vide.*

XI. Iterum venit Capuam.

Sacramentis ſolutus a Joanne VIII. & idcirco, ut citius, ineunte anno 873. *nam exeunte anno* 872. *in Papam electus fuerat. De abſolutione autem Ludovici, & conventu ſuper hoc Romae habito loquitur Regino Lib. II. Otho Friſing. Lib. VI. cap.* 4. *Gothofridus Viterbienſis par.* 17. *& Hermannus Contractus in Chronico. Etſi* (c) *Regino id actum dicit anno* 872. *anno ſcilicet citius, ſicut Baronio pariter eſt adnota-*

(a) *Novus Anonymi Salern. error.*

(b) Alia Acta S. Athanaſii inedita dant ei comites *Landulfum Epiſc. Capuae, Legatum Salerni* (ſic interpungendum) *& Apocryſarios Sedis Apoſtolicae.*

(c) *Reginonis cenſura.*

Digitized by Google

notatum. Imperator vero antequam Capuam adveniſſet, per quoſdam Comites ſuos, quos Beneventum miſerat, Saracenos pertrivit, ut habet Anonymus Salernitanus, qui Comites dictos, ait, alterum Ardingum (an illum qui in Annalibus Francorum alias relatis, & apud Baronium ad annum 876. *num.* 16. *legitur ſubſcripſiſſe coronationi Imperatoris Caroli Calvi?) alterum Remedium: quos ſocios habuiſſe addit Comites alios duos, Lambertos adpellatos, qui in Ludovicum conſpiraverant, Beneventumque receſſerant; Certeque Erchempertus num.* 35. *ei ex parte favet, Lambertos enim Comites iram Ludovici declinaſſe, & ad Adelgiſum ſe contuliſſe adfirmat, additque quod eidem Principi opem illi tulerint in Saracenos, idque contigerit Imperatore jam e Beneventana captivitate abducto; quod* (a) *Oſtienſis, ut ſupra adnotabam, non rite prodidit: proque Anonymo, & Erchemperto ſtat Guillelmus Bibl. in Hadriano II. pag.* 334. *Hos vero duos Comites Ignotus Caſſinenſis n.* 22. *non Lambertos, ſed alterum* Lampert *(quod idem ſonat, ac* Lambert, *& Latine* Lambertus) *alterum* Ildepert *adpellat, idemque habet, illos Ludovicum perſecutum fuiſſe* uſque Marſim, *hoc eſt, ut Oſtienſis interpretatur,* Marſiam; *eorundemque unum Beneventi conſtitiſſe, alterum apud Saracenum Seodanum in circumjacentibus Barli locis inſidentem, aliquantiſper latitaſſe; quibus tandem Adelgiſus Imperatoris gratiam conciliavit, de quo in ſequentibus. At Ludovicus per alios ſuos Comites, quorum alter ejus nepos Gunthar, alter Suavius dicitur Anonymo Salernitano, prope Capuam multa millia Saracenorum interemit, quod adnotavit Oſtienſis Lib. I. cap.* 35. *ad finem, idemque voluit Erchempertus num.* 35. hoc ſolummodo memorabile bonum *operatum dicens Landulfum Capuae Comitem, & Epiſcopum* a die ortus ſui, *qui ab Imperatore exercitum petierat. Quibus peractis, Ludovicus tandem Capuam advenit, nepotemque in bello peremptum reperit,*

(a) *Concordes noſtrates, uno excepto Oſtienſe.*

rit, nam conſtiterat ille in Patenara (*vulgo hodie:* Cajanello *prope Teanum*) *ut idem Salernitanus Anonymus auctor eſt*.

XII. In qua uno anno commoratus.

Adſentitur Oſtienſis Lib. I. cap. 37. *Quo pariter tempore voluit Ludovicus Beneventum adquirere, ut Erchempertus habet num.* 36. *ſed non valuit. Eademque tradit Aimoinus Lib. V. cap.* 30. *dicens, quod ille* in Capua reſidens (mortuo jam Lamberto Calvo, & appulſo Patritio Imperatoris Graecorum cum exercitu in civitatem, quae Hydruntum dicitur, in auxilium Beneventanorum, qui cenſum, quem Imperatoribus Franciae eatenus dabant, illi perſoluturos promittebant) quoniam aliter Adelgiſum obtinere non poterat, mandavit Apoſtolico Joanni compatri Adelgiſi, ut ad eum apud Capuam veniret; & ſibi Adelgiſum reconciliaret, volens oſtentare, quod tanquam intercedente B. Petri Vicario ipſum Adelgiſum reciperet; de quo juraverat (*in conventu Romae, ut puto, quando ab altero ſacramento ſolutus fuerat*) quod nunquam de illis partibus rediturus eſſet, antequam illum caperet; cum re vera virtute ſua illum obtinere non poſſet. *Hactenus Aimoinus, qui nullibi annum ſignate prodit; ſed iſta hoc anno* 873. *acta fuiſſe video placere magnis viris Sigonio, & Baronio, aliiſque. Concordatus tamen tunc eſt Ludovicus cum Adelgiſo, cui, & Comitibus, qui ad eum confugerant, veniam dedit; quibus peractis, Franciam tandem rediit, ut Ignotus Caſſinenſis tradit num.* 22. *ad finem. Verum* (a) *alii aliter de irrito conatu Ludovici ſcriptum reliquere, quippe qui dicunt, illum,* ne a ſuis perjurus diceretur (*verba ſunt Reginonis Lib. II.*) nequaquam contra Tyrannum (*ſic adpellat Adelgiſum*) proceſſiſſe, ſed Reginam cum exercitu direxiſſe. *Quod pariter habent Otho, & Gotfridus locis ſupra indicatis. Ipſeque Regino tradit, quod Princeps in Inſulam Corſicam ſeceſſit, ubi*

ad

(a) *Noſtrates ab exteris ſcriptoribus diſcrepant.*

ad tempus latuit ; cui ſubſcribit Otho , & Sigebertus ; itemque Gotfridus ; ſed iſte in Sardiniam dicit illum commigraſſe .

XIII. Reverſus eſt in Franciam.

Igitur Capua diſceſſit Ludovicus anno 874. *idque placere video Oſtienſi Lib. I. cap.* 37. *Ille enim habet , quod* Imperator cum per annum fere Capuae remoratus fuiſſet, ſublato corpore B. Germani ejuſdem civitatis Epiſcopi, demum Franciam eſt reverſus: moratus per diverſa loca in partibus iſtis per annos circiter ſex. *At eodem Leone adfirmante, Ludovicus advenerat in Junio anni* 866. *integroque anno* 872. *tum Verulis, ut dictum eſt, tum Romae manſit. Complentur igitur anni ſex initio anni* 874. (a) *menſibus aliquot ſuperadditis, quos ille indicavit ea dicendi uſus forma*: per annos circiter ſex: *Pariterque indicavit Auctor* (b) *Chronici Principum Langobardorum , & Abb. Caſſinenſium , notans ſeptem annis , incompletis ſcilicet , Ludovicum apud nos manſiſſe ; cujus Chronologi de reliquo mentem eo loci haud capies , niſi interpreteris poſtremos duos annos ab eo immediate ſubpoſitos anno quinto Ludovici , ex parte eſſe adnumerandos intercalato prius anno uno , quo Verulis ille manſit ; coactam enim omnium annorum ſummam , quibus Imperator CisTyberina in Italia moratus fuerat , rotunde , ac more ſuo , non autem explicate Auctor ibi tradidit . Capuae vero Ludovicus conjugem , natamque ſuam reliquit , ut Erchempertus auctor eſt num.* 36. *ſed non hoc conſilio , ut in Principem Adelgiſum uxor irrueret , cui concordatus fuerat , ut ex Ignoto Caſſinenſe eſt manifeſtum : ſed alio , quod ſubodoro* (c) *in Aimoino Lib. V. cap.* 28. *ſi ejus ſententiam rite capio ; quod ſcilicet ſeductus Imperator fuerat a ſuis Proceribus , qui Imperatricem* propter ſuam inſolentiam habebant exoſam; *illumque eo adegere , ut nuntio illam monuerit ;* ne poſt ſe

(a) *Verum ab an. DCCCLXVI. ad DCCCLXXIV. anni octo intercedunt ſaltem nondum exacti; ſecus ſex.* Prat.

(b) *Lux Chronico Principum Langobard & Abbatum Caſſin. modo edito.*

(c) *Lux Aimoino.*

ſe pergeret, ſed in Italiam reverſurum expectare; At illa non obediens illius mandatum, poſt eum ire maturavit. *Ludovicum vero tunc in Franciam reverſum, productus adfirmat Oſtienſis, Ignotuſque Caſſinenſis relato num.* 22.

XIV. In qua eodem anno defunctus eſt.

Pithoeus ad Annales Francorum a ſe editos quaerebat de loco, quo Ludovicus obiiſſet; textus enim Annalium deficiebat. En igitur locus eſt Francia. Falſus igitur (a) Sigebertus, qui in Italia deceſſiſſe illum dixit, maleque accepiſſe videtur verba Mariani Scoti ſic habentis: Ludovicus Imperator Caeſar Italiae obiit: *iis namque tum Imperatoris ditio, tum mors declaratur, nil adſerto de loco obitus, ſicuti praedictorum Annalium utroque antiquior auctor indicat, immo proclamat dicens:* Interea Hludovicus Italiae Imperator . . . . . cujus corpus translatum, Mediolani in Baſilica S. Ambroſii ſepultum eſt. *At quo anno diem obierit ille, variant auctores. Regino Lib. II. & ejus perpetui aſſeclae Marianus Scotus Lib. III. & Otho Friſing. Lib. VI. cap.* 6. *obitum figunt ad an.* 874. *quod placuiſſe video noſtro Chronologo; uno enim, eodemque anno diſceſſum ejus, & mortem dicit contigiſſe. Annales vero Francorum modo dicti, recentioreſque omnes ad annum notant* 875. *Sigebertus ad annum* 876. *Qui autem mediam veriorem credidere ſententiam, hanc pariter hujus (b) Chronologi mentem fuiſſe credent, Ludovicum nempe vita functum non eodem, quo Capua abſceſſit anno, ſed quo in Galliam pervenit; iiſque plane non invitus adſenſerim, licet priorem ſententiam ad Erchemperti oram num.* 36. *ſim ſecutus, quod Regino ejus auctor eadem fere vixit, ſcripſitque aetate, qua Joannes Abbas Caſſinenſis, cui hoc tribuo Chronicon; viſum enim eſt mihi talem tunc viguiſſe apud auctores opinionem.*

XV. Landulfus autem Comes, & Praeſul ante adventum Imperatoris. *Quo-*

(a) *Sigebertus hallucinatur.*
(b) *Mens noſtri Chronologi haud aperta.*

Quouſque Capuam obtinuerat annis III. & menſibus IX. ſcilicet ad menſem uſque Septembrem anni 866.

XVI. Et poſt deceſſum ejus tenuit Capuam annis XII.

Integrum Dynaſtiae Landulfi tempus, qui interruptis vicibus bis Capuae praefuit, annos non exceſſit duodecim, eique dimiſit illam Imperator cum ultimum Capua diſceſſit. Hoc vult noſter, tum hoc loco, tum in Auctario, quod ad oram Hiſtoriolae Ignoti Caſſin. adpoſuit ad num. ſcilicet 32. *At deceſſerat Ludovicus (ſive de obitu, ſive de diſceſſu id accipias) anno* 874. *Igitur Praeſul, & Comes Landulfus, qui paulo ante IV. Idus Martii vita eſt functus, ſicut ex Erchemperto conſtat num.* 40. *ad annum advixit* 882. *certeque ea fuit noſtri Chronologi mens; ab hoc enim anno tempora ſubſequentium Comitum ille ſubduxit, qui ad Atenulfum cum perveniſſet, decem ei annos in Comitatu dedit, ut alibi dixi; namque ſat illi conſtabat, Atenulfum Principatum adripuiſſe in anno nongenteſimo, & ab falſo credita Epocha receptae Dynaſtiae, & mortis Landulfi, decem ſolummodo eidem Atenulfo annos remanſiſſe, adtributis reliquis, ut oportebat, tribus aliis interpoſitis Comitibus. Sed* (a) *lapſus ille eſt, tam de receptae Dynaſtiae Landulfi anno; tum vero de aliis omnibus juxta eandem Epocham ſubductis ratiociniis: Landulfus enim Epiſcopus in Aprili anni* 879. *inter vivos eſſe deſierat, ut conſtat ex Epiſt.* 168. *Joannis Papae VIII. nec non Atenulfus ſub Comitis nomine integris annis tredecim Capuae praefuit, quod nullo poteſt modo denegari; ejus enim Comitatum invaſit Sabbato poſt Epiphaniam VII. Idus Januarii, hoc eſt anni* 887. *ut teſtis eſt omni exceptione major Erchempertus num.* 64. *quod nec ipſe negabit Chronologus hic idem noſter, tum in Auctario ad num.* 32. *Ignoti Caſſinenſis, tradens id contigiſſe in Januario Indictionis quintae, hoc eſt praedicti anni* 887. *tum in hoc Chronico num.* 9. *quo loco habet in ſecundo anno Comitatus ejuſdem*

(a) *Chronologi noſtri lapſus.*

dem Atenulfi Indictionem percurriſſe ſextam, quando ad S. Carſium interfecti ſunt Neapolites a Capuanis, *eaque Indictio contigit anno* 888. *His igitur firmatis, ſingulisque tribus Comitibus, ſive Gaſtaldis a Landulfo ad Atenulfum interjectis ſuae Dynaſtiae annis adtributis, idque juxta ſubductionem noſtri utique auctoris, jam illud, quod mirabar, ſatis conſtabit, Epiſcopum ſcilicet Landulfum Comitis munus reciperaſſe jam olim, prius quam Ludovicus ultimum ad haec loca rediiſſet, integroque anno Capuae manſiſſet, immo ab anno* 870. *exeunte; a quo tempore ad ejus obitum, qui contigit initio menſis Martii* 879. *adnumeratis una annis tribus, & menſibus novem, quibus ante adventum Imperatoris Capuam obtinuerunt, duodecim integris praefuit annis, quod adſeruit noſter, idque in tabella ſic explico.*

862 1 *Annus incipit a Decembri. Finitur anno*
863 2
864 3 *Annus incipit a Decembri. Finitur anno*
865 *Menſe Decembri non exacto.*

Menſes novem, poſt quos advenit Ludovicus, & Landulfus ceſſavit, decurrente interim anno quarto ejus Dynaſtiae ſunt: Januar. Februar. Mart. April. Majus, Jun. Jul. Aug. & Septemb. anni

866 4 *Annus decurrens. Exeunte anno* 870. *Capuam recepit, ut dictum eſt, & reliqui tres menſes, quibus quartus completur annus, ſunt: Jan. Febr. & Mart. non exactus anni*

871 5 *Annus incipit a Martio. Finitur anno*
872 6 873 7 874 8
875 9 876 10 877 11
878 12 *Annus incipit a Martio. Finitur anno*
879 *Menſe Martio non exacto.*

VI.

PANDONULFUS nepos ejus factus eſt Comes Capuae, qui completis in Comitatu annis III. & menſibus VIII. expulſus eſt.

Digitized by Google

879 1 *Annus incipit a Martio. Finitur anno*
880 2
881 3 *Annus incipit a Martio. Finitur anno*
882 *Menſe Martio non exacto.*
Menſes octo ſunt: April. Majus, Jun. Jul. Aug. Septemb. Octob. & Nov. non exactus ejuſdem anni.

VII.

LANDO pater Landulfi Epiſcopi fuit Comes Capuae ann. II. menſ. X.

882 1 *Annus incipit a Novemb. Finitur anno*
883 2 *Annus incipit a Novemb. Finitur anno*
884 *Menſe Novembri non exacto.*
Menſes decem ſunt: Decemb. ejuſdem anni, Januar. Febr. Mart. April. Majus, Jun. Jul. Auguſt. & Sept. non exactus anni ſeq.
885.

Concordat de tempore initae Dynaſtiae Landonis Codex antiquus hujus Chronici, qui eſt apud Abbatem Conſtantinum Cajetanum; habet enim Landonem Comitatum ſuſcepiſſe (a) Kal. Novembris Ind. I. hoc eſt anni 882. *(b) At hic Lando, qui pater dicitur Epiſcopi Landulfi, ejus ſcilicet, qui ſchiſmate fuerat ejectus, & a Joanne Papa VIII. in Berola fuerat conſtitutus, eidem noſtro Chronologo in Auctario ad Ignot. Caſſin. num.* 32. *adpellatur frater, ſicuti hoc ipſo in Chronico hoc pariter loco exaratum olim habebatur, ut alibi monui, & recentior aliquis, priori voce abraſa, hanc intulit, quam repraeſentavi, aeque eſt plane retinenda; firmat enim illam idem Joannes VIII. qui Epiſtolam ſignatam num.* 289. *ſcripſit* Leoni Epiſcopo Teanenſi, Landulfo Epiſcopo, & Landoni Gaſtaldeo patri ejus. *Certeque hic eſt ille Lando, qui, ut Erchempertus tradit num.* 62. ab Atenulfo, & ejus fratribus Gaſtaldus conſtitutus fuerat in his, quae ad eos pertinebant. *Idem-*

(a) *Chronologus noſter bene olim recenſitus. ſis, ſed ad oram aliena manu, & ſane antiqua adnotatum.*

(b) *Quod etiam exhibet Caſſinen-*

Idemque ſegnis *ille*, *de quo idem Erchempertus num.* 40. *germanuſque exſtitit Atenulfi*, *a quo nil ſibi praecavens* (*eodem auctore Erchemperto num.* 62. & 63.) Teanum abiit curandus a languore, quo detinebatur.

IIX.

LANDENULFUS frater ejus vicem illius tenens anno I. menſ. IV.

885 I *Annus incipit a Septemb. Finitur*
886 *Menſe Septembri non exacto.*
Menſes quatuor ſunt: Octob. Novemb. Decemb. ejuſdem anni, & Januar. non exactus anni ſequentis
887.

Concordat, *ut praedixi*, *idem Chronologus in Auctario ad Ignotum Caſſin. num.* 32. *& Erchempertus num.* 64. *qui pervaſum ab Atenulfo Comitatum tradunt* Indictione quinta, Sabbato poſt Epiphaniam, hoc eſt VII. Idus Januarii. *Quae utique dies Sabbati in ſeptimum Idus praedicti menſis incidit anno* 887. *quo jam dicta percurrebat Indictio. At hujus Landenulfi nulla eſt mentio Dynaſtiae in toto Erchemperto*, *eo quod*, *ut reor*, *non ille Comes*, *nec Gaſtaldus fuerit Capuae*; *ſed*, *ut noſter habet*, vicem fratris (a) *Landonis gesſerit intermedio illo tempore ejus aegritudinis*, *Teanenſiſque ſeceſſus. Nec plane alio*, *quam vicario nomine Landenulfum praefuiſſe credam*; *ſiquidem ex Erchemperti adteſtatione num.* 62. 63. 64. & 68. *novi*, *ſolicitudinem de pervaſo ab Atenulfo Comitatu maxime Landonem ſegnem ſpectaviſſe*, *tunc utique Comitem*, *ejuſdem Atenulfi germanum fratrem*; *quos una ſimul in nocturno illo diſcidio ab eodem Atenulfo excitato crediderunt contra ſe adſtitiſſe eorundem patrueles*, *filii ſcilicet illius Landonis*, *ſub quo nova Capua eſt condita*, *quibuſcum concorditer egerant ab uſque tempore ejecti Pandonulfi. Si qua vero vicariae Landonulfi poteſtatis eſt in Erchemperto memoratio*, *non alia utique erit*, *niſi quae illius habetur mentio ad extremum num.* 63. *quo loco traditur*

(a) *Chronologo noſtro*, *&* *Erchemperto lux.*

ditur ob ejus diſceſſum ab urbe Atenulfum opportunam nactum eſſe occaſionem Capuae invadendae. Quo loci prior editio Landulſum, *non* Landenulſum *exhibet, contra fidem utriuſque Papyracei Codicis, quos vidi, atque ſequi eſt viſum. Ancipiti autem ſententia virum duplici nomine demonſtravi in Erchemperti Face, & in Stemmate Comitum Capuae num. 15. quoniam ille aptus non erat locus iſta fuſius admonendi.*

IX.

I. ATENULFUS Comes, quam annis XIII. MIRIFICE regens.

887	1	*Annus incipit a Januario. Finitur*			
888	2	892	6	896	10
889	3	893	7	897	11
890	4	894	8	898	12
891	5	895	9	899	13

Anno nongenteſimo menſe Januario;

Finitur annus 13. *Comitatus Atenulfi, quo factus eſt Princ.*

II. Poſtea factus eſt Princeps Beneventi.

Membranae omnes, quas pluribus in Archivis inſpexi, in deſignatione annorum (a) *Principatus Atenulfi indicant, illum Principatum adeptum jam dicto anno, & menſe, non poſt.*

III. Complenſque in Principatu annis X. & menſibus VI.

900	1	*Incipit a Januario. Finitur*			
901	2	904	5	907	8
902	3	905	6	908	9
903	4	906	7	909	10

Incipit a Januario. Finitur anno

910 *Menſe Januario*

Menſes ſex ſunt: Febr. Mart. April. Majus, Jun. & Jul. ejuſdem anni.

IV. Vita privatus reliquit eum filiis ſuis Domino Landulfo, & Domino Atenulfo Chriſtianiſſimis Principibus. Con-

(a) *Epocha Principatus Atenulfi Magni Principis firma.*

Digitized by Google

Concordant membranae, in quibus adſeritur Landulfus filius Princeps una cum patre Atenulfo ab anno 901. *ideoque annis Principatus inaequalibus, & poſt patrem una cum fratre Atenulfo juniore ab anno* 910. *poſt menſem Septembrem, & ante Decembrem: regreſſo ſcilicet Landulfo e Conſtantinopoli poſt mortem patris, & communicato tunc Principatu* (a) *fratri ſuo, ſicut Oſtienſis tradit Lib. I. cap.* 51. *Cujus certe conſilio partus a patre Principatus, eo defuncto, fratreque illo temporis momento abſente, ſervatus eſt; ni prior ille Atenulfus, qui Magnus Princeps dicitur in ſcripto Chronico antiqui, & nobilis Monaſterii Sanctiſſimae Trinitatis Cavenſis, ſumma providentia ſibi, poſteriſque praecaverat ab omni ſuae novae Dinaſtiae periclitatione. Quod eſto fuerit, frater tamen fratri non eam praeripuit, ſed ſervavit, quem in Archivi Caſſinenſis chartula tunc, cum aderam, Sacculo incluſa* 165. *adpellatum reperi per antecedentes annos Comitem Teani; quae plane urbs prima ſuper caeteras omnes Comitatui, atque Principatui* (b) *Campano ſubjectas, ſemper fuit habita; Campani namque Comitatus Dynaſtae, ſicut ex Erchemperto pluribus in locis, ex Ignoto Caſſinenſe num.* 23. *&* 26. *& ex Capitulari Principis Sicardi num.* 13. *conſtat, obtinuere quidquid a Caſertana, at Sueſſulana urbe in longum protendebatur ad uſque Aquinenſem, & quandoque Soranam; inque latitudinem a Calatia ad maris Tyrrheni litus, adque oſtia Literni, Vulturni, & Liris, ultra, citraque.* Quas, ut ſupra, urbes hujus Atenulfi Principis filii, eorumque nepos obtinuere, ut alibi in Stemmate Atenulfi patebit. *Prat.*

SE-

(a) *Germani fratres Campani Principes ſumma caritate concordes.*

(b) *Priſcorum Campanorum Comitum ditio.*

S E R I E S
COMITUM CAPUAE

Cum Auctario Anonymi, ut videtur, Langobardici Juris Conſ. & civis Campani uſque ad ſua, & ad Principis Ademarii tempora: hoc eſt ad an. Chriſti MI.

Hanc ſeriem Com. Cap. exſcripſerat Peregrinius e Tabulario Cavenſis Monaſterii, ut infra in Capitularibus *dicendum erit.* Pratill.

LAndolſus ſenior tenuit Capua vetere anni XXV. menſ. IIII. & fecit civitatem novam in monte Triſiſco, quam dominavit anno I. & menſ. VIII. Quo defuncto ſucceſſit ei Lando filio ejus. Qui nono menſe antequam moreretur ad Pontem Teodemundi multos virili certamine Neapolites interemit, cepitque nongentos. Et dominavit eamdem civitatem ann. XIII. menſ. IX. Quem cum cremata eſſet ab igne, venit cum fratribus ſuis; id eſt Landone, Pandone, Landolſo Epiſcopo, & Landenolſo ad Pontem Caſulini, & condiderunt ibi civitatem novam, quae nunc eſt Capua. In qua dicto Lando vixit anni IIII. menſ. VIIII. Cui ſucceſſit Lando filio ejus, & tenuit Capua menſ. VI. & projectus eſt de eadem civitate a Pandone thio ſuo. Qui ipſe Pando tenuit Comitatum Capuane civitatis anno I. & menſ. IIII. Cui ſucceſſit in regimine eidem civitatis Landolſus Epus frater ejus, quam dominavit ann. III. menſ. VIIII. Quibus expletis, venit Ludovicus Imp. ſtetitque in Capua menſ VIIII. & habiit Barim; ſuper quem ſedit ann. IIII. & cepit eam, ſimulque Seodam Regem Saracenorum cum aliis plurimis. Qui Beneventum reverſus,

captus

captus eſt a Beneventanis menſ. Aug. ſed dimiſſus ab eis, qui diſtrictis ſacramentis receſſit, a Beneventu, & infra tres dies, ac noctes habiit Berole; in qua deguit menſ. XI. Inter quos poſtulatus a (a) Lando Epiſcopo, iterum venit, & per quoſdam Comites ſuos, antequam ille Capuam adveniret, multis interfecti ſunt Sarracenis: ita ut (b) decem millia pauci remanerent; qui a magno exercitus Sarracenorum ſuper Salernum reſidente venerant. Sed audientes mortem proximorum (c) ſuorum, paululum ſupra eandem civitatem commorantes, reverſi ſunt in terram ſuam. Ludovicus Imp. hoc audiens, quia voleret ire ſuper eos, reverſus eſt Capuam. In qua uno anno commoratus, reverſus eſt Franciam, in qua eodem anno defunctus eſt. Landolfus autem Comes, & Praeſul ante adventum jam fati Imperatoris, & poſt ejus deceſſum, tenuit Capua annis (d) tredecim. Quoque cedente, Pandenolſus nepos ejus factus eſt (e) Epiſcopus eodem tempore, ſed ſuggerente adverſario Chriſtiane fidei, factus eſt eodem anno diviſio ejuſdem Epiſcopatui a jam dicto Pandenolſo, qui hodii, & invidie accenſus ardore Landenolſum fratrem ſuum laycum inordinate totondens, direxit Romam, eumque Johannem Papa, multa prece depoſcens, Epiſcopum fecit. Qua de re non parva inter parentes utrorumque Epiſcoporum nata eſt diſcordia; ita ut odium fieret plurimo tempore. Denique Johannes Papam tali comperto flagitio advenit Capuam, ut diſcordes ad concordiam revocarent. Diviſionem facta, unum conſtituit in civitatem Capua, ideſt Landenulſum Epiſcopum; alterum (f) Landenolſum Epiſcopum in Sancta Maria, cognomento Suricorum; & facta eſt pacem inter eos. Sed paululum perdurantes, reverſus eſt ad ſedem propriam.

(a) Hoc eſt *Landulfo Epiſcopo*.

(b) In Cod. Caſſin. *de duodecim*. Sed Erchempertus num. 35. ſtat pro hac Cavenſi lectione.

(c) al. *rurſum*.

(d) al. XII. Vide ſup.

(e) Locus mutilus, qui integer eſt in Cod Caſſ. male tamen interpunctus in edito.

(f) al. *Landulſum* omnino bene. Librario impoſuit antecedentis Epiſcopi conſimile nomen.

Iterumque factus eſt inter eis diviſio, quod non multum temporis pax ſecuta eſt. Denique jam Pandenolfus completis in Comitatu annis tribus, & menſibus octo, fecit convivium (a) cum his parentibus ſuis, plurimis ſacramentis eos obligans, ut non eum quolibet (b) malum nocerent; ſed perjurantes ceperunt eum, & diviſerunt inter ſe Comitatum Capuanum. Landolfus Epiſcopus adeptus eſt totum Epiſcopatum (c) Kal. Novembris Indict. prima. Lando etenim pater ipſius Landolfi Epiſcopi fuit Comes Capuae ann. II. menſ. X. Cui ſucceſſit (d) Landolfus frater ejus, vicem illius retinentes Capuam ann. I. menſ. IV. Quo vivo decedente menſe Januario, cepit Capuam Atenolfus Comes, quem ann. XIII. mirifice regens, poſtea factus eſt Princeps Beneventi. Completiſque in Principatu ann. X. menſ. VI. vita privatus reliquid eam filiis ſuis, Dom. Landolfi, & Dom. Atenolfi Chriſtianiſſimis Principibus. Ipſe Dom. Landolfus filius ejus regnavit an. XLIV. Et Landolfus filius ejus regnavit ann. XXII. Pandolfus Princeps regnavit ann. XXXVIII. quem vidimus (e). Landolfus Princeps filius ejus, quod cum eo, quem poſtea regnavit ann. XIV. (f) periit inter Agarenis. Landenolfus frater ejus ann. X. menſ. VIII. Iſte Landenulfus Princeps interfectus eſt a Capuanis ad Sanctum Marcellum, (g) feria quinta Paſche; cujus corpus nudus reliquerunt in Platea. Monachos de S. Benedicto cenobium rapuerunt corpus ejus, & ſepelierunt eum ante Secretarium. Per idem tempus oſtendit Dominus Deus mirabilia ſuper eum. Quidam claudus ad ſepulchrum ejus veniens, obnixeque Chriſtum deprecans, per interceſſione Dom.

(a) al. *cunctis*, quam lectionem firmat Erchemp. num. 50.
(b) al. *modo*.
(c) An. 882. vide ſup. n. 6. & 7.
(d) al. *Landenolfus*. Vid. ſup n. 8.
(e) *Coevus itaque hujus Chronici deſcriptor fuit Pandulfo Principi, ejuſque ſucceſſoribus, ut patet*. Prat.
(f) In an. 982. ut ſup. & in Ser. Abb. Caſſin.
(g) Hæc eſt XII. *Kal. Maji*, ut in antiq. Emort. ac perinde Fer. 5. Paſchae in an. 993.

Dom. Landenolfi Principis, & (a) Martyris, qui ſine cauſa occiſus eſt a ſuis, cujus corpus illic requieſcet, ei ſanitatem redderet, qui ſtatim ſuper eodem ſepulchrum ſoporatus totam quievit noctem. Mane autem facto, ſanus ſurrexit; Deo gratias referens, ac ſi de ulla devilitate membrorum nunquam habuiſſet. Nam per eodem tempore venit (b) Ugus Marchio cum ſuos exercituos, & Tranſmundo magnificus Comes obſederunt Capuam per aliquantis diebus, & poſtea receſſerunt (c) Meſino, miſſis direxit ſuis ad Capuam peragendi Placita. Dum omnes fuerunt Placito, & homicidia invicem, ſtatimque ipſi Franci apprehenderunt illis, pariter vinctos perduxerunt eos ante Ugonem Marchius in Meſino, ubi aderat. Inquiſiti ibi omnes per ordinem de homicidium, quod fecerant. Cumque inquiſitim habuiſſet illos Ugonem Marchio cum ſuis Conſulibus (d) de morte hujus Principi, miſit eos (e) in Romaniam, & ſuſpendi fecit illos per loca viarum ſingula. Cumque ipſi Capuani occiderent ſuum Principem cum gladiis, & fuſtibus, ſicut Judei Dominum, eo quoque die feſtinos miſerunt miſſos ad Laydolfum fratrem ejus, (f) quo Tianus erat Comitem, ut iret ad Capuam, & fecerunt ipſum Principem. Hoc illo audito de morte hujus Principis, cum gaudio ſurrexit, & pergit ad Capuam, & fecerunt illum Principem, quibus idem Dom. Laydolfus Princeps egit in ipſo Principatu ann. VII. (g) In (*) hoc autem venit Otto ter-

S 2

(a) Ex vulgi ſermone, nam *Martyrem*, ait D. Auguſt. ep. 61. *non facit poena, ſed cauſa*. Martyr utique ut Canutus, Stanislaus &c.

(b) Alio itaque ordine haec accidere, quam tradat Oſt. lib. 2. cap. 10.

(c) Teano Minianum *per Meſinum* iter eſſe, ait Richard. de S. Germano ad ann. 1229. unde nunc *Rocca Monſina*.

(d) i. *Conſiliariis*.

(e) Vulgo *Romagna*, inter Apenninum, & mare Superum], ad Ravennam ultra, citraque. Eodem ſenſu in leg. Langob. Lib. I. tit. 25. l. 74. ſive 82.

(f) i. *qui Teani erat Comes*.

(g) In ann. Chriſti 1020. His concordat Oſtienſ. Lib. II. cap. 24. At in Reg. Petri Diac. pag. 78. & 97. ſunt Diplomata ab Othone data *an. 999. X. Kal. Mart. Capuae Ind. XII. Imp. an. 3. Regn. 15.*

(*) *Non an. 1000. tantummodo ut ait Peregr. ſed etiam an. 1001. Capuam venit Otho Imp. ut infra melius patebit*. Prat.

tertius Imperator Capuam, habivit in Gargano ad Sanctum Michaelem, & revertit Romam. Ideo direxit ſuum exercitum cum Ademari Marchius Capua, & Neapolim, non pro rebellio. Sed tulerunt ex eis *(a)* ſtadiis, & receperunt a majoribus Capuae ſacramenta fidelia ab eodem Imperatorem, & receſſerunt cum ipſis obſides. Poſt dies vero aliquantos, iterumque Ademarius cum Alemannis, & Francis pergit ad civitatem Neapolim, & Laydolfus Princeps cum eis ſimul aderant. Ingreſſi ergo Neapolim, apprehenderunt ipſum Magiſtrum Militem *(b)* nomine, & duxerunt illum in Capuam. Alio vero die ſimiliter ingenioſe, & apprehenderunt ipſum Laydolfum Principem, & Landone de *(c)* Cajatias, inſimul cum eos Capuanos nobiles, & ſeparati miſerunt illum in exilium, & Maria Principiſſa uxor Laydolfi ſimiliter miſit in exilium. Praedictum Laydolfum depoſuit ipſe Imperator de honorem ſuum *(d)* in Romam, & exiliatum tranſmiſit illum; nec non & praedicto Magiſtro Milite, & Gaideriſo, & Lando de Cajatias omnes ipſi ſeparati ad Regnum, vel trans Alpie. Reliquis ipſis nobilis Capuanis exiliatis in ſingula loca per arta cuſtodia. Tunc hiſdem Imperator tradidit Ademari Principatum Capuanum, & undecimo die ſtante menſ. mar. ingreſſus eſt Ademari in Capua, & regnavit in ea menſ. IV.

PEREGRINII

ADNOTATIO.

DAbis, Lector, quin etiam expetere te exiſtimo, ut hujus Chronici poſtrema verba prolixiori paululum notula obſervem, quae ſit nunc ſatis. Praeſens itaque Ademarius, ſic etiam nomine appellatus Oſtienſi Lib.

(a) Scil. *obſidibus*, *vulgo*: Statichi. *Prat.*

(b) Omiſſum Librario eſt nomen hujus Ducis in Cavenſi exemplari. *Fuit hic Magiſter Militum, ſeu Dux Neap. Sergius, qui Johanni ſucceſſerat, ut ſupra.* Prat.

(c) Videl. *Calatiae Comitem.* Prat.

(d) Erat Otho Romae *Kal. Nov. ann.* 1000. *&* *XV. Kal Febr. an.* 1001. Ex Diplom. apud Ferrerium *de Epiſcopis Vercellenſ.*

Lib. II. cap. 14. ſed in antiquis Chartulis tum *Waimarius* (*a*), tum *Adamarius* (*b*), Principatum Capuae ſuſcepit *undecimo die ſtante men. mar.* hoc eſt *die vigeſima prima menſis Martii*, ſequenti anno poſtquam Otho III. Capuam, & dein Garganum ſe contulerat, nempe ann. 1001. Hiſque concordat antiqua chartula apud Mich. Monac. in Sanct. pag. [illegible]. Verumtamen ſunt alia monumenta, quae referunt ejus Principatum ad ann. 999. quibus conſentiunt, quae ducunt annos 8. ejus ſucceſſoris Landulfi de S. Agatha ab eodem anno depoſiti Laidolfi ad ann. 1007. Alia vero extendunt Ademarium ad jam dictum 1001. ita ut de ſolo tempore ejus ejectionis ipſa cum hoc noſtro convenire videantur. Sed nec de anno obitus praefati Imp. ac perinde de geſtorum ejus ordine, tradita ab Antiquis ſatis conſtans habetur narratio. Et qui illum defunctum ponunt an. 1002. biennio aliorum ſupputationem ſupergreſſos prodit Abbas Uſpergenſis his verbis: *An. Dom. Incarn.* 1000. *an. Regni ſui* 18. *Otto Imp.* 3. *obiit V. Kal. Febr. eo videlicet anno, qui ab Incarn. Dom. inſcribitur milleſimus primus.* Itemque Lupus Protoſp. *Anno* inquit 1000. *Indict. XIII. Obiit Rex Otho Romae* (de loco concordat Guihelmus apud Blondum in Hiſt. Rom. Dec. 2. Lib. III. pag. 290. diſcrepant alii, quos notavi ad Anon. Caſſin.) namque id ex reductione quadam referendum eſſe ad ann. 1001. ut faciunt perplures, hinc ſatis conſtat (*c*). Caeterum quos exules *ad Regnum* abſolute ſic dictum, & *trans Alpes* ab Imperatore miſſos hic perhibetur, eos *ad Italicum*, quod appellabatur, *Regnum*, & *trans Apenninum* relegatos fuiſſe intelligimus; nam *Alpes* in Leg. Lang. Lib. I. tit. 25. l. 50. & 56. ſive 58. & 64. & alibi paſſim pro *Apennino*.

(a) *& Weimarius.*
(b) *& Adimarus.*
(c) *Potius ad A. MII. ut ex Chron. Alberici Monachi apud Leibnit. Tom. I. ſcript. Rer. Germ. Othonem* in Italia *defunctum fuiſſe adprobo, non Romae, quum* ex illa urbe jam diſceſſerit. *Imo Chronographus Saxo apud eundem Leibnit. Tom. II. pag. 213. haec habet*: In ipſo introitu hujus anni (*MII. Othonis XIIX.*) Otho III. Imp. Aug. . . . immatura heu! morte defungitur . . . & ut credimus in gremio Patriarchae Abrahae, magnae Reſurrectionis tempore. Cujus rei eventus, ne procacitati hoſtium citius intimaretur, hi qui aderant occultando tegebant, quouſque convocatis ſociis, qui per caſtella diſperſi vagabautur . . . facto agmine corpus efferentes, improviſi prorumpunt &c. *Quare quum A. MI. indubie Otho Imp. Romae immoraretur, ut rebellem Creſcentium ſuis copiis ſubmitteret.; deinde Capuam bis adventaret, ſcil. cum Garganum pergeret, indeque poſtea regrederetur, ut Romam rediret, tunc Capuae Principatum Ademario conceſſum fuiſſe dicendum eſt*. Prat.

AD

AD

BREVE CHRONICON

COMITUM CAPUAE

Praefixum Necrologio Monaſterii S. Benedicti Caſſinenſium ejuſdem civitatis, a Franciſco Maria Pratillo luci donatum, notiſque auctum

ADMONITIO.

Quamplurimos quidem, & fortaſſe cunctos MSS. Codices Langobardicae Hiſtoriae, qui variis in urbibus, diverſiſque Bibliothecarum, ſive Tabulariorum pluteis deliteſcebant V. Cl. Camillus Peregrinius noſter obſervavit, atque exſcripſit, ut in ejuſdem vita innui. At breve illud Necrologium Monaſterii S. Benedicti Caſſinenſium Capuae, quod ſequenti Tomo dabimus, tunc adhuc ignotum, an legerit, ignoramus. Certe de eo Vecchionius in ſuis monumentis manu exaratis verbum nullum fecit: nec Peregrinius ante editam a ſe Langobardorum Principum Hiſtoriam nullatenus illud animadvertere potuit: ipſum enim in hoc praecipue Capuae Comitum Chronico, aut in ſerie Abbatum Caſſinenſium, aut in Stemmate Principum Capuae, aut alibi profecto memoraſſet. Obſcurum proinde nobis, an poſt ejus Hiſtoriae editionem illud perlegerit aliquando, cujus lectione fortaſſe uti potuiſſet in altera ejuſdem ſuae Hiſtoriae parte nobis adpromiſſa, quam exaraverat quidem, ut Vecchionius idem teſtatur, ignique poſthaec maximo Literariae Reip. detrimento damnatam.

Autographum ſervabat olim Capuanae Eccleſiae Canonicus Franciſcus Antonius Ajoſſius Michaëlis Monachi

ex

Digitized by Google

ex ſorore nepos & heres, ex ejuſque inde nepote Stephano Ajoſſio Philoſopho ejus aevi praeclaro mihi exemplum dono traditum eſt anno MDCCXXII. cum in Pago S. Priſci, ubi ipſe morabatur, diverſarer. Manu praedicti Franciſci Antonii titulus libri inſcriptus erat: *Necrologium S. Benedicti Capuae inventum inter veteres quoſdam e membrana, & papyro commentarios, ſeu protocolla Notarii quondam Tomaſii dello Maczone de Capua in anno MDCLIX. ibique authentica ſigno munita aderat Clerici Sycundini de Fiata Apoſtolici Capuae Notarii, & teſtes quatuor cum anni deſignatione MCCCCXCVIII.* Codicis initium eſt: *Incipit Chronicum Comitum Capuanorum, & Principum*. Poſt hanc Comitum, atque Principum Seriem, nec non Catalogum, quamvis non integrum, Praepoſitorum ejuſdem Monaſterii, legitur abſolute ſic: *Januarius menſis primus habet dies XXXI. &c.* Expletis menſibus leguntur in fine ſequentes verſus quatuor:

Haec tibi devotus offert tibi nomine notus
Sacer (a) *Mauringus, tu ſis Benedicte benignus*
Dans tibi Manſo munus quo ſacrat Eclesia funus
Parce Deus juſtis, vinclis qao cingitur uſtis.

Quibus ex verſibus (niſi mea me fallit opinio!) conjiciendum profecto, quiſnam Scriptor Necrologii fuerit, qua aetate deſcriptum, & cuinam ipſum fuerit dedicatum. Auctor indubie fuit *Mauringus* Caſſinenſis Monachus, Aedituus (ut puto) aut Cancellarius Capuani Monaſterii, cui munus injunctum fuerat, ſuſpicor, ut e coenobii chartis ea ſeligeret, quae ad emortualia, eorumque monumenta ſpectari judicabant, omniumque regeſtum conficeretur. Id porro munus ipſi demandaverat Manſo, qui illius Monaſterii Praepoſituram geſſit ab Ann. circ. DCCCCLXXVII. ad An. uſque DCCCCLXXXVI. quo Aligerno e vivis ſublato Caſſinenſis ipſe Abbas ſuffectus eſt, ut alibi opportunius dicam, ſuoque Mauringus Praepoſito Codicem obtulit. Hinc facillime Necrologii aetas deſu-

(a) i. *Sacerdos*.

deſumenda erit, nempe ſeculo X. exeunte, quo vel Manſo adhuc Capuano Coenobio praeerat, vel Caſſinenſi jam infula decoratus, ut veriſimilius videtur. Neque dubitandum exiſtimo, quin idem Mauringus auctor fuerit Chronici ibidem praefixi, ſicuti & Catalogi Praepoſitorum illius Monaſterii. Ac nec etiam ambigendum, tam praedicto Chronico, quam inſequenti Catalogo alium aut alios fortaſſe fuiſſe Monachos, qui eorum Auctarium ſubſequenti aetate conficere ſtuduerint: quam uſque ad XII. pene ſeculum protractum videatur; ad ea ſcilicet tempora, quibus certiſſime Mauringus, & Manſo e vivis exceſſerant. Neque longe a Landenulfi Capuae Principis Aloarae filii truci occiſione ſublati vita ii Chronicon ſuum producere potuerunt. Quum igitur ibi aliorum quoque in Capuano Principatu ſucceſſorum Principum mentio habeatur (ut ſuo loco demonſtrabitur) apertiſſime colligitur, non eundem fuiſſe totius Necrologii, aliarumque huic adnexarum opellarum Auctorem.

De hujus Chronographi ſtilo verba facere praetermitto, quod ſeculi X. barbariſmum abunde ſatis redoleat: tametſi cultiorem aliquantiſper oſtendat quicunque fuerit Scriptor alter, qui inſequenti ſaltem ſeculo illum auxit, anno nempe ſaltem MLX. Quo Ricardus Averſae Comes Capuanum Principatum jam pacifice obtinuerat, Landulfo VI. ejecto, Principum Langobardorum poſtremo. De Mauringi aetate, ac profeſſione ſuperius diſſeruimus. Quod ad ejus Patriam, conjiciendum omnino autumo, eum Campanum indubie fuiſſe, quum tam urbis & Comitatus Campani, quam ejus civium praelia, ornamentaque minutim expendat, ſicuti & Monaſteriorum, aliorumque aedificiorum exſtructiones, aliaque ad Campanos pertinentia attente deſcribat. Chronologus alter, qui Mauringianam ſeriem cumulavit, etiam ſe S. Benedicti Campanum Monachum, civemque aliquomodo profert, dum ejus urbis ac patriae, gentique ſuae poſtremum excidium venenato nimium aculeo pungit.

Quod ſi animo aliqui haeſitaverint, num ad Monaſte-

ſterium S. Benedicti Capuae potius, quam ad percelebre Caſſinenſe, Chronicon iſtud pertineat, dubium omne aufert particula illa, quae ibidem legitur menſe Aprili, ſic: *Landenulfus Capiferrei filius . . . qui nequiter poſt annos undecim occiſus eſt, & in hac noſtra S. Benedicti Eccleſia tumulatus*. An ignoramus Landenulfum non longe ab hoc Monaſterio S. Benedicti Capuae occiſum fuiſſe, in eaque Baſilica ſepultum, ut omnes illius aevi Scriptores pro certo adfirmant? Imo cur Caſini Monachus Praepoſitos Capuani Monaſterii ſuo Necrologio praefigendos curaſſet, ſi ſua Catalogum illum conficere penitus non intererat, cui potius Abbatum Caſſinenſium ſeriem copulari decebat?

Ceterum quod ad breve hoc Capuae Comitum Chronicon ſpectat, id hic cudendum exiſtimavi ſeparatim a Necrologio, quod facem duobus aliis Johannis Abbatis, & Anonymi Chronicis a Peregrinio, & Monacho pridem editis praebeat aliquando, atque nova nobis quaedam monumenta ſubminiſtret, quae in notis animadvertere ad Lectoris inſtructionem curabo. Reliquam hujus Codicis partem alibi opportunius dabo, cuncta vel etiam minima Langobardicae Hiſtoriae colligens fragmenta, ne pereant.

Hujus tamen diligentiae, induſtriaeque meae ſtudium, ne Lector ſpernat exoro, neve faſtidio afficiatur, fruſtulaque iſthaec aequo animo excipiat, futurum fortaſſe, ut cui plenam Langobardorum Hiſtoriam, ſeu Annales deſcribere otium dabitur aut commodum, ex hac nova collectione argumenta opportuna, aut, ſi mavis, rudimenta (uti fabro calcem, caementaque ad aedificium extollendum porrigimus) adparentur. Haec feſtinanti calamo monenda duxi. Vale.

Digitized by Google

Incipit Chronicu Comitum Cap. &
Principum.

I. Landulph (*a*) Maticu, fil. (*) Pald Gaſt Capue. A Sycone (*b*) Ben. (**) Gaſt factus eſt. Neapolites bellavit in Mellanu (*c*) & Caſuru, & Victore : inde regreſſus eſt Capua. Caſtru (*d*) & Gualdu de illis cepit. Saductos cognatos ſuos cum Ageſrit & Toto rebbellantes (*e*) detruſit, & de rebus ſuis preceptum fecit Eccleſie S Martini ad (*f*) Monteroni, & (*g*) Valneu ibi repſtauravit. Vir fortis, & validus nimis, armipotens & callidus. Gaſtaldeos Ratelgar (*b*) & Aguenardu, necnon Agarenos

(a) Fort. *Matticus*, ideſt homo magnarum maxillarum, & ore patulo, ut habet ex Graeco Laurenbergius in Antiquario. Landulſus itaque hic primus Capuae Comes (quod alibi non legitur) fuit filius Paldi Capuani Gaſtaldei, ut ſupra dictum eſt.

(b) Landulſus a Sicone Beneventi Principe Gaſtaldus Capuae, fortaſſe poſt Patris obitum, electus eſt Anno circ. DCCCXVI.

(c) Loca haec *Mellani*, & *Caſuri* prorſus ignota. Prope Neapolim fuiſſe ſuſpicor, quum Sico, cui Landulſus auxilium praeſtitit, Neapolim obſederit. Divinandum fort. *Caſuri* pagum fuiſſe, quae adhuc *Caſoria* dicitur; & *Mellanum* fort. *Melitum*, vulgo *Melito* V. mill. paſſ. a Neapoli diſſitum.

(d) *Caſtrum*, & *Gualdum* a Landulſo captum tempore obſidionis Neap. non alium fuiſſe puto a *Caſtro*, *& Gualdo Patrienſi* appellato, prope Lacum Liternum. Alibi aptius.

(e) Quae hic de Sadductis innuit, etiam meminit Erchempert. num. XV. At cui potius credendum ſit, Lector dijudicet.

(f) Fiſco bona *Saductorum* adtributa, a Landulſo Eccleſiae S Martini ad Monteronem adſignata fuerunt. Hujus Eccleſiae prope muros veteris Capuae adhuc rudera extſtant, nec longe ab antiquo aquaeductu, quâ Capuam verſus aquae ducebantur e Tifatinis collibus. De hoc alibi ſatis meminimus.

(g) Balneum hoc inſtauratum non longe ab Eccleſia S. Martini, ubi etiamnum, pluribuſque abhinc ſeculis *ad Balneum*, ſeu *allo Vagnale*, appellatur: variaque in dies rudera balnearum, fontiumque effodiuntur, publicaeque piſcinae.

(h) De *Radelgario*, ſeu *Rodegario*, & *Agenardo* Capuae Veteris Gaſtaldeis ſatis ſuperius dictum eſt.

(*) *En novus Capuae Gaſtaldus, de quo ſupra.*

(**) *A Benevent̄i Principe Gaſtaldus creatus.*

renos Ratelchi (*i*) Ben. (*) proſtravit a (*k*) ſuo Caſtru Sicopole, & Capua, & Calačtu, & Seſſulu. Comitatus (**) eſt in Sicopole (*m*) Anni IX.

II. Land ejus fil. comitatus eſt poſt eum in Caſtru Sicopole. Cum Gaſt Aguenardo etiam bellavit in Sarczanu (*n*), in Raniſiu (*o*), in Acquaru, Ferruzanu (*p*), & Limatulu (*q*). In Leburia Neapolites proſtravit, & iterum ad Seſſulu. Maginolſum (*r*) Sadučtorum nepotem a Tianu projecit, qui Sicopolu (*s*) incendit. Ipſe Caſuli-

(i) Scil. Radelchim Beneventi Principem, cui tunc Capua ſuberat

(k) Suum vocat *Sicopolis* Caſtrum, quod is nedum inſtaurarat, ſed munitiſſimum reddiderat ad ſuae Dynaſtiae propugnaculum, & aſylum.

(m) Tametſi Landulfus hic ſenior per annos XXV. & fortaſſe amplius Capuae praefuerit, non perinde tamen ſemper Comitis titulum ſibi, dignitatemque a Benev. Principe uſurpavit. Chronographus hic noſter aetatem diſtinguit, qua Capuae, ſive potius Sicopoli *comitatus eſt*: per annos nempe IX. Quare quum Landulfus diem ſuum extremum clauſerit A. D. DCCCXLII. ut recte judicaverat Peregrinius, dicendum quidem eſt, Landulfum ab Anno DCCCXXXIV. a Radelchis ſubjectione ſe fuiſſe ſubductum, Comitis titulum, dignitatemque uſurpaſſe. Caſtrumque Sicopolis communiiſſe: quod neque Peregrinius, neque alii hucuſque diſtinxerant.

(n) *Sarzanum* oppidum ſane antiquiſſimum prope pontem ſupra Vulturnum, quà Capua Calatiam iter olim erat, de quo in Appiae Viae deſcript. verba fecimus, nunc vulgo *Ponterotto* Hujus oppidi vix reliquiae adparent, & adhuc *Sarzano* adpellatur in planicie, Tifatinos inter, & Murronenſes montes ſitae.

(o) *Raniſii*, ſeu *Ramniſii Campi* adhuc exſtat memoria, diciturque *Camporanice*, qui novam inter, veteremque Capuam intermedius exſtat Boream verſus.

(p) *Ferrazani*, ſeu *Ferranzani* Palus adhuc dicitur, ubi plurimae ſtagnantes aquae colliguntur: locus inter novam Capuam, & Sicopolim Boream verſus.

(q) Caſtrum *Limatulae* nunc ob aëris inclementiam pene incolis deſtitutum, parum a Vulturno, & Murrone monte diſſitum. In omnibus igitur ſupra enarratis locis conatus eſt Agenardus Gaſtaldeus Sicopolitanum agrum ingredi ad Caſtrum illud obſidendum; at Landulfus Comes rei militaris peritiſſimus, hoſti obviam factus, ſecus intra moenia illum exſpectans, confeſtim aggreſſus: quo ſane exciſo, obſidionem avertere non dubitavit.

(rs) Hunc Magenolſum, Teanenſem Gaſtaldeum exiſtimo, Sadučtorum nepotem, cujus mentio pluries in Oſtienſ. Chron & in Reg. Petri Diac. Hic ſane, qui Sicopoli conſanguineos, adfineſque ſine dubio habere poterat, illius urbis incendium mandavit, aut perſeipſe patravit, ut Landonis opes infringeret, Caſtro illo exſtructiſſimo everſo.

(*) i. *Radelchis Benev. Principis ſocios.*

(**) *Scil. Comitatum Cap. rexit.*

Digitized by Google

nu *(t)* cum fratribus ſuis moliri fecit in pantanu *(u)*, ubi ipſe nempe etiam comitavit Anni XIX. *(x)*.

III. Land Cyrrutu *(y)* fil. ejus Epiſcopiu & Turri *(z)* in Caſulinu exſtruere cepit. Sed ante anno Comitatu pulſus eſt a *(a)* Pald fil. Maticu thiu ſuo, qui comitare bolebat cum Landulph fratre ſuo in *(b)* S. Aula Epiſcopiu.

IV. Pald *(c)* Rapinatu (*) q. nepoti ſuo ſcilicet Comitatu furavit. A Neapolitis cum Saductis protelatis *(d)* victus eſt in Faraianu *(e)*. Caſtru & Gualdu in Leburia ſpoliatur: hiiſdem concedit in fedus *(f)* etiam (**) Ruczanu. A ſuis propter hoc maledictus & vecſatus, morbo ryptico *(g)* ſtatim eſtintus eſt. Comitavit Caſulinu Anni

(t) *Caſilinum* novam Capuam vocat, quod ad pontem veteris Caſilini ipſi excitaſſent, Sicopoli incenſâ, nuperam urbem.

(u) Locum paluſtrem, ubi novae urbis initia ceperunt, deſignat, videlicet, qui a Caſilini pontis extremitate Vulturno fluvio circumcludebatur, iſque hactenus, Capuâ jam pluries amplificatâ, locus humilis magis, ac declivis. Alibi repetendum.

(x) Mauringus noſter rotundo numero utitur fortaſſe per Synecdochen. At revera adverterat Peregr. Landonem Comitatum ſuum tenuiſſe Ann. XIX. & menſ. VII.

(y) Cirrutus ſive cirratus, qui comam criſpam, ſeu cincinnatam habebat.

(z) Lando Landonis Com. filius Epiſcopale Templum, & Campanariam Turrim extollere coepit, quae perfecit Landulfus Epiſcopus, & Comes, ut clare patet ex antiquo Templi titulo, in quo legebatur: *Condidit hanc Aulam Landulphus*, &c. & in Campanaria olim Turri: *Me Lando rexit*, *Landulfus culmen erexit*, &c.

(a) Paldonem appellat Mauringus, quem Johannes, & Peregrin. Pandonem vocitant. At fort. apud Langobardos idem ſonabant, quum exempla non deſint apud Hiſtoricos ſynchronos, qui Pandenulfum & Paldenulfum, Pandulfum & Paldulfum, Adenulfum & Atenolfum, Giſulfum & Geſolfum, Lambertum & Lantbertum dixere, idque genus alia

(b) *In Sancta Aula*, ideſt, in Epiſcopali Sede, ſeu majori Templo.

(c) *Rapinatus*, idem ac *rapinans*, ſeu rapax. Langobardorum non infrequens ſoloeciſmus.

(d) Ideſt expulſis, & procul ſemotis, ſeu transfugis.

(e) *Farajanum*, & *Ferajanum* ſaepiſſime in veteribus chartis nominatum. Locus quidem in Liburia, & facillime pagus, qui dicitur *Frignano*.

(f) Hoc foederis pactum, ſive Praeceptum deſideratur. *Ruczanum* fort. villa, quae *Ruſciano* appellatur inter Averſam, & oppidum Julianum, *Giugliano*.

(g) Morbum hunc *rypticum* Cl. noſtris Phyſicologis divinandum damus. Quidni apopleticam, aut paralyticam vexationem ſignificarit?

(*) *Qui*.

(**) *Fort. qui nunc* Ruſciano *pagus Averſae urbis*.

Anni duo. Seſſulu ab Agarenis aduxta eſt in partem, & Calactu (*h*).

V. Landulph frater ejus in Capua (*i*) & Caſulinu Epiſcopu & Comes. Vir nempe providus, ſed lubricus & flagicioſus, & ad mala ſemper paratus, & (*k*) avilis. Bellavit in Bantru (*l*) cum Ajulph Gaſt Ben.; & cum ſuis, & Agarenis in (*) Capua & Cimeteriu & Gancellu (*m*). Venit Lhoduic Imp. & ſedit in Baru (*n*) Anni tribus, & ecſinde a Benebentanis captu in caſtru truſus eſt. Landulph ab eo ſemper ſancte acceptus & (*o*) eshoſpitatus eſt, & adjutus eſt cum contra Agarenos, & emulos ſuos, quos profligavit in Seſſulu, & Vorolaſu (*p*). Comitatus eſt Anni XVI.

VI. Paldelulph nepos illius in Comitatu ſupſtitutus eſt ei. Vir armipotens Agarenos perſecutus eſt uſque Sarnu & Nuceria, ut Salernitis (*q*) opem ferret. Seſſulum, & Calactum, & Calbum (*r*) reparatus eſt. Comitavit Anni IV.

VII.

(h) *Calactum* hoc loco *Galatiam*, ſeu *Galactenſe Caſtrum* deſignat, non longe a Sueſſula, de quo alibi diximus in Appiae Viae deſcript. nunc *le Galazze*.

(i) Landulfus Epiſcopus & Comes Capuae tam veteri, quam novae (quam Caſilinum vocat) praefuit, omnique Gaſtaldatui Aquinum uſque, ut dixi in Erchemp. & Ignoto Caſs. Tom. I.

(k) Ideſt habilis, ſeu promtus.

(l) *Bantru.* Arx ſeu *Caſtrum Bantrae*, ſeu Evandri, cujus frequens in Oſtienſ. aliiſq; Scriptoribus memoria.

(m) Gancellum, videl. *Cancellum*, & *Cancelli*: Caſtrum, Nolam inter, & Sueſſulam in colle, cujus adhuc rudera exſtant.

(n) En novum de Ludovici Imp. capturae epoche teſtimonium. Si annis tribus Barii obſidio perduravit, igitur anno DCCCLXX. ſecus vero DCCCLXXI. Auguſti calamitas erit conſignanda, cum coeperit A. DCCCLXVII. Infra aptius differendum.

(*) i. *Veteri*.

(o) Pluries Ludovicus Imp. a Landulfo Comite Capuano, quem potiſſimum diligebat, hoſpitio exceptus eſt. In Erchemp. obſervavimus, & in Anon. Salern.

(p) Agareni debacchantes Salernitanum, & Beneventanum Principatum perpetuis infeſtabant excurſionibus. Landulfus, & nepotes eos in Sueſſula primum, exinde prope Coloſſum, ſive Amphitheatrum, quod *Borolaſis* tunc cognominabatur, expugnare tentarunt, ut ſupra monuimus.

(q) *Salernitis* pro Salernitanis: ſicuti & *Capuanitis* pro Capuanis, & *Neapolitis* pro Neapolitanis pro ſeculi barbarie uſurpat.

(r) *Calbum*, ſive *Calvum*. Urbs olim *Cales* adpellata, Teanum inter & Capuam, cujus Caſtrum inſtauravit Pandenulfus, ut alibi dictum, atque etiam Sueſſulanum, & Galactenſe, ſeu Galatiae. Poſt ann. III. & menſ. VIII. expulſus eſt.

Digitized by Google

VII. Land ſegnis & ſtupifex (*s*) cum germano ſuo Landinulph poſt eum comitati ſunt. Propter ſuam deſidiam & pertinacem impropitatem diviſe ſunt Aule (*) Epiſcopiu in Capua per Landulph, & Landinulph filium Pandinulph (*t*), & multa prelia & mala eventa ſunt in Capue, & in totu Comitatu: donec diviſio (**) pacta eſt per Dopnum Johannem (***) Apoſtolicum inter eos cum dapno & jurgio Capuanitum. Comitatus eſt Land Anni III. Landulph poſt eum anno I.

VIII. Athnulph Gaſt (****) Calbenſis poſt eos a Capuanitis benigne acceptus Comitatu potitus eſt, poſtquam Land filios, & ſuos adjuvantes ſibi a Capua belligerans dixtuliſſet, ab Athenaſiu Duce cum ſuis Neapolitis adjutus. Fuit miles ſtrenuus & validus, ſed ambitioſus & rapax bona Monachorum (*u*) per univerſum diripiens. Similiter & totam quaſſavit Leburiam Neapolitum, a quibus victus eſt in Acerris (*x*): ipſi vero ab Athnulph ecſinde ſuperati ſunt ad S. Carczi, nec amplius cum eo pugnati ſunt, & Athenaſius pacem petit, que data eſt ei per preceptum (*****) Poponi Judicis, conceſſa Capuanitis

pene

(s) *Stupifex* ideſt *ſtupidus*. Non enim mentis ſuae ſatis compos erat, quum tot mala ejus ex ſegnitie, ac ſtupiditate in Comitatum invexerit, uſquedum a nepote Athenulfo Gaſtaldeo e ſede ſua ejectus eſſet.

(t) De Capuanae Eccleſiae ſchiſmate ſatis ſupra diximus.

(u) Non tantummodo Caſſinenſis, ac Teanenſis Coenobii bona Athenulfus eripuit, ſed Capuani etiam, ſibique adnexarum cellarum loca, poſſeſſioneſque uſurpavit, ut fuſe Oſtienſ. Erchemp. aliique prodidere.

(x) Belli inter Athenulfum, ac Neapolites jam meminimus. Utinam & hujus Foederis, ſeu Praecepti memoria ſupereſſet! Supererat quidem Mauringi tempore, quod legerat utique & obſervarat, quum *Poponem* Neapolitanem Ducem meminerit, ejuſque alia minutim expenderit.

(*) i. Dioeceſes, *ut ſupra diximus in Erchemp. Tom. I.*

(**) i. peracta.

(***) i. Johannis PP. VIII. *ut alibi*

(****) *Urbis Calium*, Calvi.

(*****) *Aqua haeret. Judices ſaepe Neapoli iidem, ac Duces. Hic fort.* Popo Judex *erat Jureconſultus, Adſeſſor, ſive Conſiliarius, aut Cancellarius Athanaſii Epiſcopi; & Ducis Neap. Aliis hanc Spartam ornandam relinquo.*

Digitized by Google

pene tota Leburia cum Gualdu , Caſtru , & (*) Piſcariu, & auri ſolida X. Milia . Poſt hec dejecto Ratelchi a Ben., ipſe Athnulph in Principem coronatus eſt per Ind. (**) tercia . Comitatus eſt in Capua Anni XIII. & Principavit (y) in Benebento Anni XI.

IX. Poſt eum Landulph dictus (a) Antipatru , & Athnulph filii ſui Principati ſunt in Benebento & Capue Anni XXVIII. Horum virili fortitudine pulſi & ceſi ſunt Agareni a Trajectu , & (b) Garellianu per Ind. tercia . Qui nempe in partibus Apulie & Calabrie tranſinearunt, & predati ſunt valde. Hiis ad debellandum proceſſit Landulph (c) de Ben., & contrivit eos cum Caliſu eorum Alliku (d) in Sepuntu & Canuſiu . Sed brevi ecſinde non reſiſterunt eis Langobardi de (e) Ben., & Agareni dexpoliati ſunt Venuſiu (f), S.Angelu , Fricxentu , Turacſu (***), Abillinu, & etiam Benebento, a quo tandem repulſi, victi ſunt (g) a Landulph . Hic Monaſterium noſtrum in Ca-

(y) Ut ſolet Chronographus noſter, rotundo ſemper numero annos ſtatuit , aut coeptos, aut jam completos. Athenulfus Capuae ſedit An. XIII & menſ. II. Beneventi Princeps praefuit Ann. X. & menſ. VII.

(a) Patriciatus honorem ab Graeco Imp obtinuit, ut Oſtienſis, aliique Chron De hujus dignitate vid. Oſtienſ. Lib. I. cap 52. & Nucaei adnotationem.

(b) *Trajectum* oppidum ex ruinis *Minturni* exſtructum in collibus, qui a Lyri, ſeu Gariliano fluvio circumlambuntur. An. CMXV. Ind III. Saracenorum expulſionem prodit etiam Oſtienſ. loc. cit. Sed hac de re plenius ſupra notatum eſt in Chron. Ducum Neap.

(cd) Landulphus Campanis Beneventanos adjungens ex hac urbe in Saracenos proceſſit in Apuliam, ubi eoſdem feliciter debellavit in Sipontinorum , Canuſinorumque agris , occiſo fort. eorum Calipho, ſeu Duce Alicko (nunc vulgo *Aly* apud Turcas) aut fugato. An. circ. CMXXX.

(efg) Iterum regreſſos Saracenos in Apuliam, & Lucaniam Langobardi Beneventani adgreſſi ſunt , ſed terga vertentes *Venuſium*, *S. Angelum* (vulgo *de' Lombardi* hactenus adpellatum) *Frigentum* , *Abellinum* , aliaque oppida eorum depopulationibus reliquere. Quibus elati victoriis Beneventum etiam oppugnare non deſtiterunt Agareni . At Landulfus Capua interea novis auctus copiis Beneventum pergens, pericula ex illius civitatis incolis arcere ſtuduit , Saracenos ejiciens, & proſternens. In quod utique periculum iterum inciderunt An CMLII. quo a Saracenis Beneventum rapinis , flammiſque traditum eſt.

(*) *Scil.* Patrienſe Caſtum, Gualdum, & Lacum.

(**) i. *Ann. CM. in quo Princeps coronatus eſt.*

(***) *Scil.* Tauraſo, *ſive* Tauraſio, *ut puto.*

Capua amplificatus (*b*) eſt , & Monachos ibi Sanctiſſimi Benedicti Patris de ſacru monte conſtituit cum Abba ſuo, & multa ei dona ob reverenciam & devocionem largitus eſt eis (*).

X. Landulph Rufus filius Landulph Antipatru Principavit cum eo, & germano ſuo Athnulph de Calinulu (*i*) Anni XXI. Wngari (*l*) multas clades patrati ſunt in Capuas, Leburia, & Benebento, & valde ditati per Marczis regreſſi ſunt, qui illos ecſinde nempe ad deſolacionem perducſerunt, & aggreſſos ſtatim perimerunt quaſi omnes, itaut pauci ex iis ad propria repedati ſunt. Item cum Agarenis multimode decertavit q. (*m*) multa monaſteria & loca igne conflagrati ſunt, & Capua hii confugerunt. Monacos in (*n*) Addianu contutavit, quibus predia donatus eſt in Capuas, in Calacia, in Sicopolu, & aliis locis pro redemcione anime ſue, & patris ſui Landulph, & Yvantie (*o*) ucſore ſue. Et item novo Monaſteriu de Cin-

(b) Monaſterium S. Benedicti Capuae Landulſus amplificavit, in quo primum cella parva extabat, quam duo, aut tres ſolummodo Monachi incolebant. De hoc inſigni olim Caſſinenſium Coenobio aptiori loco verba faciemus: ibique de translatione Caſſin. Monaſterii, ejuſque Abbatibus fuſe agendum erit.

(i) Athenulſus frater Landulfi II. Capuae, & Benev. Princeps Comes erat *Calinuli*, ſive *Calinii*, nunc *Carinola*, ſibi Langobardorum more in patrimonium adſignato: ex eoque *Calinienſes* impoſterum Comites prodiere, de quibus alibi dicam.

(l) Hungarorum irruptio contigit an. CMXXXVI. & CMXXXVII. quibus novae veteriſque Capuae agros incenderunt (ita accipiendum puto τὸ *Capuas* in Chron.) depopulatique ſunt. Sed juſto Dei judicio per Marſiae, ſeu Marſorum Comitatum regredientes pene omnes a Langobardis, incoliſque in eos ex inopinato irruentibus trucidati ſunt, quae Oſtienſis quoque, aliique illius aevi Hiſtorici adfirmant.

(m) q. fort. *quod*, vel *quoniam*.

(n) Videlicet Monachos in Monaſterio S. Angeli, qui *ad Arcum Dianae* vocabatur, conſtituit, & dote auxit. De hoc Monaſterio fuſe in Appiae Viae deſcript. Lib. III. egi, quam conſule. Nunc *S. Angelo in Formis* vulgo vocitatur.

(o) Gratias omnino habere Mauringo noſtro debemus, quod uxoris Landulfi II. nomen poſteris ſervaverit. Hanc quidem donationem ante ann. CMLXI. contigiſſe perhibetur: eo enim anno obiit, ſuperſtite adhuc genitrice Gemma, filio Caputferreo, & Landone Calatiae Comite, ut alibi melius, jam *Yvantia* ei praemortua.

(*) *De hoc D. Benedicti Coenobio Capuae inferius redibit ſermo.*

Cingula (*p*) in Aliſiis, Cajacia, & Capue exſtruxit. Hotto (*q*) Rex Teutonie in Italiam ab Dopno Apoſtolico (*) vocatus eſt contra Weringariu, & inde coronatus eſt Rome Imperator.

XI. Pandulph Capiferreus nominatus cum fratre Landulph altero, qui Ben. Principatus eſt ab illo diviſus Anni VII. Fuit Pandulph Princeps pius, miſericordie & juſticie valde cultor, & Monachorum propugnaculum. Cum Johannes Apoſtolicus (*r*) a Romanis nequiter fuiſſet expulſus, & Capua ſe fugiens aſylaret, Pandulph ſtatim cum eo exercitum recollegit, & Romam (**) indeptus eſt, ſuos emulos ceſos & fugatus eſt. Propterea ejus germanum Johannem Vir Apoſtolicus (***) conſecravit in Aula Archiepiſcopum (*s*) pro uniberſo Principatu. Hotto Imp. & filium ſuum Rufum (*t*) ſuſcepit, & in Principatu (*u*) Capua-

(p) Monaſterium *Cinglenſe*, ſeu S. Mariae *de Cingla* in territorio Aliſano olim ſitum, cujus rudera adhuc exſtant, prope Caſtrum Ailani a Saracenis deſtructum, Landulfus Aliſiam tranſtulit; inde Calaciam, poſtremo Capuam. De hoc Monaſterio alibi fuſius, cum ejuſdem Chronicon ineditum luci donabimus in ſequenti Tom. IV. ubi nova quaedam, incognitaque explicabimus.

(q) Otho Rex Germaniae Adelaidem piiſſimam Lotharii Italiae Regis viduam a Berengario ejus ſucceſſore nimis oppreſſam uxorem duxit Ann. CMLI. At cum ipſe, ejuſque filius Adelpertus Ravennam, aliaque Sanctae Rom. Sedis loca occupaſſent, Johannes Papa XII. Othonem in auxilium contra oppreſſores hoſce Reges vocavit cadente Ann. CMLIX. qui lubens occaſionem nactus Italiam vênit, Romaeque Imp. Auguſtus coronatus eſt Ann. CMLXII. Chron. noſter coronationem Othonis in Landulfo habitam reponit, cum revera defunctus eſſet antecedenti An. CMLXI. Ejus errorem tuetur particula illa *inde*, quae tempus futurum notat.

(r) Johannes PP. XIII. a Romanis expulſus fuit An. CMLXV. Ille a Pandulpho Capuae Principe benigne exceptus, atque auxilio fultus, donec in ſua Sede reponeretur ſequenti Ann. CMLXVI. quo tempore Capuanam Cathedram in Metropolim evexit, grati ejus animi teſtimonium exhibens. Sed de hoc in Differt. aptius infra pertractandum erit.

(s) Pro univerſo Principatu Archiepiſcopum conſecratum, Johannem Pandulfi germanum, intelligo non primum ſolummodo totius Dynaſtiae Langobardicae Metropolitam, ſed nationis illius tanquam Primatem Provinciae Langobardicae.

(tu) Otho II. Imp. poſt acceptam ab Johanne PP. Imperii coronam

(*) *Scil. Johanne PP. XII.*
(**) i. *ingreſſus adeptus eſt.*
(***) *Johannes PP. XIII.*

Digitized by Google

puanitum, & Spulitenſium & Marchianorum ſublimatus eſt (x); & multa precepta optinuit in ſupſidium. Principavit Capua Anni XXXVIII.

XII. Landulph Audax fil. Capiferreu Principavit in Capua Anni XIV. Bellavit cum Landulph Thio ſuo (y) Ben. (*) contra Grecos & Agarenos in Ordonis (a), a quibus ſauciatus eſt, ſed victor regreſſit. Exin pugnavit cum illis in Calabria (b), & occiſus eſt cum Athnulph germano ſuo, Ingulph, & Vadipert & Gudo de (**) Sueſſia nepotibus ſuis. Fuit vir piiſſimus, & virtutis ſectator, dulciloquus, & morigerus nimis.

XIII. Landnulph germanus cum Alvara genetrice ſua poſt eum ab Hotto ſupſtituti ſunt in Principatu, in quo fuit Anni XI. ſed a ſuis nequiter ſine cauſa occiſus eſt fraudolenter, & in noſtra Ecleſia Sanctiſſimi Benedicti Patris

tris

ronam anno CMLXVII. Capuam praetergreſſus a Pandulpho Capiteferreo benigne exceptus eſt inſequenti anno; poſtquam ejus genitor Otho Magnus ibi moratus etiam fuerat. Ab hoc Magno Auguſto Pandulfus in Capuae Principatu (quem ex abuſu primum induxerat Athenulfus, ejuſque filii) Principalis Tituli confirmationem accepit A. CMLXVI. ut Peregrinio conſentiens ſuo loco diſſeram. Titulus enim Principis ad Beneventi ſolummodo Dynaſtam ſpectabat, non item Capuae. Qua quidem dignitate illa duntaxat urbe, in qua degebat, a Johanne Pontifice decorandam curavit Capiteferreus.

(x) De Ducatus Spoletini pro Capuae Principum electione ſatis ſupra Tom. I. diſſeruimus. Addendum tantummodo Othonem Magnum Pandulfo confirmaſſe Ducatus Spoletini poſſeſſionem, non eam illi tribuiſſe, quam antea a Berengario Rege obtinuerat, ut ibi narravit.

(y) Scil. qui Beneventi ſedem fixerat, a Capiteferreo germano, urbe, ſecus animo, aut dominatione diviſus, ut infra.

(a) *Ordonis*, urbs *Hordionia* olim celebris apud Geographos in Apulia, nunc exciſa, vulgo *Ordona*.

(b) Pugnam Graeco-Saracenicos inter, & Teutonicos Langobardis foederatos, omnes accuratiores illius aevi Scriptores enarrant Ann. CMLXXXII. in qua pugna licet primo victores fuerint Othoniani; mox Saraceni, collectis copiis, auctiſque auxiliis, victores abiere, occiſis tunc Campanis Dynaſtis Landulfo, Athenulfo germanis; necnon Ingulfo nepote, fratris Geſulfi Teani Comitis filio; & Vadiperto, & Gudone, ſeu potius Widone filiis, ut ſuſpicor, Landenulfi Sueſſani Comitis Cap. Principum nepotibus, ut patebit in Stemm Princ. Capuae ſuo loco diſtinctius exhibendo.

(*) *Beneventi Principe*.
(**) *Fort. Gaſtaldo, ſive Comite Sue*

tris *XI KL.* Majas tumulatus eſt per Ind. VI. *(c)*.

(d) *Exultent ſanctum tui ſit ſibi gloria tantum*
In celo fugit quem mors violenta papugit.

XIV. Laedolph vafer occiſo germano ſuo ſanctiſſimo Landnolph Principatus eſt pro eo in Capua Anni ſex. Sed poſt a Capuanitis accuſatus, ab Hotto altero *(e)* Rufi filio Imp. in Franciam cum aliis facinoroſis exulatus eſt

Recipiunt factis condigna dona peractis
Malos diſperdit qui ſanctos tam male perdit.

XV. Adilmar (*) ab Hotto ſublimatus eſt in Principem; ſed a Capuanitis ſtatim depulſus eſt, & a Ben. ſibi vendicarunt Landulph Santagat. Comitem, qui dominaretur eis apſque dolo (**).

Uſque huc fortaſſe Chronicum ſuum Mauringus Monachus deſcripſit.

XVI. Landolfus de S. Agatha filius Landolfi Beneventani electus eſt Princeps, qui regnavit Annis VII. pl. minus.

XVII. Pandolfus de Benevento ſuus frater Annis V. cum quo etiam ejus nepos Pandolfus niger filius Landulfi, & regnavit Annis XVI. plus vel minus in Capua, & in Benevento.

(c) Landenulfus Capuae occiſus eſt XII. Kal. Majas an. CMXCIII. quo VI. Indict. decurrebat: & ſequenti die tumulatus in Eccleſia S. Benedicti Caſſinenſium Capuae. Non igitur annis XI. regnavit, ſed ann. X. & menſ. circ. VIII. Chronologus noſter rotundum ſemper numerum uſurpat.

(d) Carmina, quae hic adjecit Mauringus, ſanctitatem Landenolfi praedicant, de quo ſuperius verba fecimus cum Peregrinio.

(e) Campani, quibus non ignotum erat Laidolfi Principis fratricidium demandatum, Othoni III. Imp. ne ſuper omnes poena diſtingueretur, quae reis tantummodo infligebatur, Laidolfi flagitium aperuerunt, quem ſtatim Capuano Principatu exutum in Germaniam detruſit, interfectoribus aliis rite, recteque vitâ mulctatis. Hic etiam duos ſubjicit verſus Mauringus, quibus Laidolfum ex S. Scripturae verbis juſte punitum fuiſſe adprobat.

(*) i. *Ademarius.*
(**) i. *abſque malignitate, ac ſceleribus.*

XVIII. Paldolfus filius Pandolfi Princeps doloſus & improbus regnavit Annis XXXV. ſed pluries a Capuanis expulſus eſt ob ſuam inſolentiam, & iniquitatem, etiam cum filio ſuo Paldolfo Gualo, qui regnavit poſt Patrem. Et Pandulfo Teanenſi, qui cum Johanne filio ſuo per annos III. dominati ſunt Capuae, & poſt exiliati ſunt in Romaniam cum dedecore ſuo.

XIX. Landolfus filius Paldolfi Gualo regnavit pro eo Annis circiter X. quibus autem vix completis a Riczardo Averſae Comite depulſus eſt, & Principatum ob ſuorum nequitiam perdit; & Normanni exinde dominati ſunt nobis, etiam per Langobardorum conſilium, quod multa patrabant facinora inter ſe corde divulſi, & ſuarum gentium, & patriae ſuae inimici & averſi. Hoc utique in Evangelio promitur: Regnum intra ſe diviſum deſolabitur, & cadet quantocius in terram everſum.

Finis Chronici Comitum & Principum Langobardorum.

FRAN-

Digitized by Google

FRANCISCI MARIAE PRATILLI

DE LUDOVICI IMP. AUGUSTI CAPTIVITATE

DISSERTATIO.

Quamquam omnes pene Scriptores, qui ſeculi IX. hiſtorias deſcripſere, de Ludovici Imp. Auguſti captivitate, quae Beneventi Principis, ſuorumque ſubditorum operà accidit, meminerint; tamen tanta inter eos opinionum varietas, ac diſcordia cernitur, ut quod ad hanc Epocham definiendam attinet, vix certi aliquid determinari queat. Et quidem in hac re obſcuritate maxima laboramus, quum quod Franci, & Germani exteri, aut Itali noſtri Scriptores memoriae prodiderint, tam diſcors ac varium ſit, ut omnino inter ſe haud convenire videantur. Immo ſi Italis noſtris habenda fides, ii itidem ita inter ſe diſſentiunt, ut in detegenda veritate difficultate maxima laboremus. Verum ſi commode aliquid in adſignando hujus Ludovicianae capturae tempore loqui velimus, pro Chronologis noſtris ſtandum erit; iis praeſertim, qui huic ſeculo proximi floruere, quique rerum Langobardarum a Francis, foederatiſque Beneventanis geſtarum pleniorem, uberioremque notitiam ab illis proximis gentibus hauſerunt. Exteri vero, qui a nobis valde remoti ſcripſerunt, aut ſui Principis genio nimium indulgentes, aut ſuae nationis ſcelera tegentes, quod a veritate prorſus abhorret in medium protulere: immo ſi vera loqui iis quandoque placuiſſet, non ſine vitae ſuae periculo id accidiſſet. Hoc profecto in cauſa fuit, ut in Ludovici capturae anno definiendo quot capita fuerint, tot ſententiae; atque in probranda Beneventani Dynaſtae, ſuorumque ſubditorum nimia ſeveritate non ſine diris ac maledictis immorentur.

Ve-

Digitized by Google

Verum quam immerito ipſi hujus pervicaciae , ingratique animi Principem illum expoſtulent, ex iis quae modo nobis dicenda erunt , omnino patebit .

Itaque primum ad hujus epochae explanationem ſermonem intexam , ut quae veritati omnino conſentanea videntur, proponam; deinde Benevantanorum Cl. virorum, qui de me ſemper ſunt optime meriti, breviter de hac re patrocinium ſuſcipiam . Et quidem quod ad primum attinet , ut, ab ovo rem exordiamur , Ludovicus Aug. quum Aerae Criſt. A. DCCCLXI. Beneventanos fines attigiſſet ; poſtmodum Capua , Salerno, aliiſque urbibus occupatis, exeunte Octobri menſe Beneventum ingreſſus eſt, ut patet ex quadam Charta in Monaſt. Cinglenſi inventa (quam alibi cum ſuo Chronico inedito habebis) quae haec habet: *IV. KL. Novembrio Benebenti Ind. XIV. anno imperii Domni Ludogvici Piiſſini Auguſti XVIII.* Qua ex Charta opinio P. Manſi ap. Baron. nuperae edit. Lucenſis aliqua ex parte confirmatur ; qui ad A. DCCCXLIX. Romae Ludovicum Aug. coronatum fuiſſe enixe contendit : quicquid alii in ipſum reclamitent , a quibus Cl. etiam Muratorius neutiquam diſſentire videtur . Obſtaret tamen Charta a P. Gattula relata Hiſt. Caſſ. Lib. I. p. 38. in qua ſignatur dies IX. Kal. *Magias* (non autem Marcias) A. XVII. Imperii Ludovici Pii Imp. Ind. XIII. Actum Civitate Beneventi : qua ex Charta Georgius in not. ad Baron. Tom.XV. fol.52. credidit, Ludovicum Beneventi manſiſſe A. DCCCLXV. quo tendunt notae Chronologicae deſcriptae . At aberraſſe amanuenſem in notis illis exſcribendis certiſſime autumo : cum non A. DCCCLXV. ſed DCCCLX. Ludovicus Beneventum pervenerit, quod quidem ab Oſtienſi , aliiſque Scriptoribus adfirmatur. Immo Oſtienſis ipſe huic confirmationis privilegio Berthario Abbati Caſſ. conceſſo ſe opponit, quum annum DCCCLXVI. patenter expreſſerit Lib. I. cap. 37. & 38. quae quidem parum diligenter advertere noluit Cl. Georgius.

Vix igitur Beneventum ingreſſus Auguſtus ab Adel-

chi-

chiſio Principe benigne exceptus fuit; ſtatimque ambo in Saracenos copias expediendas cogitarunt, ut ex eodem Cinglenſi Chronico intelligitur. Itaque Barium primum, ut eam urbem obſidione vallarent, cohortes miſſae. Quod quidem aut exeunte praecit. An. DCCCLXVI. aut initio ſequentis dubio procul accidit. Cum enim Majo menſe A. DCCCLXVII. Saraceni turmatim Francos, foederatoſque Langobardos, qui ad eam urbem arctius obſidendam caſtra moverant, prope Luceriam aggreſſi ſunt, ea profecto urbs jam latiore licet obſidione tenebatur. In eo quidem conflictu aliquot ex Chriſtianorum copiis interfecti; quod non virtuti, ſed ingenti Agarenorum infidelium copiarum numero plane tribuendum. A novis mox Lotharii, Ludovici Aug. germani, copiis, necnon Guaiferii Salernitani, aliorumq;Langob. Dynaſtarum auctus Chriſtianorum exercitus Barium fortius obſtrictum: neque ob variam armorum viciſſitudinem cedere Barenſis Caliphus coactus eſt, niſi A. DCCCLXX. menſe Februario cadente, nempe vix ab obſidionis exordio triennio expleto, ut ex Catalogo inedito Comitum Capuae ſup. cognovimus.

At hic quidem ſcopulus, in quem clavo, anchoràque ſublatis Scriptores fere omnes offendunt. Anno IV. obſidionis captum Barium pene omnes conveniunt; licet non integros eos annos ex accuratioribus Hiſtoricis fuiſſe non obſcure colligi poteſt. Quum igitur hujus obſidionis initium, aut exeunte A. DCCCLXVI. aut ſequente anno ineunte figendum omnino ſit, jam profecto quadriennium habetur obſidionis; cum enim A. DCCCLXX. Februario exeunte, ut ſupra dixi, Barium captum habemus, anni ſane tres, menſeſque itidem tres ab initio obſidionis intercedunt. Neque me movet omnino textus Andreae Presb. in ſuo Chron. apud Menkenium Tom. I. Collect. Germ. ubi ait: *Sequenti menſe Februario quinto expleto anno, quod Bari obſeſſam habebat Domnus Imp. comprehendit Soldanum & reliquos Saracenos ibi conſiſtentes interemit An. XXI. Ind. IV.* Nam ſi quinquennium abſolutum

tum fuiſſet, non quidem An. DCCCLXX. ſed DCCCLXXII. Barium Ludovicus expugnaſſet (niſi ejus adventum crediderit A. DCCCLXV. contigiſſe) quod quidem omnino a veritate abhorret, & ſphalmatis Andreas profecto expoſtulandus. Anno enim DCCCLXXII. Majo menſe Ludovicus Romae erat, ut patet ex Diplomate confirmationis pro Monaſterio Farfenſi in ejuſdem Chron. apud Murator. Coll. Ital. Tom. II. part. 2. pag. 404. ejuſque conjux Adelperga Italiae jam fines praetergreſſa fuerat, ut apud omnes ſynchronos Scriptores paſſim habetur. Neque annus XXI. Imperii collineare poteſt cum Indict. IV. (ut ex ſuperius dictis evincitur), & V. anno expleto obſidionis, quum inconcuſſum ſit apud omnes teſtes Alberico Abbate Trium fontium apud Leibnitium in Scriptor. German. *A. DCCCLXVI. Saracenis Beneventanam regionem incurſantibus Ludovicus Imp. viriliter occurrit, ad cujus auxilium Lotharius frater ejus properans multa praelia cum eo ſtrenue geſſit*. Si igitur ab A. DCCCLXVI. Saracenos perſecutus eſt, jam IV. annus incoeperat ab A. DCCCLXX. Dicendum itaque amanuenſium incuriâ id eveniſſe, non vero Scriptoris, verba illa male exſcribentium: *quinto expleto anno*, quae in autographo fort. legebantur: *quarto incoepto anno*: in quam quidem ſententiam pene Scriptores omnes conveniunt, ſi accurate illorum verba a legentibus perpendantur. Ex quo patet, hallucinatum fuiſſe P. Manſium in Not. Baron. ad A. DCCCLXX. adfirmantem ex verbis citati Andreae erui clariſſime Barium expugnatum A. DCCCLXXI. ac Peregrinio noſtro, aliiſque ſubſcribit.

Ceterum ex iis, quae in hac re Peregrinius noſter adglomerat, non moveor. Is enim a verbis Johannis Abbatis de Ludovico loquentis in Chron. allato Com. Cap. *ſtetitque in Capuam menſe Novembri* (quod omnino corrigendum *VIII*. nempe *Octobri*) *& abiit Barium*, omnino fallitur. Interpretatur enim ibi Peregrinius, Barium proceſſiſſe Imp. Auguſtum A. inſequenti ab ejus in urbem Beneventanam adventu: quum revera paulo poſt ipſius ad-

adventum copias Barium tranſmiſerit; nec ille Benevento diſceſſit, niſi Majo abſoluto A. DCCCLXVII. (ut ex pluribus chartis Tabularii S. Sophiae Benev. aliorumque locorum menſibus Martio, Aprili, & Majo praecit. anni Beneventi ſcriptis, datiſque) quo tempore novis comparatis copiis, cum Saracenis pugnavit, Materam incendit, & Oriam; aliaque patravit. Nec Peregrinii ſententia a communi Scriptorum opinione diſcrepat; anno ſcil. IV. ſaltem inchoato Februario menſe Barium a Ludovico occupatum. At non A.DCCCLXVIII. ut aſſerit Lupus Protoſp. amanuenſium fort. errore, quorum incuria plurima in annorum numeris illius Chronici menda irrepſere, ut in eodem Chron. dicendum erit: *poſtquam per tres annos Beneventanis Ludovicus praefuiſſet*. Si annus III. coaleſcere debet cum A. DCCCLXXI. ut tuetur Peregrinius, Ludovicus non ab A. DCCCLXVI. quod ipſe validis probat argumentis; ſed ab anni ſaltem DCCCLXVII. fine, Benevento praefuiſſe putandus eſt; quod quidem a nemine ſcriptum reperitur; Scriptoreſque omnes id unum aſſertum volunt: anno ſcil. DCCCLXVI. Beneventum Imperatorem perveniſſe; ibique tres duntaxat annos, ſecus quatuor, immoratum; niſi IV. annus inchoatus intelligatur, ſecus vero completus. Tertius quidem annus non alius eſſe potuit, quam initium A. DCCCLXX. quo, Bario expugnato, Beneventum inde rediit Auguſtus, & a Beneventanis menſe Auguſto captus eſt. Qui poſtea ſub ſacramento e cuſtodia eductus Capuam perrexit, ubi Novembri menſe morabatur (an Johannes Abb. in Chron. cit. hunc Novembrem menſem DCCCLXX. quum Capuam regreſſus eſſet Ludovicus, cum Novembri DCCCLXVI. ut dictum eſt, confuderit, ignoro) ut ex diplomate Eccleſiae Capuanae conceſſo apud Mich. Monachum in Recognit. M. S. ſui Sanctuar. Cap. pag. 37. dato *Capuae VIII. Kl. Decembre Ind. IV.* coepta Septembri A. DCCCLXX. *Imperii Domni Ludovici* A. XXII. Poteratne Ludovicus eodem tempore Barii, aut Beneventi immorari, & Capuae; quum ipſe exercitui ſuo praefuerit extremo Baren.

ſis obſidionis anno, qui ex Peregrinii, aliorumque ſententia fuit A. DCCCLXXI? Nec profecto neceſſarium aliquod, ac utile negotium Ludovico Capuae erat conficiendum, ut relicto Bario, illuc regrederetur Auguſtus; quod quidem Scriptores proculdubio innuiſſent.

Hinc etiam patet, vel Johannem Abbatem hallucinatum, vel ab ejus amanuenſibus textum interpolatum, exſcribendo: *Deceſſit a Benevento* (Ludovicus) *& intra tres dies, ac noctes abiit Berole*. Nam ſi Auguſtus Novembri menſe Benevento diſceſſit, cur arduum ſane, atque admodum difficile iter per Samnitium regiones ipſi ſuſcipiendum erat, in quibus omnia montibus, ſilvis, fluminibus impervia maximum vitae periculum attuliſſent; cum obviam, & opportuniorem viam Capuam verſus, Caſinum, Aquinumque haberet, ut Verulas, ſeu Verulum perveniret? Immo valde credibile putandum, Ludovicum periculo ereptum cum uxore Capuam prius profectum, ut ibi amicum Landulphum Epiſcopum, Comitemque conveniret, a quo benigne excipiendus foret, ad ſolandum animum, reficiendumque. Inde digreſſum, ad Caſſinenſe fortaſſis Monaſterium proceſſiſſe, ut Deo Opt. Max. ac B. Benedicto gratias ageret. Demum haud trium, ſed triginta potius dierum ſpatio Verulum adceſſiſſe. Facilis enim conjectura quum in Cod. Caſſin. ſign. num. 135. legatur: *intra* ✝✝✝ *dies*; quibus fort. notis XXX. ſive decades tres dierum deſignantur; & Cod. 353. *intra III. dies*. At utcumque ſe res habeat, nemo profecto erit, qui adſerat, Auguſtum cum uxore Angelperga *citatiſſimum curſum*, ut ait Regino Lib. II. arripere voluiſſe, ac tam gravia viae pericula ſubire, cum praeſertim nulla cogeret neceſſitas, nec metus alius ſic cito evadendi ſibi immineret. Inſuper diſperſae ſui exercitus copiae reducendae erant, ut tutius cum iis diſcederet; in iiſque colligendis, ac neceſſario commeatu ad eas alendas praeparando, aliquod profecto temporis ſpatium intercurrendum erat, ſicque non tam mature, ex Reginonis ſententia, proficiſceretur. Ceterum ne Beneventanis quidem tam

ma-

maturus Auguſti ſine ſuarum copiarum comitatu exitus arridere poterat. Ii enim non tam inconſulti putandi ſunt, ut Imperatore ejuſque conjuge (quae Beneventanis infeſta, avida, moleſta, ac tyrannica; mulier communi Scriptorum ſententia adpellatur) abeuntibus, aemulos copiarum Duces, & ipſarum copiarum reliquias, quas tum velut hoſtes habebant, diutius Beneventi ſinerent immorari. Quod profecto gravioris cauſam mali fore praevidebant, ac libertati Adelchiſii Principis valde obfuturum.

Et ut ſententiam hanc meam aliqua Chronologi auctoritate confirmem, verba jam attuli Mauringi Monachi in Serie Com. Cap. Necrologio Monaſt. S. Benedicti Capuae praefixa. Nunc verba quoque adferam Cinglenſis Chronici, quod habet: *Anno DCCCLXX. Luduicus Imp. Bari cepit, & Canuſium. Saraceni ab Apulia pulſi ſunt. Auguſtus cuſtodia Benebento mancipatur ob uxoris ſue inſolenciam*. Quod quidem apertiſſimum teſtimonium & veram Ludovicianae captivitatis epochen, & infortunii cauſam declarat. Ob Imperatoriam hanc captivitatem, Beneventi Principem Adelchiſium, Langobardos ejus Primores, ac ſtipendiarios tunc temporis milites in univerſis nedum Italiae, verum etiam Imperii provinciis complures criminantur; proditionem, ingratique animi efferam immanitatem appellitant. Ludovicus quidem (ipſi ajunt) Beneventanos ab Agarenorum perpetuis irruptionibus, ac devaſtationibus liberaverat: quamplurimas urbes, & caſtra hoſtibus abrepta Beneventanae ditioni ſubjecerat; Barium praeſertim illorum ſedem, aſylum, Regiamque vi ceperat. Ob haec tanta & tam illuſtria facinora, pro merito videl. Piiſſimo Auguſto hanc gratiam retulerunt, ut cuſtodiae manciparent. Quod ex Rhythmo quodam, quem inferius adducemus, patebit; in eo ſcilicet pro hujuſmodi ſcelere in Beneventanos maledicta, & exſecrationes congeruntur.

At pace horum Scriptorum, qui hujus criminis Beneventanos expoſtulant, & ſcelus impingunt, heic meri-

tam, juſtamque pro Beneventanis, quos ſummopere colo, defenſionem ſuſcipere, atque apologiam breviter adtexere lubet. Accepti beneficii memoriam ex animo delere ingrati animi argumentum, ac probri loco ponendum eſſe profecto non inficior; quod quidem a natura ipſa hauſimus, & *beneficia etiam ferae ſentiunt*, inquit Seneca. Quod ſi beneficium ipſum in dantis aliquando damnum detorqueatur, ac veluti tyrannidis lenocinium fieri contingat, neſcio quo tandem modo cum accepto beneficio grati animi teſtimonium, & benevolentiae jus atque ordo conveniant. Num quis dubitabit, quin in accipiendo beneficio parem gratiam referendi vis quaedam inſit, & quodam veluti humanitatis vinculo is, qui accepit, obſtringatur? Quid ſi non excidat modo beneficiorum memoria; ſed maleficium pro beneficio rependatur? Quis non improbabit modo, ſed ſummopere exſecrabitur, in piis praeſertim Principibus, ac religioſis: injuriamque eorum, in quos haec congeruntur probra, non miſeretur, ac ſecum omnino condoleat? Verum quod ad rem noſtram attinet, complures Hiſtorici poſt Erchempertum (qui pietatem Ludovici Aug. ejuſque morum ſanctimoniam cum religioſis actionibus, ac ſceleribus permultis commiſcet) Beneventanos, eorumque Principem Adelchiſium de hoc crimine excuſant, & Auguſtos ipſos in cauſa fuiſſe, ut proderentur, adfirmant. Nec immerito, ut ex eodem Erchemp. Anon. Salern. Annal. Bertin. Cinglenſi Chronologo, aliiſque tam Graecis, quam Latinis Hiſtoricis clariſſime evincitur. Eorum heic breviter verba referamus: *Ceperunt Galli* (ait Erchemp. n. 34.) *graviter Beneventanos perſequi, ac crudeliter vexare. Cumque eos hoſtiliter inſequeretur ſua conjux, atque mulieres illorum omnimodis nimirum foedaret, & ipſa Beneventanos variis injuriis afficeret &c.* Haec itidem profert Anon. Salern. ut ſup. cap. 117. Cum his conſonat etiam Oſtienſis Lib. I. cap. 36. quum inquit: *dum Franci multa in civitate Beneventana inſolenter agerent, adverſus eum* (ſcilicet Ludovicum) *inſurrexerunt, eumque capientes cuſtodiae manci-*

pa-

parunt. Id confirmant Annal. Bertin. aliique apud Pagium in A. DCCCLXX. quem conſule, ne nimium heic Lectoris animum offendam. Cedrenus vero in Annal. tametſi Principem Radelchiſium haud excuſet, non aliam tamen Auguſtaei infortunii cauſam expromit, quam Ludovici cum Saracenorum Calipho familiaritatem, cujus operâ fort. utebatur, ut Beneventano Principatu potiretur, Radelchiſio aut ablegato, aut vinculis obſtricto. Quod revera adfirmavit Conſt. Porphyr. in vit. Baſilii Macedonis; nec idem diſſenſit Salernit. loc. cit. Chronographus Saxo apud Leibnitium in Script. Germ. & Annal. Metenſis in Annal. Francor. qui ait: *Graecorum ſuaſionibus corruptus Adelchis &c.* in Ludovicum inſurrexiſſe, pluresque urbes ab ejuſdem fide defeciſſe, Capuam praeſertim, aliaque Principatus loca, & oppida. At revera fallitur Metenſis, quum neque Capua, neque aliae Beneventani Principatus urbes ſe tunc a Ludovici fidelitate omnino ſejunxerint. Non enim credibile eſt, illas ab Auguſto deſciviſſe. Cum enim illius copiae non longe abeſſent, ſine dubio omnia rapinis, devaſtationibus, incendiis compleſſent.

At profecto an hujus Graecos inter, Latinoſque Scriptores diſſonantiae cauſam qui adhuc inveſtigaverit, atque adverterit, ignoro. Meam in medium conjecturam adferam. Revera Ludovicus Beneventanos, ejuſque Principem opprimebat: uxor igniculos ſeditioni miniſtraverat, ut ſupra innui. Graeci interea Saracenos potius, quam Francos impenſo ſtudio ſibi colendos putabant, ut Apuliam, Calabriamque totam reciperent. Seodanum proinde corrumpere debuerunt, ut Adelchiſio proditionis aditum aperiret; ad quod quidem facinus perpetrandum Principi mendaces Ludovici minas, machinationeſque, quo in perpetuum exilium illum ejiciendi voluntas ſignificabatur, indicarunt. Hoc timore correptus Adelchiſius, ut periculum, quod ſibi impendere putabat, effugeret, proditionem excitavit. Ea de re, ne Francis, ſuiſque Auguſtis hujus maleficii cauſa tribueretur, Langobardos,

Grae-

Graecoſque auctores fuiſſe, Latini Scriptores tradidere. Langorbardi vero, ut ſe a proditionis labe immunes redderent, Auguſtos ipſos, Francoſque Duces facinoris reos criminantur; eoque dumtaxat crimine Beneventanum Principem accuſant, qui Seodani conſiliis nimium faverit, a quo ſibi ferendum auxilium ſperabat. Eccuinam ergo fides habenda? quiſque, ut libuit, conſcripſit, ne gentis ſuae panderet infamiam; aut vera tegendo, aut falſa obtrudendo illius aevi Scriptores tot vana, ac futilia ſunt commenti. Utinam Hiſtoricum aliquem Saracenicum haberemus, a quo hujus rei veritatem fortaſſe hauriremus!

Verum omnino credendum, Auguſtum ipſum ſuae calamitatis auctorem fuiſſe; quod ex iis colligitur, quae paulo ante commemoravi. Is nempe cum ſua uxore vix Beneventum ingreſſus ſupremum exercuit imperium, ac victoriis elatus, nedum in Beneventanos, ſed in Principem ipſum Adelchiſium, immo in Guaiferium Salerni, & Landulſum Capuae Dynaſtas, quos veluti ſubditos, atque municipiorum inſtar habebat, ad tyrannidem uſque quodammodo deſaevire viſus eſt. Auguſtorum avaritiam, oppreſſionem, bonorum exſpoliationem Hiſtorici omnes exaggerant ita, ut Beneventani jam pertaeſi, ac in ſummam deſperationem adducti merita proditione jugum excutiendum putaverint. Cui non exploratum, Auguſtum, Angelpergamque uxorem ſuam ita pecuniis inhiaſſe, ut in Eccleſiaſticorum etiam Beneficiorum collationibus ſe immiſcuerint, & Simoniaca labe infecti maximam auri vim ſibi compararint? De Rolando Arelatenſi Archiepiſcopo, de Falcone Divionenſi, aliiſque Galliae Epiſcopis Hiſtoriae paſſim praedicant. Haec nimirum *auri ſacra fames* Auguſtos adegit, ut Beneventanorum etiam domos expilarent, affligerentque. In Annal. Bertin. An. DCCCLXXI. legitur: *Ludovicus factione uxoris ſuae Adelchiſium in perpetuum exilium nulla de cauſa ducere diſponebat, illumque Principatum ſibi vindicare voluiſſe. Quamobrem, facto in Auguſtum impetu, ab Adelgiſo cum ſuis,* *Lu-*

Ludovicus Turrim altam, & munitiſſimam aſcendit, & ibi per tres dies cum ſuis ſe defendit: Is vero, aliique Franciae Hiſtorici culpam Graecis adtribuunt, quod Adelgiſum Principem corrupiſſent. Graeci contra ob crimen patratum, Soldani Saracenorum (modo vera ſint, quae Regino, Annal. Metenſ. Porpyr. aliique narrant), necnon Baſilii Imp. Legatorum ſuggeſtionibus, haec eveniſſe fatentur.

Ea de re Princeps Adelchiſius, ut quam molitus ei erat Auguſtus proditionem, in ipſum merito retorqueret, ſuae ſaluti opportune conſulens, Imp. Auguſtum in carcerem detruſit. Quod non ut ei malum inferret aliquod, & Imperatoriam offenderet Majeſtatem molitus eſt Princeps; ſed ut ſollicitudine nimia, qua angebatur, prorſus liberaretur. Dimiſſo enim Auguſto, ejuſque exercitu, in ſuo Principatu tranquillitatem conſequuturum ſperabat. Quod uti cupiebat, accidit. *Jurejurando* enim *Ludovicus obſtringi coactus eſt Benevento protinus excedere, & nuſquam amplius cum exercitu ſuo in Terram Beneventanam ingreſſurum pollicitus*. Ab hujus tamen ſacramenti vinculo poſtmodum exſolutus a Johanne PP. VIII. in Beneventanos arma convertit, & cum conjuge Angelperga Beneventum miſit acceptas injurias ulturus: quod enarrat Chronographus Saxo apud Leibnit. ut ſupra: *Anno DCCCLXXIII. Ludovici* (Imp.) *XXIII.... contra Adelgiſum Ducem Beneventanum conjugem ſuam cum exercitu miſit, qui faciem illius timens fugit*. At revera nec fugam arripuit Princeps, nec Auguſta quicquam in illa expeditione profecit. Hoc etiam argumento eſſe poterit, non An. DCCCLXXI. Ludovicum e cuſtodia liberatum fuiſſe; ſed A. DCCCLXX. Nam Ludovicus poſtquam Benevento evaſerat Ravennam verſus iter arripuit, ut ibi copias neceſſario commeatu reficeret, novaſque compararet, antequam Beneventum obſideret. Neque A. DCCCLXXII. alibi, quam in Romano Ducatu, vel Exarchatu Ravennate Auguſtus morabatur, ut a Pontifice ſui jurisjurandi abſolutionem impetraret, quam Hadrianus PP. quippe qui ami-

amicitià, ac ſpirituali cognatione Adelchiſio conjunctus, quoad vixit, ut ipſi gratiam referret, nunquam conceſſit. Eo vero defuncto exeunte anno ſequenti DCCCLXXII. (ſecus DCCCLXXIII. ut Baron. aſſerit) a juramento abſolutus fuit Auguſtus, & ab eodem Pontifice coronatus. Quod recte Pagius advertit ex Reginone, & Annal. Bertin. ad A. DCCCLXXII. ubi adfirmat: *Hludovicus Imp. vigiliâ Pentecoſten Romam venit, & in craſtinum coronatus eſt* (ob eam nempe partem Lotharii Regis, ſibi a Ludovico Germaniae Rege reſtitutam) *poſt celebrata Miſſarum ſolemnia, una cum eo ad Lateranenſe Palatium equitando cum pompa coronatus perrexit. Et hoſte collectâ Româ iterum in partes Beneventanas perrexit &c.* Vid. Pagium ad hunc ann. Neque Angelperga in fine A. DCCCLXXI. aut inſequentis initio Italiam incolebat: illa enim Tridenti tunc temporis adhuc immorabatur, ut cum Carolo Calvo Franciae, & Ludovico Germaniae Regibus paciſceretur vir ejus Ludovicus Imp. qui illorum Regum nepos erat; & ad quem ob Lotharii germani obitum Lotharingiae Regnum ſpectari credebatur, ut in Annal. Franc. & Godefrido Viterb. in Pantheo, aliiſque.

Reconciliatus dehinc eſt cum Ludovico Princeps Benev. eo quidem tempore, ex doctorum Criticorum ſententia, quo Beneventum obſidebatur, adnitente Summo Pontifice hujus foederis auctore, ut in Graecos, Saracenoſque arma verterent; qui belli metu perculſi, a Beneventi, & Salerni Dynaſtis auxilium implorarunt. Quod illi nedum praeſtare voluerunt, ſed fortiter contra eos pugnarunt, ne rurſus Ludovico inimicitiarum cauſa ſuppeditaretur, de quo idem Pagius loc. cit.

Et quoniam de Ludovici captivitate ſatis cumulate diſſeruimus, non abs re fore credo, heic Rhythmum quemdam, licet mutilum, alphabeticum, ſeu abecedarium a ſynchrono auctore eo tempore, quo haec acciderunt, compoſitum, quem e Cod. vetuſtiſſimo Veronenſis Capituli extractum V. Cl. Muratorius Tom. II. Diſſert. M. Æ. Diſſ. XI. typis dedit, quibuſdam notatiunculis auctum (quibus quaſ-

quaſdam ipſe etiam adjunxi) proferre: a quo argumenta item non obſcura habebit Lector juſtae alicujus cauſae, qua Beneventani impulſi fuerunt, ut Imperatorem in vincula conjicerent. En Rhythmus

A. *Audite omnes fines terre horrore cum triſtitia*
Quale ſcelus fuid (1) *factum Benevento Civitas*
Hludvicum comprenderunt Sancto Pio Auguſto (2).

B. *Beneventani ſe adunarunt ad unum conſilium*
Adalferio (3) *loquebatur*, & *dicebant Principi* (4)
Si nos (eum vivum) (5) *dimittemus*, *certe nos peribimus*:

C. *Celus* (6) *magnum preparavit in iſtam Provinciam* (7)
Regnum noſtrum (8) *nobis tollit*: *nos habet pro nibilum*
Plura is mala nobis fecit. (9) *Rectum eſt ut moriad.* (10)

D. *Depoſuerunt* (11) *Sancto* (12) *Pio de ſuo Palatio* (13)
Adelferio illum ducebat uſque ad Pretorium (14)

Ille

(1) Pro *fuit*. Prat.

(2) *Auguſtio* ſcribendum eſſet. Sed iis legibus veteres rigide ſe obſtrinxiſſe minime videntur. *Murat.*

(3) Uno e Primoribus Benev. & fort. exercitus Duce (quem infra quoque nominat) ſeu Comite, cujus meminit Charta Monaſt. S. Sophiae Benev. A. DCCCLXXXVII. *Prat.*

(4) Nempe Beneventano. *Prat.*

(5) Verba ſuppleta ad Rhythmi conſonantiam.

(6) Pro *Scelus* ad ſervandum Alphabeti ordinem. *Prat.*

(7) Scil. Beneventanam. *Prat.*

(8) Vide Annal. Bertin. & Anon. Salern. *Murat.*

(9) En etiam heic cauſae adducuntur, quibus impulſi fuerunt Beneventani ad flagitium perpetrandum, ut ſupra dictum eſt. Immo conſilium Adelchiſio Principi datum fuiſſe noſcimus, ut Auguſtus occideretur, a quo quidem abhorrens Princeps ſagaciſſimus ab interfectione, quam temere, inconſultoque propoſuerat, abſtinuit, & in carcerem conjecit.

(10) Pro *moriatur* ad carminis concentum. *Prat.*

(11) Ideſt *depulerunt*.

(12) Pro *Sanctum*, *Pium* (nempe Ludovicum Aug.) quem Erchemp. *Sanctiſſimum* appellat. *Murat.* nempe ob ſua in Caſſinenſes ſuos Monachos eximia benefacta. *Prat.*

(13) Quod erat *Sacratum Palatium* Princ. Benev. ut paſſim legitur in Chartis Langob. *Datum in noſtro Sacrato*, aut *Sacro Palatio*. Prat.

(14) Heic quidem *Praetorium* pro *Caſtro*, ſeu *Arce* accipiendum arbitrarer, quo e Palatio Auguſtos educentes in vincula detruſerunt. Niſi credere malimus, in Curiam primum (quae proprie *Praetorium*) fuiſſe adductos, ubi ejus ſententiae poena praeſcripta.

Ille vero gaudes (15) *viſum tanquam ad martirium* (16).

E. *Exierunt Saudo* (17) *& Saductо* (18) *inoviabant* (19) *Imperio* (20)
Et ipſe Sancte Pius incipiebat dicere:
Tanquam ad latronem veniſtis cum gladiis & fuſtibus (21)

F. *Fuit nam jamque tempus vos allevavi* (22) *in omnibus*
Modo vero ſurrexiſtis (23) *adverſus me conſilium:*
Neſcio pro qua cauſa vultis me occidere (24).

G. *Generatio* (25) *crudelis veni interficere* (26)
Ecclesie que Sanctis Dei venio diligere (27)
Sanguine veni vindicare quod ſuper terram fuſus eſt.

Deficiunt hic ſtrophae aliquot, ſicut vides.

Ka-

(15) For. *gaudens ibat*. Murat. melius dicerem *gaudens viſu ibat*. Prat.

(16) Perridicula ſane formula, quà laetitiam Auguſti, ſeu potius animi ſui ſublimitatem, & aequanimitatem ſignavit. *Prat.*

(17) Seu *Saodan*, *Saugdan* Princeps Saracenorum, tunc Beneventi captivus. Narrat etiam Anon. Salern. ejus conſilio ad hoc facinus uſum eſſe Adelchiſium. *Murat.* Pace V. Cl. heic *Saudi*, & *Saducti* Primores Langobardi erant, quorum mentio paſſim in Chronol. & Chartis illius aevi. *Prat.*

(18) De *Saudis*, & *Saductis* pluries mentio in Erchemp. Anon. Caſſin. & Salern. Oſtienſi, aliiſque. *Prat.*

(19) Quid hic ſcribendum ſit, majori otio fruentibus divinandum relinquo. Num *qui obviabant Imperio?* *Murat.*

(20) Quem Muratorius nodum proponit, facile meo judicio exſolvam, explicando nempe: *Exierunt Saudo, & Saducto, & obviam ibant Imperatoribus*, unde legendum autumo *inovіantes*, Saudo fort. & Saductus Caſtro ſive Arci praeerant, qui obviam Auguſtis ivere, quos illuc detrudere debebant, ſuae fidei creditos. *Prat.*

(21) Heic Rhythmi Auctor Monachum ſe fuiſſe oſtendit, quod Sacris Scripturae verbis ad quaeque etiam prophana uſus ſit, ut fere Chronologi omnes illius aevi in uſu habuere ad ejus doctrinam oſtentandam. *Prat.*

(22) Id. *ſublevavi*: nempe a Saracenorum irruptionibus. *Prat.*

(23) Melius fort. dixiſſet *porrexiſtis* Adelchiſio in me *conſilium*.

(24) Langobardorum Monachorum non inſolens tunc abuſus S. Scripturae textum ad quaecumque ridicule pervertere, quod pluries in hoc Rhythmo noſcitur.

(25) Saracenos intelligit.

(26) Veni illum interficere, qui huc venit, ut Eccleſias Sanctas Dei e Saracenorum jugo eriperet. Hoſtium tuorum ſanguinem, qui ſuper terram fuſus eſt, veni vindicare. *Murat.*

(27) i. Eccleſias, quae Sanctis Dei dicatae ſunt, venio protegere, & eripere a Saracenis. *Prat.*

K. *Kalidus* (28) *temptator* (29) *ratum adque nomine*
Coronam Imperii ſibi in capud (30) *ponit & dicebat populo*
Ecce ſumus Imperator: Poſſum vobis regere.

L. *Leto animo habibat* (31) *de illo quod fecerat*
A Demonio (32) *vexatur* (33), *ad terram ceciderat*
Exierunt multe turme videre mirabilia.

M. *Magnus Domnus Jeſus Chriſtus judicavit judicium*
Multa gens Paganorum exiit a Calabria
Super Salerno (34) *pervenerunt obſidere civitas* (35).

Hic etiam aliqua deſunt.

Juratum eſt ad Sancta Dei Reliquie (36)
Ipſe Regnum deſendendum (37) *& alium requirere* (38).

(28) Kalidus, i. *Callidus tentator* fuit quidem Caliſus, qui Principem impulit, eique fort. Italiae Imperium auſpicabatur, Ludovicum opprimens. *Prat.*

(29) Quis tentator iſte? Num Adelgiſus, an Seodan, aut alius quiſquam? Noctem faciunt verba illa *ratum atque nomine*. Murat.

(30) i. *in caput ponit coronam Imperii* ſc. Italiae. *Prat.*

(31) Pro *abibat*, ut puto, *laetus* de illo, quod fecerat. *Murat.*

(32) Et hic incertum fuerit ne Adelchis Princeps, an Seodan vexatus a Daemonio. *Murat.*

(33) Non vere a Daemone vexabatur Princeps, ſed per emphaſim loquitur vates, quaſi a ſpiritu maligno ſeductus fuiſſet, illum perſequendo, & praevidens ejus caſum, ſeu Principatus ruinam, hoſtes ſuos ultus eſt aliquando. *Prat.*

(34) Exeunte ſupra memorato A.DCCCLXXI. Salernum obſidione preſſum eſt a Saracenis, quod ſolvere demum coacti ſunt, reverſo adverſus illos Ludovico Aug. *Murat.*

(35) Concordant Chronographi narrantes ad Langobardorum Principum ultionem Deum Saracenis permiſiſſe, ut Salernum obſiderent, paulo poſt libertate a Ludovico recuperata. *Prat.*

(36) Pro jurisjurandi vinculo, & ſecuritate ſuper Sanctorum Reliquias jurabant. *Prat.*

(37) *Regnum* ſcil. Langobardorum, *& alium requirere*, nempe in Regnum aliud demigrare, aut illud Lotharingiae adipiſci, ut ſup. notavi. *Prat.*

(38) Stropha haec ſpectans ad Literam I. ſupra deſideratur. Neſcio an ſuo loco reſtituenda ſit. Videtur autem hic innui ſacramentum, quo ſeſe obſtrinxit Ludovicus, ſe vindictam aliquam ex calumnia, quam tunc patiebatur nunquam exacturum, ut ſcribit Regino. Ceterum manca eſt haec ſtropha, & aliae integrae fort. deſiderantur. Neque enim Rhythmus per reliquas Alphabeti literas progreditur. *Murat.*

FRANCISCI MARIAE PRATILLI


DE NOVAE CAPUAE EXSTRUCTIONE

EXCURSUS HISTORICUS.


DUo heic breviter adnotanda ſunt . I. quo nimirum anno nova Capua exſtrui coepta . II. An locus , & intervallum , quo nova haec urbs circumſcribebatur , illud ipſum omnino ſit, quod hodie ab ea occupari cernimus . Et quod ad primum quidem attinet , quod Camillus Peregrinius, aliique tam veteres , quam nuperi Scriptores adſeruere , multum quidem a veritate abhorret . Ii enim poſt Oſtienſem in Chron. Caſſin. Lib. I. cap. 31. Erchemp. num. 24. Ignot. Caſſ. alioſque non de initio exſtructionis illius diſſerunt , ſed quo demum tempore ea abſoluta fuerit, ſcilicet anno DCCCLVI. plane confirmant , ut ex verbis ipſius Erchemperti loc. cit. apertiſſime colligitur . Landulfo enim Epiſcopo (qui S. Paulino An. circ. DCCCXLIX. in Capuae Cathedra ſucceſſerat) cum Landenulfo ejus germano paulo poſt Ludovici Imperatoris e noſtris hiſce Provinciis diſceſſum , de nova conſtruenda urbe cogitandum fuit heic immorans Auguſtus ſollicitos nimium timidoſque teneret Capuae novos Comites . Anno igitur DCCCLI. vel DCCCLII. ut alii perhibent, Ludovicus Beneventanum Principatum ingreſſus eſt , Saracenos debellavit, & Salernitano Principatu confirmato , Dynaſtiam illam inter Radelchim , & Siconulfum aequa lance jam diviſam conſtituit . His vero vix ea tempeſtate peractis, Siconulfus diem ſuum clauſit extremum , Sicone ejus filio puerulo in Principatum evecto A. DCCCLII. , quem

Au-

Digitized by Google



Digitized by Google


P. 173
Oriens
S. Benedicti
Turr. Lapidii
Sedes
Iudices
S. Eligij
Castrum
Episcopium
Macellum
Turris
Pons Casilini
Veteris Pontis Vestigia
Tur.
Capuae Novae in primaeva extructione, novaque ejus amplificatione Topographia
Fran. Cepparuli Scul.

Auguſtus quum haud parem regendo Principatui cerneret in Franciam ſecum advexit, illius regimini ſuffecto Ademario. Poſt Ludovici profectionem, Landulfi ſenioris Capuae Comitis filii novae Capuae exſtructionem aggreſſi ſunt anno fortaſſe DCCCLIII. ut novum ſibi, validiuſque in Salernitanum, cui ſuberant, Beneventanumque Principatum, cui finitimi erant, Principes propugnaculum firmarent, veteri Capua jam tunc a Saracenis exciſa, Sicopolique pene ſuis conſepulta cineribus. Haec ab Erchemperto n. 23. & 24. inſeruntur: ſicuti & argumenta, quae Landulfi Praeſulis, ejuſque fratris Landenulfi animum impulere, ut *Caprearum ovile* (Sicopolim nimirum) *ſaxorumque cavernas linquentes, ad humilia deſcendamus, & altos nos, & inhumiles circumſpicientibus praebeamus*. Lando tamen iis rationum momentis reclamitans, Sicopolim potius reſtituendam eſſe adfirmabat, *quia delirum, ac frivolum erat inter tot procellas urbem munitiſſimam deſerentes, ut ſuillo in coeno locarent*. Hiſce tamen adhortationibus haud acquieſcentes Lando, Pandoque fratres, ac ab aliis duobus diviſi, novae urbis jecerunt fundamenta, ut notat Erchempertus. Non eodem tamen modo haec narrat Oſtienſ. loc. cit. *Lando Comes, & Landulphus Epiſcopus cum ceteris propinquis ſuis apud Pontem Caſulini, illam* (ſcilicet Capuam) *ſicut hodie cernitur, conſtruxerunt* Ann. Dom. DCCCLVI. At quorſum haec, quaeſo, Oſtienſis contra Erchempertum, cujus enarratione tuo in Chronico uteris? Non alia, fortaſſis, ratione, niſi ad explicandum fortaſſe quatuor germanorum ſagax conſilium, quo licet a ſeipſis diſcrepare viderentur, conſulto tamen conſtitutum fuit, ut diviſis inter ſe copiis, aliquot pro Sicopolis defenſione, ut diximus, Lando Comes expeditas haberet, aliaſque Landulfus, ut coementarios fabros, alioſque operarios defenderet, ſi in eos hoſtes fortaſſe irrumperent, aedificationemque novae urbis impedirent, quod unum merito verebantur Comites, qui ſuo a Principe temere jam defecerant. Hinc eſt (ni fallor quod Erchempertus, &

Oſtien-

Oſtienſis in eandem diſceſſerint ſententiam: ille fratrum conſilium duntaxat meminit; hic ad urbis exſtructionem utrumque conſpiraſſe adfirmat, nec a ſe invicem diſcedendo, quam jungendarum potius copiarum, augendarumque animum habuiſſe. Sicopolim interea ſervabant; ejuſque Caſtrum, quo uti propugnaculum, cum neceſſitas cogeret, ſe reciperent.

Quod utique clarius evincitur ex inedito catalogo Comitum Capuae, ut ſupra, in quo legitur: *Cum Aguenardo* (Lando Comes) *bellavit in Sarczana*, *in Ferruzanu*, *& Limatulu* (locis non longe a Sicopolis Caſtro, quo unicum Capuae Comitum munimentum). *Magenolſum Sadduſtorum nepotem a Tianu projecit*. *Ipſe* (ſcilicet Lando Comes) *Caſulinu cum fratribus ſuis moliri fecit in pantanu*, *ubi ipſe nempe etiam comitavit*. Quibus ex verbis plane colligitur, non a ſe invicem abalienatos profecto fratres fuiſſe, ſed conſulto copias diviſiſſe, ut partim Sicopolis cuſtodiae invigilarent. Siqua enim hoſtium irruptio utrinque fieri contingeret, mutuo ſibi fratres ſuppetias ferrent; tribus enim circiter milliaribus e Sicopoli Caſilinum diſtabat.

Verum quantum haec dubia ſint, a filiis ſcilicet Landolfi ſenioris Campani Comitis Capuam aedificatam fuiſſe, tantum Scriptores aliqui ſtomachum movent, qui *novam hanc urbem quo tempore*, *& a quo haec nova urbs fuerit ædificata*, non ſatis conſtare adſerunt. Legantur, quaeſo, Schottus in Itin. Ital. Lib. III. Leander, Albertus, Flavius Blondus in Campan. & Phil. Bergom. Lib. IV. aliique, qui tam inepte hac in re locuti ſunt, ut non Hiſtorici, ſed circumforanei potius, ac fabellani deſcriptores appellari merito queant, quorum errores ne leviter quidem attingere dignum puto. At ad alia properemus.

Caſilini, ſeu novae Capuae ſitus ille a Landulfo electus eſt, qui paluſtrem agrum citra Caſilini veterrimum pontem a Vulturno fluvio duobus lateribus circumductum occupabat, ſeptentrionali nempe, aque occidentali.

li. Ab ea videlicet parte, ubi etiamnum Forum beſtiis ad victum interficiendis deſtinatum exſtat, & ortum verſus Forum magnum, ſeu Nobilium (vulgo *ad Judices* appellatum) ſe extendebat: ubi exacto ſeculo quum Decuriones urbis novam Carolo II. Auſtriaco Hiſpan. ac Neap. Regi ſtatuam conlocandam decreviſſent, murum ibi antiquae urbis terrâ obductum ex quadrato lapide invenere, quem Campanae tunc plebis inſcitia, *pontis* Caſilini *catenam* credidere; quod novi pontis ingreſſum (veteris enim pontis veſtigia ſuperius exſtare noſcuntur inter ſacellum videlicet B. Mariae Virginis *la Santella* vulgo vocitatae, & macellum, quod aeſtivo tempore, quo fluminis aquae decreſcunt, apertiſſime inſpicitur) e conſpectu metiatur. Sed ſi pontis *catena*, ſive repagulum, uti credidere, murus hic fuiſſet, cur ex quadrato lapide, & inflexus, non rectilineus pontem verſus tendens? cur non duplici ordine conſtructus, ut pontis utrumque latus fulcimento muniret? cur tam in longum ped. circ. biſcentum *catena* iſthaec protenſa, & quae ultra militaris ſtationis locum (ſive *il corpo di guardia*) in plateam S. Johannis Nobilium hominum deflectit? At nugatoria haec profecto, & inſulſa relinquamus.

Murus igitur a magno *Judicum* Foro ſubtus magnificum magni olim Altavillae Comitis Palatium (quod ex quadratis moenium urbis lapidibus exſtructum fuiſſe adfirmat Vecchionius noſter in ſuis MSS. Codd. to. XIX. & in ſuo Diurnali MS. Laurentius Roſſi) protendebatur curiam verſus, ſive Sedem, & Arcum, quod *Olivae* communiter vocatur; prope cujus ſiniſtrum occidentale latus veſtigia olim cernebantur, ibique urbis Porta, quae ortum proſpiciebat, ut ex chartis Capuani Theſauri evincitur; in altera quidem An. MCXCVII. haec leguntur: *juxta caſam, preſam, & jardenum Pardi fil. Joannis dicti de Francu . . . . in Parochia S. Joannis de Landepaldi, juxta Arcum Francorum, & murum antiquae urbis, & Portam dirutos &c. Arcus Francorum* priſcis temporibus cognominabatur locus qui nunc *Sedes olivae* dicitur: quare

re indubium eſt, tunc veſtigia ibidem extitiſſe veteris muri, portaeque urbis. Altera charta eſt A.MCCLXV. quae habet: *Terra, & preſa, quae eſt intus hanc Capuanam civitatem prope locum veteris portae, & muri... non longe a Parochia S. Joannis Landepaldi, & hos habet fines: ab uno latere finis murus dirutus hujus Capuae civitatis, ab alio domus de lu Francu* &c. Neque dubitandum, quin illis temporibus, imo ab XI. uſque ſeculo Eccleſia S. Johannis de Landepaldo, ſive Nobilium hominum ibidem conſtructa fuerit, nec unquam ſitum immutaverit. Chartae enim veteres illius Eccleſiae Paroecialis, aliaque Capuae monumenta hoc utique declarant, edocentque. Anne murus inde rectà pergeret, aut aliquantiſper deflecteret, ignotum. Certiſſimum tamen eſt, anno MDCIII. dum hypogaeum Eccleſiae S. Michaëlis ad Curtim inſtauraretur, murus veteris Capuae ex quadrato lapide inſtar illius, qui alibi recognitus erat, effoſſus eſt, qui in plateam *Falcorum* verſus (modo *via S. Petri* vocitata) tendebat, parum longe ortum verſus ab Eccleſia S. Nazarii, ubi nunc Monaſterium Nobilium puellarum S. Hieronymi nuncupatum, ſubtus quod murus idem inventus eſt, flumen verſus inflectens, ut Monachus in ſua Sanctuarii Capuani recognitione MS. quod opus penes me eſt; & Vecchionius habent.

Alterum Capuae latus occaſum proſpiciens muniebat illa, muri longitudo, quae prae foribus Monaſterii S. Vincentii in Vulturno exordium ad aliud fluminis latus recta finem habebat: in cujus muri extremis, quae boream, meridiemque ſpectabant, Turrium duarum munimenta in Vulturni ripis aſſurgebant, quae tam Caſilini pontis ingreſſum, quam alterius ex adverſo factitii pontis, Sicopolim proſpicientis (qui pons caementitia quadam medio in flumine columna nitebatur, cujus rudera aquis decreſcentibus clare noſcuntur, non longe a praedicto S. Vincentii coenobio) cuſtodiebant. Harum Turrium, ſicuti & illius, quae *ad Monterone* pone orientalis muri initium (ubi poſtea Eccleſia S. Petri ad Montero-

teronem adpellata, quae B. Franciſco de Aſſiſio, ſuiſque Fratribus conceſſa pro Monaſterio ibidem aedificando, adhuc nomen ſuum retinet) veſtigia ſuo & Peregrinii aevo extitiſſe adfirmat cit. Vecchionius, pluribuſque in veteribus chartis harum turrium memoriam perlegiſſe. Imo Lib. XIX. *ſe illa prope S. Vincentii ripam, & retro domum familiae de Duratio prope FF. Conventualium S. Petri Monaſterium propriis ipſum oculis vidiſſe teſtatus eſt A. MDCXXXIX. praeſente etiam Peregrinio, qui dixit: en Capuae noſtrae murus, & turris in ſua priori fundatione conſtructa*. Quod haud profecto improbandum; quae enim ipſe a ſuo Peregrinio vel audiiſſe, vel ipſum vidiſſe teſtatus eſt, id ſatis exploratum volo.

Murus igitur illam urbis partem hinc inde primum cuſtodiebat, qua planiciem apertam, nec ſatis defenſam habebat, meridiem & ortum verſus, aliunde a Vulturno circumſeptam; neque tunc ad illam muri partem, quae occaſum ſpectat, oculos Langobardi Comites intenderunt, quum flumen iis ſatis pro repagulo fuerit. At poſteriori tempore moenia ibi exſtructa eſſe ex Oſt. Lib. I. cap. 52. didicimus, *Godelperto*, inquit, *Abbati S. Vincentii ad fontes Vulturni ad Monaſterium aedificandum locum ab Landulfo, & Atenulfo Capuae Principibus fuiſſe conceſſum extra urbis* (ſcilicet Capuae) *muros*, eo nempe loco, ubi etiamnum ſublimis Eccleſia, dirutique Coenobii veſtigia adparent. Quem murum ab Atenulfo I. Cap. Princ. exſtructum fuiſſe credo, illoque ipſum tempore Capuanae urbis muros protendiſſe, Turreſque alias ad propugnacula erexiſſe; inter quas Turris illa, quae Capuae adhuc viſitur, vulgo *delle Pietre*, & olim *Paldi*, ab inſigni aliquo Langobardo ac illuſtri viro, ejus aut Praefecto, aut exſtructore cognominata. Ejus profecto meminit charta Monaſterii Monialium S. Mariae Capuae Anno CMLX. his verbis: *ab aliu capite via quae vadit in Turre Paldi*. Aliam ab hac Turri memorat charta ejuſdem Monaſterii Anno MCCVII. in qua legitur: *prope Turrim Portae S. Angeli, & dictum Monaſterium*

(S. Mariae), *aquas fluminis* &c. At Turrim hanc neutiquam a Langobardis erectam fuiſſe ſuſpicor; ſed potius a Northmannis Principibus in poſtrema urbis extenſione poſt An. MC. quum ex charta donationis Monaſterii Monialium S. Johannis An. MCXV. a Roberto I. Capuae Princ. clare eruatur, nondum ultimam ſuam habuiſſe amplificationem. Legitur enim ibi: *Damus totum albeum fluminis ſicut incipit a parte orientis a muro iſtius noſtrae Civitatis, ubi S. Benedicti Eccleſia eſſe noſcitur, & ubi olim fuit Tragaticus* (ſcilicet ſcapha ſeu linter ad fluvium tranſmeandum, reſque aliunde navi exportatas deponendum) *ad portum qui dicitur S. Marci*: quibus ex verbis oſtenditur, muros Capuae ſub Roberto I. non ultra Eccleſiam S. Benedicti proceſſiſſe. Hos enim noverunt optime Peregrinius, & Vecchionius An. MDCXXXIX. in impluvio Collegii Patrum Societatis Jeſu, ubi olim Domus nobilis familiae de Argentio, quam pone Eccleſia S. Benedicti ejuſque Monaſterium circumſcripſerat, quum foveam quamdam effoderint Patres illi ab eo latere, quod ortum ſpectabat, & meridiem. Iſque murus ex quadrato lapide erat, ſoliditate palmorum circiter VII. ut idem Auctor perhibet, qui S. Marcelli Majoris Paroeciae atrium pertranſibat eo ſiquidem loco, quo publicus fons effluit; reſpondetque Aquilonem verſus, quo ſupra fluvium exſtat ejuſdem Collegii Societatis Jeſu pomarium, in quo veſtigia deſtructi Monaſterii Caſſinenſium dignoſcuntur, columellae, epyſtilia, aliaque hujus generis ornamenta. Subſequentibus poſtea ſeculis ulterius urbis moenia exſtenſa fuere, ſcilicet ultra Monaſterium Monialium S. Mariae a Principe Roberto II. qui a Rogerio Siciliae Rege ſaepius bellis impetitus fuit: demumque captus, oculiſque orbatus An. MCLVI. finem dedit Capuae Principatui ſub Rege Wilelmo I. ut alibi exponemus. Igitur poſt Ann. MCXX. ad MCLVI. Capuae moenia dilatata ſunt; & tum Turres aliae in urbis circuitu exaedificarunt Northmanni, relictis iis, ac rurſus munitis, quae ſub poſtremis Princ. Pandulfis IV. & V.

ejuſque

Digitized by Google

ejuſque filio Pandulfo VI. ultimo Capuae Dynaſta poſt A. MXX. erant: inter quas Turris Pontis, quae in veteribus hujus urbis chartis *Caſtellum* quoque, *Caſtrum*, *Caſtellone*, & *Caſtelluccio* appellatur (ſecus a novo Caſtro ſub Carolo V. Imperatore Capuam adventante An. MDXXXVI. cum aliis inſimul novis munimentis, muriſque praeſignatis, uti vulgus credit) quod legitur in charta MCLVIII. *In veteri Caſtellone S. Petri prope pontem*: In aliis Ann. MCXCVII. MCCXLV. MCCLI. & MCCLXXXVI. *apud Caſtellum vetus, prope Caſtrum S. Petri in ponte, & Turrim Arepaldi*, cujus ſitum deſideramus; ejuſque etiam meminit charta Jordani II. Capuae Principis in Monaſterio Monialium S. Johannis adſervata, quae ſcripta dicitur Anno MCXXV.

Illa quoque *Turris Capuanorum* vocata, prope Portam Capuanorum in orientali latere ſitam Monaſterii S. Laurentii Caſſin. a familia quidem *Capuanorum* ſic denominata, quae Langobardorum temporibus a Capuae Principibus nomen deſumſit: ea quippe a Teanenſibus Comitibus pridem originem ſuam traxit, & a Caſtri Pratae dominatione (quod non longe a Preſentiano, Venafro, & Sexto ſitum eſt) *de Prata* dicta, ſive *Capuana*, de qua veteres Capuae chartae verba faciunt Anno MXCVII. MCII. & MCXXIX. Ipſa deinde familia Amalphiam perrexit, ibique ſemper Capuanorum adpellata. At in charta Tabularii Ravellenſis ſign. num. 329. ſub Ann. MCCVIII. Regni Friderici Imp. die 20. Auguſti XI. Ind. apertiſſime dicitur: *Petrus titulo S. Marcelli Presb. Cardinalis fil. Landulfi, fil. Manſonis, fil. Joannis Capuani*) qui primus facillime fuerat, qui Capuâ Amalphiam profectus fuerat) *fil. Landonis Comitis de Prata fundavit, & dotavit ſcholas artium liberalium ad commodum tam laicorum, quam clericorum dictae urbis Amalphiae, & Atrani* &c. Et revera Landonis hujus Comitis de Prata (abavi Petri Cardinalis Capuani) qui fuit frater Pandolfi cognomento *de Sexto* ab Oſtienſi Lib. II. cap. 68. & Petro Diacono Lib. IV. cap. 75. & 79. memorati, loquitur

charta alia Theſ. Cap. An. MLXXXI. in qua legitur (tametſi aliquantiſper exeſa) *permutatio quorundam bonorum in caſtris Sexti & Pratae olim Monaſterio Cinglenſi pertinentibus cum aliis bonis in civitate Teanenſi, quae fuerant a Pandulfo cognomento de Sexto, & Landone ejus fratre cognomento de Prata nobilibus Comitibus filiis qu. Paldi de Venafru donata Eccleſiae Capuanae, ejuſque Clericis: ibique interfuit ejus uxor relicta, nomine Maruccia dicta de Albetu &c.*

Quaeſtio tantummodo heic diſceptanda, an Turris, quae modo trans Caſilini pontem inſpicitur, antiquitatemque ſuam ſatis oſtendit, a Longobardis potius, quam a Northmannis extructa fuerit? quum Federicus quidem Imp. eam, aliaſque in circuitu inſtaurarit An. MCCVII. ut ex inſcriptione ibidem adhuc ſervata colligitur: *Turrium coronidis Reſtitutori*. Illam igitur ante hujus Auguſti tempora aedificatam fuiſſe, nemo eſt qui dubitet. At quando, aut a quo ſuum vel initium, vel incrementum acceperit, profecto ignoramus. Certiſſimum eſt ſub Richardi Comitis Averſani aetatem, qua pluries Capua fuit oppugnata ab An. ML. ad MLVIII. Turres in circuitu permultas urbem illam habuiſſe. Quumque civitas longa obſidione vexata ſe Richardo tradiderit, turres pro Capuanis, Langobardiſque ſervatae ſunt, ut ex Caſſ. Chron. Lib. III. cap. 16. *Afflati demum famis penuria cives, cedente Landulfo* (Principe) *recipiunt hominem* (Richardum) *& ſacrant in Principem, portas ſibi dumtaxat cum turrium fortitudine retinentes*. Veriſimile itaque eſt, paululum poſt urbis exſtructionem, ne pons hoſtilibus pateret incurſionibus, turrem ibi Langobardos extuliſſe, quae pontis acceſſum cuſtodiret: eoque magis, quod ex averſa parte fluminis nec muros, nec turres habebat, quae pontem tueri ſatis eſſent. Utinam Erchempertus, Oſtienſis, aut alii haec nobis ſcriptis demandaſſent! Neque e veteribus chartis iſthaec notitia prorſus eruenda ſperatur. Unam enim ſolummodo habemus in Monaſt. S. Johannis, in qua mentio *Turris in Caſulini ponte*. At revera non

tam

Digitized by Google

tam ultra, quam citra pontem turres exſtabant, ut ſupra notatum eſt; cur potius de transfluviana intelligenda ſunt verba illa, quam de cisfluviana Capuae turri, quum *τό in ponte* de alterutra intelligi poſſit? Semper tamen verum eſt a Langobardis ſive Comitibus, ſive ab Atenulfo I. Principe An. circ. CM. aut ejuſdem filiis eodem ſeculo X. decurrente, turrim hanc transfluvianam erectam fuiſſe; ſecus vero a Northmannis, qui eas reſtituendas curare debuerant. Indeque a Rogerio Siciliae Rege An. MCXXXVII. ut ex Falcone Beneventano habemus, everſae, ignique conſumtae, a Friderico Imp. inſtauratae fuere, ut diximus.

At ad novae Capuanae urbis exſtructionem ſermo redeat. Urbs quidem eo temporis loco imo, paluſtri, & haud ſalubri ſita. Neque fortaſſe aliam ob cauſam ſitus ille electus eſt, quam ut hoſtes ab aggreſſione, inopinatave irruptione coërcerentur, & Campanos Langobardos imparatos, atque non ſatis defenſos invenirent aemulorum Neapolito-Graecorum, aut Salernitanorum, vel Spoletenſium turmae, ut Erchemp. n. 25. Quod etiam cauſae fuit, ut quantocius moenia urbis exſtruerent meliori, qua poterant, firmitate, terreno munita aggere, praegrandique foſſa, quam ſtagnantes ibidem, collectaeque aquae, ac paluſtris ager eo ſecuriores redderet cives, quo difficiliorem hoſtibus praeberet acceſſum. Nec multo poſt reſtituta moenia e quadratis lapidibus, quos ab everſis urbibus Caſilino, Capuaque collegere, munita: itaut vix triennio expleto (ut opinor ex Erch. loc. cit. aliiſque Chronographis) moenia, propugnacula, ſaxei aggeres, foſſa, turreſque confirmatae ſint, ut ſecuritati ſuae conſulerent. Ad aedium, domorumque tunc aedificationem difficile initio cogitatum, quum inſtrumenta ſibi oppugnationis potius ſibi pararint, tuguriolis tantummodo, caſiſque contenti. Nec feſtinatio exſtructionis iis profecto nocuit; nondum enim perfecto opere, Guido Spoleti Dux Salerni Principe foederatus Capuam obſedit, ut alibi notatum.

Atque ut diſtinctim eas urbis plateas, aedificiaque, quae primum novae Capuae ſpatium occupabant, praeſignemus,

ea

ea fuiſſe adfirmo loca, quae circumcirca ſaepiunt Majorem Eccleſiam, cum adjuncto Olitorio Piſcario, & ad comeſtibilia quaeque vendenda appoſito foro, Coenobia Monialium Jeſu Ord. S. Franciſci, Monaſterium Guglielmitarum vulgo Montis Virginis pone quod S. Leucii Paroecia Commendata cum proximo foro, Ebulenſi adpellato, ejuſque viciniis Vulturno circumdatis uſque ad S. Vincentii Monaſterium, quae nunc Praepoſitura Commendatitia: atque inde rectâ ſupra fluvii ripas uſque ad S. Hieronymi Monaſterium, aut paululum ultra, quo in ſpatio Judaeorum quondam ſtatio, unde Paroecia S. Martini ad Judaicam nomen; Eccleſia & Monaſterium Carmelitarum olim in pontis ſuburbio, SS. Trinitatis Caſſinenſium, nunc deſtructae, S. Petri in Cimbriſco, & S. Nazarii Paroeciae, aliis poſtea adnexae, Eccleſiae itidem S. Michaëlis, & Johannis, quae quoniam veteri Capuanorum Principum Capuae Palatio, ſeu *Curti* conterminae, *ad curtim* adhuc vocitantur, Seminarii Eccleſiaſtici aedes cum propinqua S. Salvatoris Majoris, & S. Bartholomaei in arcu Algiſii Paroeciis: S. Dominici Templum, ac Monaſterium: Sedile, ſeu Forum Olivae vocitatum, SS. Caritatis Mons, puellarum Collegium, ac Nobilium virorum Fratria, penes quos hujus loci gubernium eſt, ac morti damnatis praeſto ſunt: & per *Judicum forum*, ubi ſtatio militaris, & S. Eligii Patrum Theatinorum Templum recens inſtauratum cum adnexa platea ad Paroeciam, ſeu puellarum Carmelitarum Excalceatarum Collegium S. Petri ad pontem nuncupatum, partem aliquam fort. Eccleſiae Monachorum Coeleſtinorum, vulgo S. Petri ad *Magellam*, comprehendens ambitum ſuum claudit. Atque haec ad novae Capuae exſtructionis primordia cognoſcenda, lectoremque noſtrum inſtruendum ſatis ſint.

AD

AD

LANGOBARDORUM CAPITULARIA
FRANCISCI MARIAE PRATILLI
ADMONITIO.

QUod ſuperiore Tomo adverteram, Lector humaniſſime, quorundam nempe eruditorum JCtorum operâ, quod ad Langobardicam Hiſtoriam illuſtrandam pertinet, hiſce Capitularibus notas, & animadverſiones in iis quae ſcitu difficilia viderentur, fore adjiciendas, cum hucuſque ſpem diſtulerint, ne promiſſam preli feſtinantiam longius protraherem, ipſe pro viribus iis explicandis animum adjeci, ne quid literariae Reip. quod ad hanc rem attinet, omnino deeſſe videatur. At quum in foro minime ſim verſatus, ut quae ad Langobardicarum legum pleniorem explicationem requirerentur, penitus praeterirem, verborum quorundam ſaltem, ac locorum explanationem in medium afferre contendi. Non deerunt fortaſſe poſthac (licet quidam profecto mihi an ſemetipſis? illuſiſſe non erubuere) qui ex clariſſimorum JCtorum numero tantiſper fori curis intermiſſis, ad literariae Reip. commodum, & patriae decus atque ornamentum iis erudite explicandis animum intendant. Ac licet ipſe ſtimulos addidi, ut publicae utilitatis auctorem quoquo modo adfirmare auſim, iſtius tamen laudis non ita ſum cupidus, ut aliis eam praereptam velim. In hiſce vero Capitularibus recudendis ſeriem a Peregrinio ſervatam (non enim omnia ſucceſſive, aut chronologico ordine edidit) minime ſecutus ſum, ne Chronotaxin ipſe omnino confunderem. Heic ſuas etiam a meis ſeparatas notulas habebis, literis, numeriſque diſtinctas. Vale.

CAPI-

CAPITULARE

ARECHIS PRINCIPIS BENEVENTI.

Index Capitulorum.

Incipit Capitulare Dom. Aregis Princ. *(a)*

I. *SI quis hominem pauper abſque parentibus, nihil etiam:*

II. *Si quis germanum alterum germanum oborta litate.*

III. *Si quis filium poſt mortem patris ejus pulſaverit, ut aſſolet.*

IV. *Si quis occiderit Monachum, vel Presbiterum, aut Diaconem.*

V. *Si pater filie non habentis germanum, aut germanam.*

VI. *Si liber homo habens uxorem liberam, nihilque proprium poſſidens.*

VII. *Ut adoleſcentem ante X. & VIII. annos etatis.*

VIII. *Nullus homo habens uxor legitimam filiis, vel filiabus.*

IX. *Si quis libertorum, ſeu libertinorum oſtenderit Preceptum.*

X. *Ut primi heredes obligationem, vel debita propinquo.*

XI. *Si quis ſilva propria plauſtrum invenerit.*

XII. *Si quis cujuslibet homo filia, vel ſoror, aut qualibet.*

XIII. *Si quis hominum furtivam arte, vel quolibet modo.*

XIV. *Quecumque mulier propria res habent morte mariti.*

XV. *Si quis terra, vel mancipium per XXX. annor. circulo.*

XVI. *Si quiſpiam rem propriam inſpiratus pro anima ſua.*

XVII. *Si quis abſque permiſſum Pontificis, vel cuſtodum.*

CAPI-

(a) Princeps iſte Arichis praeter ſummi Dynaſtae inſignia, nimirum Principis nomen, & coronae uſum, Legis etiam condendae poteſtatem, deleto Rege Langobardorum Deſiderio, videtur uſurpaſſe; & poſt An. Chr. DCCLXXIV. hoc edidiſſe Capitulare: noſtrates enim Langobardi etſi in Regno non cenſebantur, cujus pars *Tuſcia* poſita dicitur *in longinquo* Leg. Lang. Lib. II. tit. 55. l. 14. Leges tamen ſervarunt caeteris communes.

CAPITULARE.

I. SI quis homo pauper abſque parentibus, nihil etiam habens, ex quocumque negotium ſecundum Legem potenti homini (a) juratus fuerit, ita decernimus, ut ſolus prevetu ſacramentum. quin etiam modo ſimili potens juramentum, quando ei contigerit, pauperi ſingulari exhibeat. Si vero pauper aliquantula ſubſtantiola habuerit, cum quinque ſecum juret: ſimiliter & hoc quinario numero potens pauperi ſatisfaciat.

II. (b) Si germanus alterum germanum abòrta lite primum percuſſerit, poſteaque percuſſus dolore ſtimulatus ſe defendendo, percuſſorem occiderit, hoc itaque cenſimus, ut juſta perſone interfecti qualitate talem fratricidium componatur.

III. Si quis filium poſt mortem patris ejus pulſaverit, ut aſolet; dicendo, quod ei aliquid premii nomine pro qualibet cauſam dediſſet; aut forſitan dum pater ejus adviveret per vim aliquid attuliſſet, de his propoſitis cauſis oſtenſio dumtaxat fieri non poteſt; nec non & ipſe filius reſponderit, nequaquam talia ſciſſet, idcirco juratus dicat, quod nec non neglexiſſet perquirere, nec de ipſis rebus, unde pulſatus eſt, aliquid ſignum apud ſe repperiſſet (c).

IV. Nonnulla flagitiorum veteres Juriſperiti, dum fieri poſſe non crederent, decernere precaventes, poſteritati erronea reliquere veſtigia. Ad nunc creveſcentibus malis, & fieri poſſe creduntur, & quod dictum nephas eſt, facta videntur. Actenus religioſorum homicidia, eo quod pote', aut inerme genus, aut in omnibus venerandum haberetur, nullus compoſitionis, & aperta Lex judicialia

 cal-

(a) For. *junctus*, unde litium, ſicut bellorum certamina, paſſim *conjunctiones*: caetera menda tute corriges.

(b) Parem omnino Legem de quocumque alterius percuſſore ad ſui defenſionem Rex tulerat Luitpr. Leg. Lang. Lib. I. tit. 9. l. 19.

(c) Iis inſiſtit, quae ſancita a Rege fuerant Rothari Leg. Lang. Lib. II. tit. 55. l. 9.

Digitized by Google

calculo claruit. Et ſi quondam, forſitan, contigiſſet; aut ſub oſtenſu legalis negligentie, vel oblite rationis obmittebatur (*a*), aut certe cenſorum opinatione, aut illud, ut cuique libitum erant, decernebatur. Ideo ſicut omnibus ſimul equiſſime placuit, ſancimus, id (*b*) precepimus, ut ſi quis deinceps occiderit Monachum, vel Presbyterum, aut Diaconem, primatum tenentem, componat (*c*) ſoli. CC. vel ſupra (*d*), ut Principi patrię placuerit uſque trecentos. De ceteris vero perſonis inferioris gradus, que in Palatio deſerviunt, ducentorum ſolidorum compoſitio preveniat. De reliquis aũt Eccleſiaſticis, qui extra Palatium degunt CL. ſicut de Laicis, qui exercitalibus militant armis.

V. Si pater filie non habentis germanum, aut germanus ſorori occiſi fuerint, ita nobis rationis judicio complacuit; ut ſicut in rebus patris, vel germani (*e*) sm̃ lege hereditates poſſeſſure ſunt, ita & occiſorum compoſitiones hereditarie ſibimed ipſe exigant (*f*).

VI. Si liber homo habet uxorem liberam, nichilque proprium poſſidens, talem culpam perpetraverit, (*g*) sP qua damnatus, queſtori sm̃ legem in manu pro ſervo tradendus fuerit, ipſa uxor maritum tantum cuſtodiat: ille vero, qui eum in ſervitio acceperit, de marito ejuſdem infra ſeptimanam duos dies, ſicut propriis ſervis, quatenus eam poſſet nutrire. Sin autem minorem culpam perpetraverit, unde mox Legis tradendi deeſt, ſub extimatione juſtiſſima vir, & conjunx deſerviat ei, cui culpatum eſt uſque ad prefinitum tempus. Poſt conſtitutionis autem dies liberantur in priſtinam libertatem: Et ſi ipſa uxor tantum culpata fuerit, eiſdemque modis, ut de viro ſuperius cenſuimus, ſimul de utroque equalitate ſen-

(a) Ita quidem; nam quae habetur Leg. Lang. Lib. I. tit. 9. l. 27. recentius a Carolo edita eſt Imp.
(b) For. *idem*.
(c) i. *ſolidos*.
(d) Confer Legem Lang. Lib. I. tit. 9. l. 21.
(e) i. *ſecundum*.
(f) Legem abrogat deſcriptam Lib. I. Leg. Lang. tit. 9. l. 18.
(g) i. *pro*.

ſententia detur. Ita tamen, ut ejus, qui eos acceperit, diſciplinis, & imperii, ſicuti ſervi ſubjaceat. Si vero infra conſtitutum ſupradicti ſervitii tempus alteram alteri homini ingeſſerunt culpa, vir, aut conjunx imperpetuum ſervi tradantur, & reus per dies, ut ſupra ſibi conceſſum, uxorem nutriant; ipſe vero (a) dñs traditi, unde prior ſervo ſi contigerit, pro injuria ab eo illa juſtitiam querenti perſolvant (b).

VII. Et hoc conſtituimus, adoleſcentem ante X. & octo annos etatis non poſſe ſolius oris ſui manifeſtationem condemnari.

VIII. Nullus homo habens (c) uxor. legitimam, filiis, vel filiabus, qui ex altera inlicita conjuge procreantur, legitima vivente, per quolibet ingenium aliquid donatione facere poſſe. Maxime dumtaxat, qui de incerto coitu naſcuntur, ex nuverca, id. matrinia, aut previgna, id. (d) filiaſtra, vel cognata, que eſt uxor fratris, aut ex germana uxoris, vel etiam ex conſobrina generantur, omni modo prohibemus nullo quolibet argumento, quod contigerit, vel dici humana verſutia poteſt, his donationem facere poſſe, qui hoc facinus contraxit (e).

IX. Si quis liberorum, ſeu liberti natum oſtenderit Preceptum libertatis quondam ſcriptum ante reverſionem Dom. Giſolfi de tras Pado, & falſum procul dubio apparuerit, propterea ſi manifeſtare potuerit illis diebus ſcriptum fuiſſe, quos prediximus, in libertate permanſiſſe; ita profecto cenſemus, ut quodquod ex tali libertate ſu-

 per-

(a) i. *Dominus;*

(b) Qui ex patrato damno, vel crimine debitam, vel privato, vel Fiſco compoſitionem, ſive creditori pecuniam ſolvendo non erant, perpetua, vel temporaria ſervitute eam compenſabant ex Lege Lang. Lib. I. tit. 25. l. 68 Lib. II. tit. 33. l. 4. & alibi: a Judaeis obſervata Reg. Lib. IV cap 4 quos Langobardi habuere aliarum etiam legum auctores. *Ex Langob. Scriptor. phraſi apparet, eos vix alium quam ſcripturas legiſſe.* Pratill.

(c) i. *uxorem*.

(d) *Filiaſtrum etiam in inſcriptionibus Patavinis invenies*. Prat.

(e) De his loquitur Lex Lang. Lib II. tit. 8 l. 3. 8. 6. nam alii naturales adibant patris haereditatem, ut Lib. II. tit. 14. l. 2.

perſtites ſunt, ſive homines, ſive mulieres, in priſtinam ſervitutem revertantur. Filii vero, vel filie eorum, qui de genus uxoribus procreati ſunt, libertatem cum matribus permaneant (a).

X. Pervenit ad aures Sublimitatis noſtre, quod quidam hominum verſuta calliditate inbuti, propter obligationes, vel debita, que fecerant, propinquioribus parentibus, qui juſta Legem heredes eorum futuri ſunt, teſtamentum donationis ammittant, ut queſtores eorum creditas res facile perdant; propterea ſic namq; decernimus, ut primi heredes obligatione, vel debita propinquorum perſolvant, dehinc, quod reſiduum fuerit de rebus eorum, ſibimet aſſumant.

XI. Si quis in ſilva propria Plauſtrum, quod vulgo dicitur Carrum honuſtum lignis cum bubulis deprehenderit, & fortaſſe ad domum ſuam (b) perduxerit, per unumquoq; lignum, que impoſita ſunt Plauſtro, his cujus bobes, & veiculum fuerint, novem ligna componat. De plauſtro vero, ſicut Lex teſtatur juſtitiam preveniant.

XII. Satis infamis, & inlicita conſuetudo temporibus iſtis innolevit; dum quedam mulierculę defunctis viris, maritalis dominature ſolute, licentius proprii arbitrii libertatem fruantur. Abitum Sanctimonialis in ſecrete domi ſuſcipiunt, ne vim nuptialem perpatiantur; quippe tuta ſibi cuncta fore arbitrantur, ſi conjugalis dominatui non ſubiciantur (c). Sicque fecit, ut ſub optentu (d) regionis, demta omni formidine, quicquid animo delectantur, licentius aſſequantur. Namque deliciis affluunt, commeſſationibus ſtudent, (e) potibit vineis ingurgitantur, (f) lavacra

(a) Ad ſervitutem revocat manumiſſos *per impans*, ut loquitur Lex Lang. Lib. II. tit. 34. l. 1. hoc eſt *per votum* illegitimi Ducis Godeſcalchi, iſtius Giſulfi II. anteceſſoris, de quo ſup. pag. 302. & Paulus Diac. Lib. VI. cap. 17. ſive 57.

(b) Lex teſtatur Lib. I. tit. 23. l. 1. *qui currum &c. ad propriam domum ſuam duxerit, non ſit culpabilis &c.*

(c) Has permiſerat Rex Luitpr. Leg. Lang. Lib. II. tit. 37. l. 1. quarum malitia tunc latebat.

(d) *Legendum religionis*. Prat.

(e) *a potu*.

(f) i. *balnea*.

Vacra frequentant, & quanto magis aſſequi poſſunt, tanto eodem habitu immollitie, delectationemq; veſtimentorum habutuntur. Igitur ſiquando in plateas proceſſure ſunt, facies poliunt, manus candidant, incendunt lividinem, ut veſcentibus incendia miſceant: ſepe etiam formoſus videre, atq; videri impudentius appetunt, & ut brebiter dicat, ad omnem laſciviam, voluntatemque animi frena relaxant. Hoc quoque procul dubio luxuriante vite fomite ſuccenſe, exurunt eas carnis incentiba, adeo ut non ſolum unius, ſet quod dici nefas eſt, plurimorum proſtitutionibus clanculo ſubſternuntur; & niſi uterus intumuerit, non facile comprobatur. Talem itaque peſtem execrandam modis omnibus conteſtantes, inſtituimus, ut cujuslivet affinitate juncta, innupte, vel vidue velamen ſcē religionis induerunt, & intra anni circulum eas quatenus voluerit, vel potuerit in Monaſterium trudi dilataverit, propterea ſi ſtupri crimine detecte fuerint, componat (*a*) Guidrigild ſuum in Palatium; Princeps videlicet ejuſdem temporis cum ipſo Guidrigild, rebuſque propiis retrudat eas in Monaſterium.

XIII. Divine Legis auctoritas communans teſtatur, *ſiquis in captivitatem duxerit, in captivitatem* (*b*) *vadat*. Hactenus adeo hec patria crudelis limine perviciem perpetitur, ut etiam tranſmarinis paganitatis gentibus ejus habitatores indifferenter vendant (*c*). Propterea preſenti judicio ſententia damus, ut ſi quis hominem furtiva arte, vel quolibet modo extra Provinciam vendiderit, ſic eum componat, ſicut his, qui infra venundant; ita tamen, ut venditoris perſona ultra mare venundetur (*d*). Si vero pauperrimus fuerit, nichil habens, unde compoſitione procedant, quod ſupereſt perſona ejus, ut ſupra, trans mare venalis vadant.

XIV.

(a) *Vid. ſup. Tom. I.*
(b) Apocalyp. cap. 13.
(c) Confer Capitul. Princ. Sicardi num. 3. & 4. hancque inhumanam mercaturam non tantum noſtratibus uſu receptam, vide in Erchemp. n. 81. & Anaſt. Bibl. pag. 113.
(d) *Jus talionis*.

XIV. Quecumque mulier propria res habens, mortui mariti lectum caſte ſervaverit, & de rebus ſuis aliquid pro (*a*) aia ſua judicare voluerit, que ejus minime conſenſerint, ſicque proſpeximus; ſi duos filios habuerit, tertiam partem de rebus ſuis diſponere liceat; ſi quidem tres, ſeptimam partem; ſi quatuor habuerit, nonam: ſi vero amplius, per hanc numerum ratiocinationem, ut contigerit, ſorte dividantur (*b*).

XV. Si quis terram, vel mancipium per triginta annorum circulos abſque pulſationem poſſederit, & certa manifeſtatio dumtaxat patuit; ſic namque cenſemus, ut quicquid edificii, vel incrementis ex his rebus poſſeſſor optinuerit, abſque moleſtationem, & depulſationem, ſicut ipſa predicta initia, ulterius poſſideant (*c*).

XVI. Si quiſpiam rem propriam inſpiratus pro anima ſua locis venerabilibus decrevit, non reputetur extraneus, vel inimicus parentibus, ſicut in lege nefas ſcriptum eſt; ſed ſit ſacramentum talis, ſi opportunitas incumbit; & heredes proximorum modis omnibus habeatur.

XVII. Si quis hominum cauſa temerario abſque permiſſo Pontificis, vel cuſtodum Eccleſiaſticorum, mortuum in Baſilica ſepelierit, hac ratione perpendimus, componat ſol. quatraginta ejuſdem venerabili loci Rectoribus; de ſepulto quidem ſupradictis perſonis, ut libeat, conveniatur (*d*).

Explicit (*e*) Cap. Domni Aregis.

DE

(a) *Anima.*

(b) Eamdem in hac Lege ſervat proportionem mater ad filios, quam in Leg. Lang. Lib. II. tit. 14. l. 2. filii naturales ad legitimos.

(c) In Leg. Lang. Lib. II. tit. 35. l. 5. idem cautum, ſed nil de incrementis ibi, quia certe nil opus.

(e) In Baſilica ne dumtaxat, quod communitas tunc vetitum: an etiam in ejus Atrio, & Coemeterio, in quo frequentius humabantur?

(f) *Capitulare.*

DE PACTO

ARICHIS PRINCIPIS BENEVENTI &c.

NOn de hoc, ſed de noviſſimo omnium Pacto, quae (a) Arichis Princeps Beneventi unquam iniit cum Neapolitanis, locutus certe eſt Erchempertus num. 2. *inquiens*, miſericordiae vice diſtributa *eis fuiſſe a praefato Principe* diaria in Liburia, & Cemiterio, *quo tempore Carolus Magnus poſt ſubjugatum, captumque Regem Italiae Deſiderium in anno Chriſti DCCLXXIV.* ſtipatus innumerabili exercituum agmine, crebrius Beneventum adiit capeſſendum; *nulla enim (b) de elargitis* diariis, *nec de* Cemeterio (*de agro nimirum Nolano, quippe celebriori eo vocabulo appellabatur tunc Nola*) *fit hic mentio*: *ſed de Legibus ab Neapolitanis, atque a Campanis potiſſimum invicem obſervandis*: *deque una tantum* Liburia, *praeclaro & ipſo campo frumentario, ac vitifero in Campania poſt Clanium amnem ad Meridiem, Nolano ab Oriente conjuncto. Et ſane Arichim nec ſemel, nec una forma cum Neapolitanis foedera junxiſſe, hinc fit manifeſtum; quod iis* per Praeceptum, *ut hic dicitur, antehac conceſſiſſet, quae ſibi ab Neapolitanis metipſis permiſſa aliquanto prius fuerant. Sed praeterea Pactum (c) ab Erchemperto memoratum haud ex ejuſdem Auctoris dicto irritum fuiſſe apparet; ſicuti palam de hoc noſtro compilator Cavenſis exemplaris, importuno quamvis loco, eſt teſtatus. Veruntamen Campanos Langobardos, quorum occaſione, & armis praeter innatam dominandi, promovendorumque finium libidinem, tum Arichis, tum quiſque Beneventi Dynaſta quam frequentiſſimo bello, ut iterum ſuperius obſervabam* Nea-

(a) *Principis Arichis hoc minime denotabat* Pactum *ſua in Hiſtor. Erchempertus*.

(b) Arichi tunc ſane obſes datus a Neapolitanis etiam eſt Caeſarius Conſul, de quo infra in ejus Tumulo.

(c) *Quod Neapolitani nec tunc ſervarunt*.

Neapolitanos exercuerunt , aliquando (a) *tandem abſimili non admodum foedere ſtrenuis adeo aemuli firmiter poſt haec concordaſſe , ex Pacto diſcere clare eſt , initio poſt annos ferme CL. ab Gregorio Duce Neapolitis cum Beneventi Principibus Landulfo I. & Atenulfo II. quod diutius ſtetit ; renovatumque quum fuiſſet ab ejus nepote , Neapolis ſimiliter Duce Joanne , vim , & nomen* Conſuetudinis, *quod ſcriptus praefert Codex , ex diuturniori illo uſu videtur obtinuiſſe . Caeterum ne Librarium offendiſſe puta , quod ipſum inſcripſerit initum ab Arichi , non cum* (b) Duce, *ſed cum* Judice Neapolitanorum; *namque &* Judices , *juxta hujus nominis multiplicem uſurpationem , de qua pluribus nunc non dicam , aliquando etiam appellatos , qui Neapolis Duces erant , ex manu deſcriptis S. Athanaſii ejuſdem urbis Epiſcopi Actis , qua Baronius quoque recitat ad an. DCCCLXXII. num.* 10. *ſatis modo erit aperire .* Haec dum ad Hadriani Papae notitiam deveniſſent , direxit unam Epiſtolam antefato Judici (*ſic Acta , quae Sergium praedixerant Ducem*) & aliam Clero Neapolitano &c. *Idemque ex Joannis Papae VIII. liquet Epiſt.* 63. *qua Neapolitani commendantur , quod abjecto eodem impio Sergio olim Duce , ac Magiſtro Militum , Paſtorem , & Epiſcopum Athanaſium* habere Judicem elegiſſent . *Nolim tamen (Parergi loco ut hoc addam) Judices , Duceſque Neapolis cum alio ibidem obſervato olim* (c) *Magiſtratu confundas , qui S. Gregorio M. Lib. VII. Ind.* 2. *epiſt.* 108. *dicitur* Major Populi ; *eoque idem Divus functum prodit quemdam Theodoricum , ut habet Lib. VII. Ind.* 3. *Epiſt.* 24. *cum Dux eſſet Maurentius . Etſi Cedrenus pag.* 433. *tradat , conſimili fere vocabulo nuncupatum , qui Cherſonae , urbis ad Meotidem Paludem , indigena , ſuprema eam curare conſueverat poteſtate , priuſquam Theophilus Graecus Imp. ſuos illuc Prae-*

(a) *Sed multa poſt cum aliis inierunt , firmiuſque coluerunt Principibus Beneventi .*

(b) *Quorum Duces non nemini dicti etiam , ut hic , ſunt* Judices .

(c) *Majoris ſane dignitatis nomen , quam Magiſtratus . quod apud eos appellatus* Major Populi .

Praefectos tranſmittere inſtituiſſet. Joannes Boccacius ſane, quem Paulus Benius parum bene capit, nec juſte carpit, ex priſco hujus nominis uſu in Fabella inſcripta : Theodorus, & Violantes, *de praedivite Patritio viro loquens, qui induſtrium valde ſervum impenſe diligebat, ait*: Et ſopra i ſuoi fatti il ſece Maggiore. *Nempe ut intelligendum hinc ſit*, Majorem Populi *apud Neapolitanos non ſummo imperio, ſed juxta demandatam ſibi, definitamque poteſtatem res publicas adminiſtraſſe; cujus praeter caetera, munus fuiſſe vectigalia, redituſque curare, non negabis: modo ejuſdem D. Gregorii rite expendas epiſtolam ſeptuageſimam praefati Libri ſeptimi, ubi de ſuperius dicto Theodoro; qui Vactano pauperi, ſed nobili viro, annuas per biennium viginti urnas vini de Inſula Prochyta, Neapolitanae utique urbi tunc ſubdita, miſericordiae intuitu donaverat. Talis autem* Major Populi *nonnihil diverſus ab eo cenſendus eſt, qui Latine* (a) Loci Servator: *Graece* Τοποτηρητὴς: *hoc eſt* Vicarius, *ſive* Locumtenens *dicebatur, ut alibi pluribus; quo nomine in antiqua chartula de anno* 47. Imp. Conſtantini, & 10. Romani ejus filii, die 2. menſis . . . . . 2. Indict. data Neapoli: *nempe anno Chriſti CMLVIII.* ſive *CMLIX. indigitatum quendam reperi Gregorium*, fil. quondam bonae recordationis Domini Joannis glorioſi Ducis; *ibique ſubſcripſiſſe hac forma* : Ego Gregorius Loci Servator ſubſcripſi. *Eſtque fortaſſis idem ille Domini Joannis filius, in Pacto a patre ejus inito cum Principe Landulfo I. ſubnotatus; advixiſſe enim Ducem illum ad annum uſq; CMLII. (neſcio an etiam ulterius) ex ejus Diplomate diſco apud Latinam Hiſtoriam Neapolitanam pag.* 162. *in quo Indictio, quae tunc cenſebatur* decima, *deprave notata habetur*: ſeptima.

(a) *Sive qui dictus* Loci Servator.

Digitized by Google

PACTUM

ARICHIS PRINCIPIS BENEVENTI

Cum Judice Neapolitano de campo Leburiae &c.

ITem Conſuetudo (*a*), & Pactum

INcipit Pactum, quod conſtituit Dñs Arechiſi glorioſus Princeps cum Judex Neapolitanorum de ſervis, & ancillis, & de terris, & de Legurias, & de Tertiatoribus, que (*b*) communes eſt inter partes.

In primis de Liguria, ut quantum Neapolitani per XX. (*c*) annos uſque modo in dominicatu tenuerunt, nec cenſum inde in partes Langobardorum perſolverunt, ſecuriter poſſideant. Similiter Langobardi quantum per XX. annos uſque modo in dominicatu tenuerunt, nec cenſum iiſdem in partes Neapolitanorum perſolverunt, ſecuriter poſſideant. Alia vero omnia fundora (*d*) fundata, ſive exfundatas, homines, & terras, quibus ſolidi non ſunt dati, dividimus per medium. Terras autem, in quibus ſolidi dati ſunt, per ſcripta firmantes ipſas cartas inter partes per ſacramenta cum tribus perſonis intus domum ſuam ſi voluerimus ipſas terras inter partes recolligere, licentiam habeant Neapolitani reddere medium ex ipſi ſolidi; & Langobardi ſimiliter, & dividere ipſas terras per medietatem. Sin autem, dividantur in tres partes: unam partem tollant Langobardi, aliam Neapolitani, & aliam qui ipſos ſolidos datos habent; facientes inter utraſque partes talem firmatione in ſcriptis, ut a tunc ſecuriter Lango-

(a) *Vid. Oſtienſ. Lib. I. cap.* 18. *pag.* 292.

(b) *Communis igitur tunc erat Liburia Langobardis, & Neapolitanis, ut ſupra*. Prat.

(c) Ex communi vero jure Langobardorum Lib. II. tit. 35. l. 3. & ſeqq. admittebatur praeſcriptio poſt annos XXX.

(d) *Fort. Agri vel culti, vel exculti cum caſis, vel exſtantibus, vel deſtructis. Seu potius qui fundi jam adfixi erant alterutri nationi. Vid. infra in fin. hujus Pacti*. Prat.

gobardi tertiam partem, & Neapolitani tertiam, & ipſi homines, qui ipſos ſolidos habent, tertiam partem ſecuriter poſſideant. Et fundora, vel terras, que in partes Langobardorum venerint in ſortem, nullo modo ipſi homines, qui habitant in ipſa fundora, poſſint (a) infiduciare, vel vendere, aut per qualecunque argumentum alienare in parte Neapolitanorum: & ſi factum fuerit, ipſos ſolidos pereant, & ipſas res revertatur in parte Langobardorum. Similiter & parte Neapolitanorum perficiatur. Exceptuamus ex his omnia fundora de Liburias, qui pertinent ad ipſum (b) * Principatum Capuanum fundata, & exfundata; & homines, & terras, que vobis per Capitularem dedimus, que vos nobis aliquandiu relaxaſtis. Et omnia, que in parte (c) * Langobardorum venerint, per nullum modum, aut per qualecumque ingenium querant habere dominationem Langobardi. Et terras, ſeu ſervos, quos Langobardi diviſos habent cum Neapolitanis per ſcripta, vel quocumque modo definitum habent inter ſe, ſi comprehenſerit qualiſcumque Neapolitan. exinde ſervum ad partem Langobardorum, componat ſol. C. Et ſi alias qualeſcumque res exinde pigneraverit, componat de una cauſa novem: ſimiliter & a parte Langobardorum perficiat.

Quando inſtitutum fuit pacto a Dom. Arechis Glorioſiſſimo primo Princeps Langobardorum cum partem de Neapolim, & firmatum eſt qualiter inter partes eſſe deberent de terris in Liburia, de ſervis, & de ancillis, & de Tertiatoribus, & de omnibus cauſis, transgreſſi ſunt Neapolitani ipſum Pactum, & noluerunt de omnibus predictis rebus

(a) i. *pignerare*.

(b) Alio ſomno tenebatur priſcus iſte, ſed nimis ignavus Librarius; qui ex ſui temporis uſu *Principatum* hic ſuppoſuit pro *Comitatum*. Nam longe poſt Principem Arichim coepit audiri nomen Principatus Capuæ, de quo vide ſup. & alibi etiam. Attentius autem pag. ſeq. nomen retinuit *Comitatus*.

(c) Sed per ſummam quoque oſcitantiam vocabulum, quod aſteriſco notavi *Langobardorum*: videtur ſubſtituiſſe pro *Neapolitanorum*.

rebus vivere ſecundum Pacti tinorem, nullo modo conſenſimus ei illud.

Si quis Langobardus habet comparatas terras in Liburia, & (a) cār emptionis exinde oſtenderit, & pars Neapolitanorum intentionem inde miſerit, jurent a parte Langobardorum tres homines de ſex hominibus, quales pars Neapolitanorum queſierint, dicentes per ſacramentum. *Quia iſte cār veraces ſunt*. Et deinde pars Langobardorum retineat ſibi duas ſortes de hiſdem terris; unam pars Langobardorum, aliam pro ipſis ſolidis datis; tertiam vero partem conſentit inde habere partem Neapolitanorum (b) * cār oſtenderit, quas ei quiſcumque homo feciſſet de terris in Liburia; ſi audet prior de Capua facere jurare tres homines de ſex, quales pars de Neapolim queſierit, dicente per ſacramentum: *Quia iſte terre, quas emptas habere dicitis, de illis hominibus fuerunt, qui cenſum reddiderunt in Capua. Et ſic eos habuerunt Comitatus Capuanus, ſicut alios Maſſarios de Liburias abberentur* (c) * ipſe cartule a tribus hominibus de ſex quales pars de Capua queſierit, & ſi noluerit pars de Capua reddere medium de ipſi ſolidi, quas ipſe cartule continunt, dividantur ipſe terre per medium, & ſi noluerit reddere medium de ipſi ſol. dividantur ipſe terre in tertiam partem: unam partem tollat exinde pars de Neapolim pro ipſa (d) hoſpitatica, & aliam pro ipſi ſolidi tertiam partem tollat exinde pars de Capua.

Si horta fuerit (e) intentio de fundis exfundatis; & dixerit una pars, quia iſta fundora de talibus Tertiatoribus fuerunt: & alia pars dixerit, quia non fuerunt de his Tertiatoriis, quos dicitis; ſed de iſtis fuerunt, quos nos dicimus, non ſit inde ſacramentum, ut una quelibet pars

(a) i. chartam, *& ſic ſemper.*

(b) Legum Lang. Lib. II. tit. 55. l. 5. exponitur modus, quo partiarii hi adhibendi erant teſtes.

(c) Mutila credidi loca, quae notavi aſteriſcis.

(d) *Hoſpitatica ab Hoſpitatione i. ſervitute, quae ab hoſpitatione domicilii ſui quotannis Domino praeſtatur. Hinc Hoſpitatus (de fundo vel domo dici videtur, quae hoſpiti ſub certis ſervitiis conceditur) quod fort. erit* Jus dello ſtallaggio. *Prat.*

(e) i. *contentio.*

pars in perjurium exinde incurrat. Inquiratur diligenter ad qualia hoſpitatica fuerunt pertinentia antiquitus, & tunc ſine ſacramentum, & perjurio poterit inde eſſe finis.

Si (a) cenſiles homo de Liburia patitur oppreſſiones a parte de Neapolim, & noluet exfundare ſe de ipſo fundo, ponit poſt Regiam domus ſue ipſum fuſtem, ſicut antiqua fuit conſuetudo, & vadit ubi voluerit. Si autem pars de Neapolim cum parte Langobardorum potuerit revocare ipſum Tertiatorem in ipſum fundum, & fundare illum ibi, poteſtatem habeant, & ſerviat ambobus partes, ſicut antea ſervivit. Et ſi aliunde voluerit ibi hominem fundare, poteſtatem habeant. Et ſi hoc facere non potuerint, aut non voluerint, dividant inter ſe fundum, & terris ipſius.

Si Liburianus ſerbus de Langobardis mortuus fuerit, habeat ipſe Langobardus in poteſtate ſua omnes res illius.

De ſervis communibus ita fiat. Si exierit de ipſo fundo ſervus ipſe, & intentio de eo horta fuerit, ut ipſe Langobardus eum inde mobuiſſet, aut ad manum eum apprehendiſſet; ſi non audet jurare ipſe Langobardus, quod ille eum de ipſo fundo non mobuiſſet, aut ad manum eum non apprehendiſſet, inveniat illum, & revocet eum in ipſo fundo. Alia talem faciat ipſe Neapolitanus ad ipſum Langobardum, ſi eum inde queſierit. Nam ſua voluntate, ſine conſilio de ipſo Langobardo, aut de ipſo Neapolitano motus fuerit ipſe ſervus de ipſo fundo, & vadit in terram aliam; tunc dividant ipſe Langobardus, & ipſe Neapolitanus ipſum fundum per medietatem cum omnibus pertinentibus de eodem fundo. Tamen quandocumque extra dominationem de Neapolim invenerit ipſe Langobardus eundem ſervum, apprehendat eum, & habeat eum ſue poteſtatis, ſicut ſuum proprium.

(a) *Cenſilis*, qui cenſum ſolvit, idem ac *Tertiator*. Qui vero ſubducebant ſe de aliquo Municipio, vel Pago, in alias ſedes migraturi Portam domus (id namque valet τό *Regiam*) poſita, immiſſaque poſt eam fuſte, ſeu baculo, ne ſtatim de fuga appareret, caute obſerebant. Sed vide num tacitae *exfeſtucationis*, & *exſundationis* hic lateat priſcus ritus.

CAPITULARE

SICARDI PRINCIPIS BENEVENTI

Quo pacem dedit Joanni Electo Eccleſiae Neapolitanae, Andreae Magiſtro Militum, & Populo illis ſubjecto ab An. DCCCXXXVI. ad annos quinque.

INDEX CAPITULORUM

Ex Papyraceis Codicibus.

I. *De Hoſtibus, & (A) Scameris; qui per noſtros fines in veſtros tranſire voluerint.*

II. *De Collata (B), & penſione, & ut ante pignus ſtare non debeatis.*

III. *Ut Langobardus, (*) nec Langobarda nullatenus (C) comparentur, nec in mare venundentur.*

IV.

(A) *Scamarae*, & *Scamares*, de quibus Scriptores, & Langob. Leges, ſunt praedones, & exploratores Principum. Ducangius. Unde Lex illa tit. 1. §. 4. *Si quis Scameram intra Provinciam celaverit, aut annonam dederit, animae incurrat periculum.* Mentio hujus verbi habetur etiam in Epiſt. PP. Stephani ad Pipinum Regem apud Baronium A. DCCLV. Hinc eſt *Scamarare*, ideſt depraedari, aut devaſtare; & *Scamaratores* ſeu *Scamari*, & *Scarani*, ideſt praedatores, de quibus verba facit Muratorius Tom. II. & Tom. VI. in Hiſt. Morenae col. 487. & Tom. XVI. Coll. Ital. col. 413. quem vide.

(B) *Collata* apud Ducang. & Lindenbrog. dicitur vectigal, ſive tributum, quod ab univerſis ſubditis Domino *confertur*. Unde aliquando etiam eleemoſyna dicitur *collata*, ſeu *oblata* Eccleſiis. At quaenam fuerit tributi ſpecies, ignoramus. Conjicere mihi liceat, *collatam* iis ex rebus exigi poſſe, quae in faſciculos colligatae adſportabantur: ſcilicet frumentum, hordeum, far, fabae, piſum, aliaque legumina, aut herbae, quas vel falx meſſuit, aut manus exſtirpavit, collegitque: ii enim faſciculi (ſicuti & ſarmentorum quorumcunque, vel foeni, paleae, & ſimilium) adhuc *Collatae* vulgo adpellantur; & fortaſſe ab Langobardorum aetate.

(C) *Comparentur*, videlicet *emantur*: unde *comprare* apud Italos.

(*) *In Vat. Cod. deeſt* nec.

IV. *Ut Tertiator (D) ſi a Langobardo venditus fuerit, comparetur, & ſuper mare non vendantur.*

V. *Ut negotiatores ab utriſque partibus illaeſi permaneant.*

VI. *De fugacibus liberis, vel ſervis.*

VII. *De homicida, qui exercitalem (E), vel militem, aut ſimpliciter ambulantem occiderit.*

VIII. *De iis, qui juſtitiam exquiſiverunt, & non receperunt, qualiter pignorare debeant.*

IX. *Ut ſi quiſpiam militem, aut aliam perſonam battere (F), aut legare praeſumpſerit.*

X. *De eo, qui in furtum deprehenſus eſt.*

XI. *De (G) furone, & homicida, ut a partibus ambarum reddantur.*

XII. *De (H) Actionariis qualiter peragatur;*

XIII. *De hominibus qui per flumina tranſierint; & ut non detineantur navigia in partibus noſtris.*

XIV. *De Tertiatoribus, & (*) conjectionibus illorum.*

XV. *Ut Cavallus, & Bos extra civitatem nullatenus comparentur.*

XVI. *Ut ante tertiam, & quartam conteſtationem Barbaricum (I) pro quolibet caſu non faciamus.*

XVII.

(D) *Tertiator* dicebatur colonus ille, qui *ad tertiam* tenetur, ſeu qui *tertiam* fructuum Agri domino penſitat. Ducang. Hi ſervi erant, ut infra num XXII.

(E) *Exercitalem*. Qui actu in exercitu militaverat, *exercitalis*; qui vero arcibus, vel Principum cuſtodiae addictus erat, *miles* vocitabatur. Hinc *exercitare*, i. bellum gerere, vel exercitum ducere, ut infra.

(F) *Battere*, Italicum verbum.

(G) *Furone*. *Furones* iidem ac *Fures*. Ducang. In Legibus Liutprandi tit 57 § 1. tit. 94. & tit. 101. § 21. & apud Balutium in Not. ad Capit. fol 1000. & 1017.

(H) *Actionarius* idem qui *Actor*, *Agens*, vel cui *Actio*, ſeu provincia aliqua demandata ſit. Lex Langob. Lib I. tit. 9. §. 28 & alibi Ducang.

(I) *Barbaricum*, nempe expeditio bellica quaevis, & bellum quod ſubſequitur, vulgo nunc: *rippreſaglie*.

(*) *Condictionibus*.

XVII. *Ut pro pignore nullus audeat pignorare.*

XVIII. *Ut pro cauſa cauſa non anteponatur.*

XIX. *Ut ubi exercitare volueritis a nobis nullam laeſionem habeatis.*

XX. *Ut non praeſumat aliquis Tertiatorem exercitalem, aut militem facere.*

XXI. *Ut ſi Tertiator abſconſe exercitalis factus fuerit, aut miles.*

XXII. *Ut ſi quis homo liber uxorem duxerit Tertiatricem* (K).

XXIII. *De Legatariis qualiter illaeſi permaneant.*

XXIV. *De* (*) *fructa* (L).

XXV. *De nefandis criminibus, vel aliis cauſis, ſi in Tertiatores devenerunt.*

XXVI. *Ut ſi aliquis cum Tertiatore cauſam habuerit a parte Reipublicae.*

XXVII. *De* (M) *Sigillatico, & (N) Nuptiatico.*

XXVIII. *Ut non praeſumat aliquis abſque conſilio Principis lignum excidere a parte Reipublicae.*

XXIX. *Ut non tollatur a Tertiatoribus excuſaticum,* (O) *& Porcos.*

XXX. *Ut invito non detur pretium a Tertiatore pro tritico, aut vino.*

XXXI.

(K) Hinc deducitur, *Tertiatores*, & *Tertiatrices* apud Langobardos non liberos, ſed ſervos fuiſſe.

(L) Lege *Fracta*, ideſt deſtructione, a verbo *frangere*, ſeu deſtruere.

(M) *Sigillaticum* a *Sigilla*, quae erat penſio quaedam, quae praeſtabatur. Ducang.

(N) *Nuptiaticum*, erat tributum, ſeu vectigal, quod pro nuptiarum facultate domino ſolvebatur. Adhuc XIII. ſeculo *Nuptiaticum* praeſtabatur, ut ex veteribus chartis colligitur.

(O) *Excuſaticum*, ſive *Excluſaticum* ab clauſura, ſeu *excluſa* animalium dicta. Vel *excuſſaticum* ab excuſſione glandium ad porcorum nutritionem. Ducang. & Lindebrog. At legerem potius: *eſcaticum* cum Cl. Murator. nam eſca pro glande a veteribus uſurpatur, Chr. Vulturn. pag. 435. habet: *Qui porcos habuerit dent eſcaticum de undecimo porcos unum*. In part. 2. Tom. II. pag. 380. *ſine Datico*, *Herbatico*, *Eſcatico*, vel *Glandatico*. Vid. eund. Murat. Diſs. de Tributis.

(*) *Fracta.*

XXXI. *Ut ſingula Caſtella non tollant* (P) *Reſponſaticum, niſi de locis ſibi pertinentibus.*

XXXII. *Ut coloni Tertiatores non dent in Collata, nec in Pactum.*

XXXIII. *Ut non liceat piſcare Militem, & (Q) ideo (a) patientent abſque conſcientia Principis.*

XXXIV. *De Modiatico (R).*

XXXV. *De Reſponſatico, & Modiatico.*

XXXVI. *De (b) Lavari (S), vel de aliis Maſſis.*

XXXVII. *Ut ſi Miles abſconſe in lacu Patrienſe piſcaverit.*

XXXVIII. *De Angre (T).*

XXXIX. *De Stabi (V).*

XL.

(P) *Reſponſaticum*, nempe penſio, & onus quoddam tam ſuper rebus, & praediis, quam perſonis: quod deinde fort. *capitatio* dicta fuit; de quo tamen dubitat Murat. Diſs. cit.

(Q) Legerem cum Peregrinio: *piſcare militem in Lacu Patrienſe abſque conſcientia* (ideſt *venia*) *Principis* Benev. Igitur in Lacu Patrienſi jam actio piſcandi promiſcua erat Langobardis, & Neapolitibus: qui profecto piſcari ubicumque voluerint, nequibant abſque Principum Langob. ſcientia, ſive facultate. Vide infra num. XXXVII.

(R) *Modiaticum*, *Modiatio*, *Modiagium* menſura quae fit per modios. Item penſio pro quolibet modio. Rurſus penſitatio frumentaria pro quolibet modio annonae. Charta Rogerii Regis An. MCXXXVII. apud Ughell. Tom. VII. pag. 84. *ut deinceps Salernitani pro Modiatico aliquod non perſolvant &c.* Charta Monaſt. Monial. S. Mariae Capuae An. MCXCVII. *itaut Modiagium in annos ſingulos exſolvant &c.*

(S) Legit Peregrin. *Lactari*, fort. *Lettere*, a Monte Lactario, de quo pluries mentio in Tabulario Cavenſis Coenobii, & S. Mariae Matris Domini Nuceriae. Poſſet etiam inter Maſſas, ſeu pagos & Villas pro *Lavari* intelligi fort. *Livari*, aut *Livardi* prope Nolam. Alii melius rem expendant, ſi lubet.

(T) *Angre*. Nomen ſuum adhuc ſervat *Angri* prope Nuceriam, & Principatus titulo decoratur.

(V) *Stabi*: ſcil. *Stabiis*, nunc *Caſtell' a Mare di Stabia*, a veteribus *Stabiarum* ruinis parum diſſita mari proximior nova urbs, quam antiqua; cujus modo rudera effodiuntur, ibique plura monumenta, aquaeductus, marmora, aeneaque eruuntur inſignia, quae typis fort. dabuntur.

(a) *Patientem*. An. *in Lacu Patrienſe*.

(b) For. *Lactari*, vulgo *Lettere*.

Digitized by Google

XL. *De Ponte Lapideo, & de Plagia* (X).
XLI. *De Fluvio diu* (a) *concello* (Y).
XLII. *De Monte Veſubio, & de Colonis* (Z).
XLIII. *De Colonis* (b) *Tranſmontanis* (c); *ut a partibus revocentur*.
XLIV. *De* (d) *Amalfinis; qualiter* (e) *pagantur*.
XLV. *De Aqua, Herba, & Collata*.
XLVI. *De pravis hominibus, qui illicite per partes ambulaverint*.
XLVII. *De Tertiatoribus, qui inter partes vagantur*.
XLVIII. *De ſervis, & ancillis utriſque partibus*.
XLIX. *Conſtitutio Juramenti*.

CAPITULARE.

IN nomine Domini Dei, & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, & Beatae, & Glorioſae Dei Genitricis, ſemperque Virginis Mariae. Dum ea, quae Dei praecepta ſunt partes obaudiunt, tunc ipſius adimplere probantur mandata, & ad pacis concordiam pro ſalute Chriſtianarum animarum perveniſſe monſtrantur. Pro quo promittimus Nos Dominus vir Glorioſiſſimus Sicardus Langobardorum gentis Princeps vobis Joanni Electo Sanctae Eccleſiae Neapolitanae, & Andreae Magiſtro Militum, vel Populo

(X) *Pons iſte Lapideus*, ille profecto erat, qui non longe a Sarno urbe etiamnum viſitur, ex quo in Nolanum agrum iter: in quo *Plagia*, ſive *Playanum*, ut ex Chartis Nolani Tabularii patet.

(Y) *Fluvius Draconcellus*, ſive *Draco*, nunc *il fiume di Sarno*, qui ad Turrem XII. vulgo *Torre della Nunziata* in mare ſe exonerat in loco *Bottaro* vocitato. Vid. Peregr. in Camp.

(Z) *De Monte Veſubio*, nunc *Monte di Somma*, ignivomo, alibi dictum eſt *De Colonis*. qui circa ipſum incolebant erant fort. *Troclea*, *Summa*, *S. Georgius ad Cremanum*, *Turres VIII. Leucopetra*, *Porticus*, *Raetina*, *Theoducium*, de quibus alibi.

(a) *Concello*: for. *Draconcello*, qui Procopio de bello Goth. Lib. ult. dicitur *Draco*.

(b) *Tranſpontanis*.

(c) Vulgo *Tramunti locus inter Nuceriam*, & *Cavas*. Prat.

(d) For. *Amalfitanis*.

(e) *Peragantur*.

lo vobis ſubjecto Ducatus Neapolitani, & Surrenti, & Amalfi, & caeteris Caſtellis, vel locis, in quibus dominium tenetis, terra, marique pacem veram, & gratiam noſtram vobis daturos ab hac quarta die menſis Julii *(a)* Indictione XIV. uſque ad annos quinque expletos. Unde pro ſtabilitate promiſſionis noſtrae, ut nobis ſine aliqua dubitatione credere poſſitis, & in noſtra concordia firmius permanere, de iſtis Capitulis omnibus ſubſcriptis de praeſenti Judices noſtros, qui ſubtus notati ſunt, quales nobis quaeſiſtis, jurare fecimus per noſtram juſſionem, quatenus ſi a parte veſtra remiſſio, quam nobis voluntarie feciſtis, in omnibus fuerit adimpleta, haec, quae a Nobis parti veſtrae promiſſa, & ſcripta ſunt, impleantur tam vobis, quam omnibus civitatibus, vel Surrento, vel Amalfi, & caeteris Caſtellis vobis ſubjectis terra, marique; & nullam laeſionem, neque in hominibus veſtris, neque in rebus eorum a nobis, vel ab his, qui nobiſcum ſunt, vel fuerint, gravabuntur. Neque per exercita, aut curſas, neque per Scammeras, neq; per *(b)* pertradicios *(c)*, quod a partibus veſtris nobiſcum ſunt, vel fuerint, nobis volentibus, aut conſentientibus, aut noſtram voluntatem contra vos ſubmiſſos. Et ſi contigerit, quod minime credimus, ut fiat hoc, repromittimus, quod ſecundum hujus Pacti continentiam, ſicut ſubjicitur confirmatum paruit, juſtitiam vobis de omnibus Capitulis conſervaturi per omnia ſumus.

I. Et hoc promittimus, ut ſi quis Hoſtis, aut Scamaras per noſtros fines ad laeſionem contra vos venire tentaverint, & ad noſtram pervenerit notitiam, nos ſecundum poſſibilitatem noſtram vobis eos laedere non permittimus. Et ſi cognoverimus alia die facta Langobardorum venire ad laeſionem Ducatus veſtri Neapolitani, vobis nunciamus, aut certe in tertio die uſque ad virtutem, & poſſibilitatem noſtram eis reſiſtere. Hoc enim

Cc 2 ſtetit,

(a) *An. DCCCXXXVI.*

(b) *Per Tradicios. Petradicios.*

(c) *Per tradicios*, i. *per hoſtes*, & *praedones*. Prat.

ſtetit, ut ſi aliqua (*a*) claſma facta fuerit in finibus veſtri Ducatus Neapolitani, ſicut tantum, ut in finibus Principatus noſtri Beneventani nec panem, nec aquam a quopiam homine bonae voluntatis accipiat: excepto ſi brachio forti, hoſtili more, tollere potuerit. Si autem ea ſuſpicio fuerit, quia per loca Principatus noſtri Beneventani, aut per conſilium, & conſcientiam noſtram aliqua claſma a veſtris hominibus facta fuerit, ut ſacramenta perveniant a partibus purificantes vos per perſonas quantas, & quales volueritis, quia nec per conſilium, nec panem, nec aquam cum noſtra voluntate de noſtris finibus ſuſceperunt, & ſit cauſa finita. Si autem approbatum fuerit, quia cum conſilio Principatus noſtri ipſa laeſio facta eſt in Ducatu veſtro Neapolitano, tunc ſubjaceat pars noſtra parti veſtrae (*b*) Romanorum ipſum damnum in duplo reddere; poſtquam deſiderantes concordia pacis, Domino permittente, a Nobis Dopno viro Glorioſiſſimo Sicardo Principe percipere meruiſtis digne, & voluntarie nullo contradicente ex noſtris civibus.

II. Sed ad firmandam vobis libertatis, & pacis caritatem, per quam vos creditis illaeſo gubernari, ſpopondiſtis nobis, cui ſupradicto eximio Principi Sicardo a modo (*c*), id eſt quarta die menſis Julii Indictione XIV. per unumquemque annum dare Nobis Collatam (*A*) & Priſtinam, quam conſueti fuiſtis dare. Si vero ante quinque annos expletos, ſicut ſuperius ſcriptum eſt, Pactum noſtrae gloriae irritum feceritis, Nos licentiam habeamus omnibus modis pignorare infra civitatem. Et ſi (*d*) anteſtare noſtris hominibus praeſumpſeritis antequam tanta pigno-

(A) *Collatam, & Priſtinam*. De *Collata* ſuperius dictum eſt. *Priſtinam* tributum intelligo, quod a *priſtinis* temporibus dari ſort. conſueverat (& cujus aliquid lucis in Erchemp. effulget): cujus initium ignoratur, & a quo inductum: idem proinde ac *conſuetudo*. Ducang. Murat. Aliis rem melius expendendam relinquo.

(a) i. *Vindicta*, *ſeu irruptio*, & *repreſalia*. Prat.
(b) i. *Graecorum*.
(c) i. *nunc*.
(d) i. *contradicere*.

Digitized by Google

gnora apud Nos habeamus, per quae ad noſtram plenam uſtitiam pervenire poſſimus, tum de iſtius Pacti corruptione noſtri ante quinque annos expletos, vel ſi ante pignus ſteteritis de iſtis ſupradictis Capitulis componere Nobis debeatis ſecundum veſtram promiſſionem auri ſolidos Beneventanos numero tria millia. Et inſuper per Scamaratores, ſeu Curſas, & publicum exercitum oppreſſionem facere uſque ad noſtram ſatisfactionem. Quod ſi, Domino juvante, & noſtra gratia comitante, in his, quae nobis pacti eſtis, immobiles ſteteritis uſque ad praedictos quinque annos expletos, & haec nobis ſupradicta ſingulos annos perſolveritis, hoc repromittimus, ut ſecuri, & illaeſi a noſtra parte in noſtris finibus permaneatis.

III. Hoc *(a)* ſtetit, ut Langobardum nullatenus comparetis, nec ſuper mare venundetis. Quod ſi factum fuerit, ipſa perſona Nobis tradatur, qui comparavit cum illo, quem comparavit; ut ſimul qui comparavit, quam etiam, qui venundavit, ambo Nobis tradantur. Et ſi non haec dilatio pervenerit, componat ſolidos centum, & ſupradictae perſonae tradantur; & ſi ſuper mare venti *(b)* fuerint, componat ſolidos ducentos, qui hoc malum perpatravit.

IV. Et hoc promittimus de Tertiatoribus; ut ſi a Langobardo venditi fuerint, comparentur, & nullatenus in Nave imponantur, aut trans mare venundentur: excepto ſi homicidium fecerit, aut facere voluerit, habeat ſibi licentiam eum vendere; ita *(c)* tamen, ut quinque perſonae praebeant ſacramentum, quod ipſe homicidium fecit, aut facere voluit, & ſi ipſa ſacramenta deducere minime auſus fuerit, ipſa perſona tradatur, & componat ſolidos centum.

V. De negotiatoribus vero ambarum partium ſtetit; ut liceat per fines noſtros Principatus noſtri Beneventani negotium ſuum peragere, & pro quovis acceſſu, quod inter

(a) i. *Definitur.*
(b) For. *venditi.*
(c) *tm*, & ſic ſemper, quoties in altero Codice eſt: *tamen.*

Digitized by Google

inter partes pervenerit, non debeantur laedi, vel detineri, aut pignorare; ſed illaeſi abſque aliquo damno ad propria revertantur. Si enim & pro qualibet occaſione pignorati fuerint, ut ipſum pignus in integrum reſtituatur eis, & componat, qui hoc facere praeſumpſerit, cui injuriam fecerit, ſolidos viginti quatuor.

VI. De fugacibus ita ſtetit; ut ſi liberi, aut liberae fugient a partibus veſtris, & vobis ſuaicentibus (a) res alienas ſecum detulerint, res ipſae in integrum reſtituantur, & illi ſint, ubi voluerint. Servi vero, & ancillae, ſi a partibus fugerint, a praeſenti die reddantur dominis ſuis cum rebus ſuis in integrum, quae ſecum detulerint: accipiente Judice loci per unamquamque perſonam auri ſolidum unum, juxta antiquam conſuetudinem, nam non habeat Judex licentiam amplius accipere: ſi autem praeſumpſerit amplius accipere, reddat quod tulit in duplum. Si enim cognitus fuerit ſervus a ſuo domino, & venerit cum Epiſtola, & noluerit eum reddere Judex loci, & effugerit, aut mortuus fuerit ipſe ſervus, tunc ille Judex loci, qui noluit eum reddere, det pretium ejus ſolidos XXIV. Sic tamen, ut ſi quo tempore ubique in Principatu noſtro Beneventano inventus fuerit ipſe ſervus, ut ille Judex, vel alia perſona, quae ejus pretium dedit, recipiat quod dedit, & ſervus revertatur ad anteriorem dominum ſuum. Si enim & aliquis a partibus venerit ſervos, & ancillas quaerendo, & Judex loci illius dixerit non ibidem fuiſſe, tunc tres perſonae praebeant ſacramenta, quia nec ſuſcepit, nec in conſcientia habet, ubi ipſe ſervus eſt; & ſit ipſe ſolutus.

VII. De homicida vero ita ſtetit; ut ſi quiſpiam exercitalem aut militem, vel quamlibet aliam perſonam ſimpliciter ambulantem praeſumpſerit occidere tempore pacis, ipſa perſona modis omnibus tradatur, audita cauſa infra triginta dies non liceat pignorare.

VIII. De juſtitia autem ita ſtetit; ut ſi quiſcumque homo cauſam habuerit pro qualibet re, ut vadat ſemel, & bis

(a) i. *ſuadentibus*.

& bis cum epiſtola Principis, vel Judicis ſui; & ſi minime ei juſtitia fuerit facta, (a) pignorare infra civitatem; & ſi ſic ei juſtitia fiat minus, (b) nec tunc habeat licentiam foris civitatem qualiter pignus facere, tam in Langobardos, quam etiam in inquilinos, vel qualibet perſona praetendere potueris, excepto negotiante, non habeat licentiam pignorandi: & ſi factum fuerit, componat, ſicut ſuperius affictum eſt. De aliis vero perſonis, vel rebus habeat ſicut proprium ſuum (c) menandum, & gubernandum uſque ad menſes tres. Et ſi neglexerit Judex loci juſtitiam facere, habeat iterum licentiam quaeſtor pignorare de loco, ubi cauſa quaeritur. Et ſi contigerit juſtitiam factam, ut ipſum pignus moriatur, aut perierit, non calumnietur ille, apud quem ipſum pignus fuerit, ſed reputet ſibi ille, qui juſtitiam facere neglexit: tamen ille, apud quem pignus fuerit, praebeat ſacramentum, quia eum nec donavit, nec venundavit, nec alienavit; ſed tanquam ſuum proprium habere, & gubernare voluit, & quid factum eſt neſcio; & ſit cauſa finita. Si autem vivum, & ſanum fuerit inventum ipſum pignus, in integrum (d) reddatur domino ſuo; ita tamen, ut reſideant Judices a partibus in loco, ubi ea cauſa quaeritur; & ſi claruerit, quia juſte pignoravit, accipiat juſtitiam ſuam, & componat ei (e) debitos ſolidos ſex, pro eo quod ante pignus-juſtitiam ei minime fecit: ſi enim & claruerit, quia injuſte pignoravit, componat ſolidos ſex, & pignus ſalvum reddat.

IX. Si autem quiſpiam militem, vel quamlibet aliam perſonam ſimpliciter ambulantem ligare, aut battere praeſumpſerit, tempore pacis, componat, cui injuria facta fuerit, ſolidos centum. Si autem ad ſervi quiſpiam perſonam hoc facere praeſumpſerit, componat ſolidos XXIV.

X. Et ſi quiſpiam homo ſuper (f) furtum inventus fue-

(a) For. deeſt *liceat*.
(b) *In Cod. Vat. leg.* ne.
(c) i. *ducendum*, & *adſportandum*.
(d) *Cod. Vat.* dedatur.
(e) *Cod. Vat.* debitor.
(f) i. *inſtaganti*.

fuerit, & non dederit manum ad prendendum ſe, & mortuus fuerit, non requirantur; tamen tres perſonae bonae de loco, ubi factum fuerit, quales quaeſierint parentes; aut patronus mortui, dent ſacramentum, quia mortuus ille in furto inventus eſt, & non dedit manum ad ligandum, & amplius non quaeratur, minus nec homicida ipſe tradatur. Quod ſi vivus deprehenſus fuerit ipſe fur, in hoc modo, ſicut ſuperius legitur, tres perſonae praebeant ſacramentum, quia ſuper furtum deprehenſus eſt, & de praeſenti tollantur ei oculi, & poſt datam ſententiam recipiant eum parentes, aut dominus ejus.

XI. De furone vero, & homicida ita ſtetit, ut ſi quiſcumque homo homicidium, aut furtum in ſua patria facere praeſumpſerit, & fuga lapſus fuerit, modo de praeſenti a partibus reddantur.

XII. De Actionariis vero ambarum partium ita ſtetit; ut illaeſi debeant ambulare per actiones ſuas, utilitates ſuas peragendo, & nullus praeſumat eis injuriam, aut laeſionem facere; ſi enim injuriatus fuerit verbo tantum, componat ſolidos duodecim. Quod ſi manum ſuper eum miſerit, componat ſolidos centum. Si autem aliquis praeſumpſerit Actorem occidere utilitatem ſuam peragentem, ipſa perſona omnibus modis tradatur.

XIII. Item ſtetit de fluminibus, qui in fine Capuana ſunt; hoc eſt Patria, Volturnus, atque Minturnus: ut in ipſa *(a)* Trajecta ſit licentia tranſeundi, tam negotiantibus, quam etiam reſponſalibus, vel militibus, ſeu aliis perſonis de Ducatu veſtro Neapolitano, ſalva conſuetudine noſtra, illaeſi debeant tranſire: Barcas enim, quae ibidem ad oram *(b)* advenerint, vel pro tempeſtate ſubduxerint, aut applicaverint per totam ipſam plagiam, vel ubicumque in fine Principatus noſtri venerint, ſecurae, & illaeſae, ſicut ſuperius legitur, debeant eſſe; ſi autem

(a) i. *ſcapha, per quam trajiciebatur Mon. Sangall. Lib. I. de Carolo M. cap. 32.* ſi quidem Pontes, vel Naves, aut Trajecti &c.

(b) *Cod. Vat.* ora cauſaverint.

autem voluerint negotiare ibidem, perſolvant ſecundum antiquam conſuetudinem tantum. Ut ſi, peccato faciente, navis rupta fuerit, res, quae in ea inventae fuerint, eis reddantur, cujus fuerint, & cujus ſunt; homines autem ſani, & illaeſi ad propria ſua revertantur. Et hoc ſtetit, ut deinceps pro quavis occaſione navigia veſtra in partibus (*a*) Lucaniae, vel ubicumque in finibus noſtris non detineantur.

XIV. De Tertiatoribus vero hoc ſtetit, ut nulla nova (*b*) eis a parte Reipublicae imponatur, excepto antiqua conſuetudine, hoc reſponſaticum ſolum, & (*B*) angarias (*c*), & calcarias (*C*); ſimul & ad dominos ſuos angarias, & (*d*) penſiones ſecundum antiquam conſuetudinem, nec non & (*D*) exenium ad (*e*) invicem unum ſemel in anno, quod fuit priſca conſuetudo; nam nulla alia nova (*f*) imponatur a parte Reipublicae ad eos, qui ſe dividunt, niſi tantummodo reſponſaticum, & angarias ſupraſcriptas; & ſi quis hoc praeſumpſerit facere Reipublicae, ut ad Tertiatores amplius imponantur, niſi ſupra-

(B) *Angarias*. Aliquando Angaricae pro Veredorum ſtatione, in quam publici curſores divertunt, equoſque mutant. Vel pro jumentorum, vel plauſtrorum penſitationibus per viam directam; & *Perangariae* alioverſum Leg 7. C. de Fabricenſ. Lib II. Leg. 4. C. Th. de curſu publ. ubi Gothofr. Inſuper onera dicuntur agris, aut perſonis impoſita, & dicitur ab Auctoribus *compulſio*, vel *injuſta coactio* (a verbo *ango*) & erant onera perſonalia, ſeu ſervitia, quae quis in ſe adimplere cogitur, vel propriis ſumtibus inſervire; vel ſunt opera poſſeſſionibus impoſita, ut in Capitul. Caroli M. & aliorum apud Goldaſtum, & apud Scriptores: unde *angariare* idem ac compellere. Ducang. Lindenbrog. & paſs. Lexicographiſ.

(C) *Calcarias* Ab Ammiano Lib. XXVII. uſurpatur pro ipſamet fornace *calcaria*. Interdum tamen pro ipſa penſitatione, quae praeſtabatur *pro calcis coctione*; inde *Calcarienſes* Leg. 36. C. Th. de Decurion. qui calcis excoquendae operibus obſtricti erant. Iidem ut ſup.

(D) *Exenium* idem ac *donum*, *oblatio*, *munus*, ſeu quodcumque ſub nomine doni tributum, ſive ſervitium.

(a) *Uſquequo Beneventi tunc Ducatus extenſio*.

(b) For. deeſt *conjectio*.

(c) *Cod. Vat. deſ.* &.

(d) *Deſ.* &.

(e) *Ad Ducem*.

(f) Deeſt *conjectio*.

praſcripta Capitula, nam nulli alii homini. Et ſi quis inſuper hoc facere praeſumpſerit, componat *(E)* ſolidos XXIV. & quod tulit reddat.

XV. Item ſtetit, ut non habeat licentiam quiſpiam a partibus foris Civitatem, Cavallum, aut Bovem comparare, niſi infra Civitatem, vel in Mercato in praeſentia de Judicibus, & ab eis ipſe venditor cognoſcatur; & ſi venditor a Judicibus cognitus non fuerit, & nullatenus habeat licentiam comparandi; ſi autem & comparavit foris Civitatem, vel in Mercato, aut in Civitate ſimul in praeſentia de Judicibus, ſicut dictum eſt, & venditor non fuerit cognitus, ſit ipſe emptor fur, & reddat Cavallum, aut Bovem; ſi enim liber fuerit, abſcindatur ei manus, aut certe, ſi voluerit, det pretium de illa manu ſolidos quinquaginta; de ſervo vero, ut ipſa perſona tradatur, aut ſi voluerit ipſe Dominus ejus, det pretium de ipſo ſervo ſolidos viginti quatuor. Si autem venditor negaverit, ut non ipſum Cavallum, aut Bovem vendidiſſet, & illi, in quorum praeſentia venditur, fuerint perſonae *(a)* utiles, quibus credatur abſque crimine, non habeat licentiam venditor negandi; ſed illae tres ſi *(b)* non fuerint fide dignae perſonae, praebeant ſacramenta, quia in noſtra praeſentia vendidiſtis, & tantum pretium tuliſtis; tunc reddat, quod tulit, & illi tradatur, cui Cavallus, aut Bos fuerit; ſic tantum, ut non eum ſanum apud ſe detineat; & ſi voluerint parentes, aut domini ejus eum liberare, dent pretium ejus, ſicut ſuperius affictum eſt;

& ille

(E) *Solidos*. Solidorum nulla prorſus ante Conſtantinum M. memoria. Solidus aureus pro temporum ratione diverſus erat. In Lege Salica XL. denariis conſtitiſſe legitur. Sub Pipino Rege ad XII. denarios taxatus, idque confirmatum a Carolo M. Ann. DCCXCVII. ut a Capit. ejuſdem editis ab Holſtenio §. 1. *In argento XII. denarios ſolidum faciant*. At fort. erravit Ducangius ſolidos aureos XL. denar. cum argenteo confundens XII. denar. Iis, ut putant, *floreni* ſucceſſere. Vid. Covarruv. de veter. Numiſm. Collat. cap. 3. Scaligerum Lib. de Re Numm. Le Blanc. tract. de Monet. pag. 39. ſeq.alioſque.

(a) i. *boni, & probi homines, ut in Geſt. Reg. Francor. cap. 7. apud Fredegar. & Aimoin. Lib. I. cap. 8.*

(b) *Deſ.* non.

Digitized by Google

& ille, cujus Cavallus, aut Bos fuerit, res ſuas recipiat. Si vero contigerit ante juſtitiam factam ipſum Cavallum, aut Bovem mori, det pretium pro Cavallo ſolidos octo, & pro Bove ſolidos quatuor, & pro hoc Capitulo nihil accipiat Judex loci illius.

XVI. Sed hoc promittimus, ut non pro quovis exceſſu Barbaricum facere, aut curſas mittere ante primam, ſecundam, tertiam, & quartam conteſtationem; & ſi homicidium a partibus pervenit, & minime juſtitia a partibus infra trigeſimo die facta fuerit, ſicut ſuperius ſcriptum eſt, ſit in hoc pactum ſolutum. De aliis vero Capitulis, quae infra hoc pactum affictum eſt, minime diſſolvatur; ſed firmus, & ſtabilis uſque in praefinitum tempus debeat permanere, ſi ea, quae in hunc pactum affiĉta ſunt, inviolabiliter conſervatum fuerit.

XVII. Sed hoc ſtetit, ut ſi quis a partibus pro pignore pignoraverit ante juſtitiam factam, reddat pignus, & componat ſolidos XII.

XVIII. Sed hoc placuit, atque convenit, ut nullus homo cauſam pro cauſa interponat; ſed ubi prius cauſa quaeritur, faciat juſtitiam quaeſitori ſine ulla oppoſitione; nam non habeat licentiam dicendi, quia ſi non reddis hoc, non tibi faciam juſtitiam. Et ſi quis pro tali occaſione juſtitiam facere diſtulerit, tunc diſtrictus (*a*) juſtitiam faciat, & componat negator juſtitiam quaerentibus ſolidos ſex.

XVIII. Et hoc promittimus, ut ubi volueritis exercitare in alio Ducatu pertinenti Ducatui veſtro Neapolitano per terram nobis ſubjectam, nullam laeſionem a Principatu noſtro Beneventano Ducatui veſtro Neapolitano, vel in cunctis finibus, terra, marique pro quavis alia occaſione ab hominibus (*b*) . . . .

Caetera deſiderantur in ſtriptis Papyraceis Codicibus. At ad hujus oram ſero Leges conferre volui Langobardorum; jam enim Typographus operam ſuam feſtinaverat. Hae tamen a Muratorio additae ſunt, & heic adjicere quoque volui. *Prat.*

Dd 2 DE

(a) *Cod. Vat.* inſtigam.

(b) *Recordationem factam a me.*

DE CAPITULARI

PRINCIPIS RADELCHISI.

BElluina, immaniſque Principis Sicardi (a) feritas, morte nihilo clementiori a Proceribus ſuis contuſa, potuiſſet quidem Beneventanae regioni tempora reſtituere tranquilliora; niſi impia debriatus ille veſania patrium Principatum germano fratri Siconulfo, vel exilio, quo vivens proſcripſerat innocentem, vel omniformi vitioſitate, qua genus ſuum maxime inviſum omnibus fecerat, praeripuiſſet. Aequi enim juſtique regiminis vindices, Tyranno ſublato, in novum Principem Radelchim ſummum detulere imperium, a quo Landulfus Campanus Comes, aut una, aut altera (b) cauſa ſibi timens (nam Anonymus Salernitanus Erchemperto, Ignotoque Caſſinenſi non concordat) facile diſceſſit; conquiſitoque colore exulis Siconulfi partes promovit. Qua ille fultus factione, ut prae aliis diſertius teſtatur (c) Oſtienſis Lib. I. cap. 23. Principatus dignitatem, maximamque regionis partem eſt indeptus, perpetuis interea duodecim annis, dum uterque Princeps, vel delatam, vel debitam tueri conabatur dignitatem, omni CisTyberina Italia multiplicibus, infandiſque jactata malis; quibus ipſa quoque Capua

,, Illa potens, opibuſq; valens, Roma altera quondam *(d)*.
in cineres abiit: Afros ſibi, Divino conſilio, ſemel hoſpites, bis hoſtes, ſemper exitio experta. Sed his tandem indeſinentibus aerumnis finis utcumque datus fuit, imperio intercedente Regis Ludovici, Lotharii Imperatoris filii; Radelchis, & Siconulfus, voto unanimi, ampliſſimum Beneventanum Principatum in duas diſſecuere partes; quarum

(a) *Principatus Beneventi diſciſſus impietate Principis Sicardi.*
(b) An dicam utraque?
(c) Hoc voluit Oſtienſ. non autem monitum a Land. filiis datum.
(d) Auſonius in Catal. Urbium: De Capua.

rum quae Borealior, & Hadriatico finitur mari, ceſſit Radelchi; oppoſitam vero regionem, ad Meridiem verſam, Tyrrhenoque adjacentem, Siconulfus obtinuit, quae pari longitudine, ac illa ab Oriente in Occidentem extenta, infra ſe habebat (a) Salernum, munitiſſimam tunc urbem, Beneventique Principibus ab Arichis tempore ſuper omnes excultam, quo ſe novus Princeps ab exilio receperat, ibidemque ſedem fixerat ſuam: Capua per eoſdem annos non adhuc ad Vulturni fluenta ex cineribus renata ſuis, Campaniſque nec firmo animo Caſtrum, ſive urbem Sicopolim incolentibus, qui ſub proprio tunc erat Comite Landone, viro ſane viribus, opibuſque praepotenti; a quo, & ab ejus genitore Landulfo ſatis habuit Siconulfus in Principatum ſe provectum ſuum. Hoc igitur pacto duplex ex uno factus eſt Principatus. Sed an mala ſic tandem omnino ceſſarint, Erchemperti Hiſtoria num. 20. te docebit: Praeſens autem Capitulare initae diviſionis formam ſolummodo demonſtrabit, quod ex ſcripto Membranaceo Codice Bibliothecae praeclariſſimi Monaſterii Caſſinenſis ſignato num. 353. excepi: idemque habent Papyracei non ſemel mihi laudati Codices, qui modo dictam Hiſtoriam Erchemperti pariter continent.

CA-

(a) *Salernum novi Principatus ſedes; & quare.*

CAPITULARE

RADELCHISI PRINCIPIS BENEVENTI,

Quo pactum diviſionis Principatus Beneventani firmavit cum Siconulſo Principe Salerni Anno DCCCLI.

I. EGo Radelchiſus Princeps, concedo tibi Siconulſo Principi Salernitano firmiſſimam pacem de integra parte Principatus Beneventanae Provinciae, quae tibi nominatim evenit per *(a)* ſingularia integra Gaſtaldata, ſeu miniſteria, quae hic deſcripta ſunt, & ſicut hic fines locorum deſcripti ſunt inter Conſiam, & Salernum, & Capuam a parte Beneventi.

II. Ita quidem, ut a modo, & deinceps per nullum dolum, aut ingenium, vel qualemcumque occaſionem exinde a tua poteſtate ſubtraham tibi, & illi, qui per tuam voluntatem fuerit Princeps electus, qui poſt veſtrum deceſſum in tua portione principandi poteſtatem ſuſceperit in Civitate Salerni.

III. Et neque cum populo mihi ſubjecto, neque Francis, neque cum Saracenis, neque cum alia quacumque generatione exinde de praeſenti die ſubtraham, vel impugnabo, aut delebo, neque ſubmittam, qui talia faciant; & talia facere volentibus, ac facientibus adjutorium nullum impendam, & per meam terram non permittam, neque dimittam aliam generationem venire ad contrarietatem terrae, ac populi veſtrae partis, cui generationi ego cum populo, qui in mea terra habitat, vel habitaverit, reſiſtere potero, ſicut ſi in mea terra voluerit facere *(b)* damnitatem, *(c)* donec cum Francis fidem, & pactum, ſicut promiſiſtis, obſervaverit; & vos, ve-

ſtrum-

(a) C. *V.* ſingulari & integra.

(b) *i.* damnum.

(c) C. *V.* id nec.

ſtrumque populum liceat per terram meam tranſire contra illos hoſtiliter, & cum *(A)* ſcara ad vindicandum abſque homicidio, vel incendio, & depraedatione, ſeu *(B)* zala de populo, & terra mea, & oppreſſione Caſtellorum portionis meae, excepta herba, & ligna, & aqua, quas vobis non negabimus. Et ſi contigerit eſſe factum, pax exinde non diſrumpatur, ſed ſit exinde juſtitia.

IV. Omnium rerum Sanctarum Eccleſiarum, Epiſcopatuum videlicet, vel Monaſteriorum ſub regula degentium, ſeu Xenodochiorum, ibi cenſus rationes reddentur de ſuis ſingulis ſubſtantiis, ubi capita ſunt earum: praeter Monaſteria Sancti *(a)* Benedicti, & Sancti Vincentii, quae ſub defenſione Domini Imperatoris Lutharii, ejuſque filii Domini Ludoguici Regis ſunt, ut ſingulae Eccleſiae ſuum primatum habeant integrum, ſicut ſemper habuere in omni loco, quemadmodum decet cauſam Dei: exceptis Canonicis, Abbatibuſque ad Palatium pertinentibus; nam Abbatum res, quae ad Palatium pertinent, in cujus diviſione res ipſae venerint, ille eos habeat, in cujus fuerint parte.

V. Et omnes Monachi, & Monachae redeant ad ſua Monaſteria, ubi prius habitaverunt, ut habitent, & militent ibi Deo ſub magiſterio illic praeordinatorum, ſicut ratio, & conſuetudo eſt: exceptis illis, qui per virtutem aliorum illuc introierunt, aut in Palatio ſerviunt.

VI. Epiſcopi autem, & omnes Clerici de quocumque gradu clericatus, vel ſine gradu, redeant ad ſuos Epiſcopatus, cujuſcumque Dioeceſis fuerint; & ſi redire no-

lue-

(A) *Scara*, erant acies, ſeu copiae militares, ut ex Hincmaro Epiſt. ad Dioec. Rhem. c.3. & Aimoin. Lib.IV. c. 26. colligit Ducang. Verbum fort. Franco-Langobardicum Germanis eſt *ſchaar*, unde *ſchiere*, *&* *ſchierare l'eſercito*; *&* *ſchera*, ut ap. Murator. Ital. Collect. Tom. VIII. col. 1101. Vid. Leibnitium in Collect. etym. pag. 320.

(B) *Zala*, i. depopulatio a Graeco *ζάλη* aeſtus, unde fortaſſe incendium *Zalatio* dicta: Chron. Barenſ. Ann. MXXXVI. *Zalatae ſunt Caſae* &c. & A. MXXXI. *Zalavit Judaeum* &c.

(a) Vide Oſtienſ. Lib. I. cap. 28.

luerint, & nobis cognitum fuerit, abſque omni injuſta dilatione, faciemus eos redire invitos, ut ſint ſub poteſtate praeordinatorum in ipſis Epiſcopatibus, & habitent, ſicut illi eos juſte conſtituerint: exceptis Clericis, qui in Palatio ſerviunt, & qui per vim clericati fuerint.

VII. Similiter fiat de Clericis ſingulorum Abbatum; exceptis illis Clericis, qui in rebus Abbatum ad Palatium pertinentium morantur; qui Clerici in illius parte ſint, in cujus ſorte ipſae res venerunt.

VIII. Et dimittam omnes homines veſtrae poteſtatis ire ad venerabilem Eccleſiam Beati Archangeli (*C*) Michaëlis recto (*D*) itinere, (*a*) quomodo temporibus anteceſſorum noſtrorum illuc ibatur, ſine omni contrarietate, vel damnitate, atque contradictione mea; & omnium hominum, qui in mea (*b*) poteſtate habitant, vel habitaverint; me vivente; & ſalvi vadant, & redeant a noſtra parte per meam voluntatem, excepto Divino judicio.

IX. In parte veſtra, quorum ſupra Siconulfo (*c*) Principi, & qui praedicti eſtis, ſint iſta Gaſtaldata, & loca integra cum omnibus habitatoribus ſuis, exceptis ſervis, & ancillis, qui nobis, & noſtris hominibus pertinent; & ſi in iſtis Gaſtaldatibus, ac locis ſubſcriptis ſunt aliqua Caſtella, ubi (*d*) veſtri homines habitant, ego vos ibi mittam ſine irrationabili dilatione. (*e*) Tarantum (*E*), Latinianum, Caſſanum, (*F*) Cuſentia, Lainus, (*G*) Lucania

(C) Eccleſia S Michaëlis Archangeli in Monte Gargano, quam Langobardi devote dietim viſitabant, donaque illi permulta offerebant, votaque, & peregrinationem perſolvebant, ut alibi notavi.

(D) *Recto itinere*, ſcil. per Beneventum, ejuſque urbis viciniam, quā rectum iter Salerno Garganum.

(E) *Tarenti* finis erat Principatus Salerni Ortum verſus.

(F) Conſentiae finis uſque ad Tyrrheni oram, ubi nunc *Paulae* oppidum meridiem verſus.

(G) *Lucania*, ſcil. Paeſtum urbs, nunc ſolo aequata, quod ejus Provinciae caput: alibi dictum. Vid. Oſtienſ. pag. 78.

(a) C. V. per quod.

(b) *Terra* S. Caſſ. Cod. ex quo omnis haec varia, & melior lectio.

(c) Deeſt *Principi*.

(d) C. V. noſtri.

(e) *Tarantus*.

cania; Conſia, Montella, Rota, Salernum, Sarnum, Cimiterium, *(a)* Furculum, Capua, *(H)* Teanus; Sora, & medius Gaſtaldatus Acerentinus, qua parte conjunctus eſt cum Latiniano, & Conſia.

X. Inter Beneventum, & Capuam ſit finis ad Sanctum Angelum *(I)* ad Cerros, perexiens per Serram Montis Virginis uſque ad locum, qui dicitur *(b)* Feneſtrella. Inter Beneventum, & Salernum ſit finis in loco, qui dicitur ad *(c)* Pelegrinos (*L*) ubi ex antiquo XX. miliaria ſunt per partes. Inter Beneventum, & Conſiam ſit finis ad ipſum *(M)* Staffilum ad Frequentum, ubi ex antiquo XX. milliaria ſunt per partes *(d)*. De hominibus autem, qui inter partes ſunt, ſi a veſtra parte in noſtra parte fugerint, ſi potuerimus eis gratiam rogare, rogabimus; & ſi non, reddemus eos abſque omni injuſta dilatione.

XI. Si vero veſter homo in ſubſtantia in mea terra ad habitandum venerit, & pluſquam veſtra voluntas eſt, ſteterit; ubi cognitum mihi facietis *(e)*, ego eum ſine omni injuſta dilatione tranſmittam ad vos.

XII. De vuaregnangis *(N)* nobilibus, mediocribus, & ruſticis hominibus, qui uſque nunc in terra veſtra fugiti ſunt, habeatis eos.

XIII.

(H) *Teanum*, *Sora*, *Aquinum* finis erat hujus Sal. Princip. a parte Boreali. Sed de Salernitani Principatus extenſione, ac finibus in Diſſertationibus fuſius dicendum erit.

(I) Locus adhuc ita adpellatur non longe a Furculis Caudinis, & *Argentio Caſtro*, poſt quem Virginiani montes incipiunt.

(L) *Ad Peregrinos* olim dicebatur locus quidam, ſeu Hoſpitium prope Oppidum *Atripaldae*, medium inter Salernum, & Beneventum, ibique etiamnum, ut teſtantur incolae, *alli Pellegrini* vocitatur.

(M) Locus parum ſupra *Frequentum* urbem. Nunc *la Starza Vecchia di Fricento*, ut ajunt.

(N) *Waregnangis*, al. *Warengangis*, & *Wareguangis*, i. *advenis* in Gloſs. nempe qui non morantur in loco, & continuo huc illuc diſcurrunt. For. a *Vargis* latrunculi indigenae. Rotaris Rex id Edicto tit. XV. *Gargangi* apud Murator. Tom I. Coll. Ital. par. 2. pag. 48. col. 1. emendetur *Vargengus* in edict. ut ſup. Capitulari III. An. DCCCXIII. cap. 8. *Si quis Warengum occiderit &c.*

(a) *Furcule*.
(b) *Feneſtella*.
(c) *Peregrinos*.

(d) *De omnibus autem hominibus*.
(e) C. *V.* feceritis.

XIII. Similiter habeatis omnes homines, qui habitant in parte veſtra, & (*a*) qui ſunt ſub tributo.

XIV. Omnes homines, qui in veſtra portione ſunt; habeant res ſuas integras in quocumque loco meae partis pertinent de illorum ſubſtantiis cum ſervis, & ancillis, & Aldionibus (*O*), omnique pertinentia ſua.

XV. Servi quoque, & ancillae, atque Aldiones veſtrae partis fugaces, & apprehenſos ubicumque fuerint inventi in terra noſtra, reddemus vobis abſque omni dilatione, & nunquam per noſtram voluntatem a quocumque homine noſtrae partis contradicentur, aut retollentur; & ſi ſine noſtra voluntate fuerit factum, ubi nobis cognitum fuerit, faciemus exinde juſtitiam, & illos ſine injuſta dilatione reddere faciemus.

XVI. Et ſi ſuſpicio fuerit, ut poſt ſacramentum pacis direxerimus eos quocumque, vel infugaverimus, ſi quaeſiti fuerint, cui hoc crimen (*b*) imminetur, de his ſi non fuerit auſus ſatisfacere, reddat eos. Et ſi ſatisfecerit, & poſtea eos invenire potuerit, ſimiliter reddat; & ſi poſt ſacramentum pacis fugerint de terra veſtra in vicinas (*P*) Marchas, aut in terram noſtrae poteſtatis, red-

(O) *Aldiones*, *Aldii*. Lindebrogius *ſtatu liber*. *Aldius* eſt libertus cum impoſitione operarum factus ex Lege Langob. Lib. I. tit. 25. §. 53. *Si Aldius cujuſcumque in caſa alterius naſcente Domino ſuo fugerit, cum inventus fuerit, ſic debet dare homo ipſe, qui eum habuerit, operas, quomodo de ſervo*; & l 3. tit. 20. Patronos habebant perinde ac liberti, ut eſt in l 2 tit. 35. §. 3 tit. 44. §. 1 4. Igitur fuit ſpecies ſervorum peculiaris, ab aliis diverſa, qui manumittebantur, ſeu ab operis eximebantur, non in Eccleſia, ut ſervi; ſed per chartam manumiſſionis Lib. II. tit. 34. §. 5. Qui Aldios in ſuo jure habebant, Domini quidem, ſed ſaepius Patroni dicebantur. Conſule quae habent Lexicographi, & quae collegit V. Cl. Murator. in Diſs. Med. Aevi hoc titulo, & Tom. I. Collect. Ital. par. 2. fol. 71.

(P) *Marcha*, & *Marchia*, ſcil. Terminus, Limes, ſeu Fines cujuſcumque Regionis, ſive Provinciae, aut Gaſtaldatus Vide Chartam diviſionis Caroli M. Imp. cap 1. & Marthene Tom I. Anecdot. col. 586. Aliquando *Marchia* pro ipſo *Marchionatus* territorio, & pro quocunque etiam territorio uſurpatur, ut paſs. apud Scriptores Langob. & Germanicos

(a) *Deeſt qui*.

(b) *Cod. Vat.* immittetur.

reddemus eum vobis, & ſi illi inveniri potuerint, & nos potuerimus ſine damno; & ſi ego recolligere non potuero ad praedictos locos, liceat per terram meam ire illuc, ut aut per pignorationem, aut quomodocumque veniatis exinde ad plenam juſtitiam.

XVII. Similiter ſi potueritis, faciemus & de illis ante pacis ſacramentum in praedicto loco fugierunt. Quod ſi ſuſpicio fuerit, ut per conſenſum Marchanorum noſtrorum per noſtras Marchas extra terram noſtram exierint, ſatisfiat ab his Marchanis. Et ſi non reddantur ab eis, aut ſi nullo modo inveniri potuerint, reddantur (Q) ferquidi eorum. Praeterea ſi aliquis eorum ſuam voluerit contemnere libertatem, habeat exinde judicium ſecundum legem.

XVIII. Et omnes homines, qui ſub tua poteſtate ſunt, ex quocumque (a) habent praedicta munimina ſua perdita, ſi contentio fuerit de rebus, aut ſervis, aut ancillis, ſeu Aldionibus eorum, ſi aut per conſignationem, aut per (R) pugnam approbare potuerint, quouſque ad ipſum tempus quo Barbaricum exortum eſt inter nos, & vos in ſua proprietate legaliter, juxtaque habuerint illa, ſine cujuſcumque injuſta contradictione habeant (b) ea in antea.

XIX.

nicos apud Leiſerum in Jure Georgico. Apud veteres etiam erant Fundi *Limitotrophi* vocitati, & *Terrae, Paludes*, & *Paſcua Limitanea*, de quibus Cujac. Tom. II. tit. 60. Inde fundi illi ita adpellati, quod milites *Limitanei* (iidem, qui poſtea *Marchiani*) alantur; non tamen quod ad eos pertineant. At fundi *Limitanei* qui dicuntur, ad milites limitaneos pertinent, itemque paſcua, & paludes: Fundi autem *Caſtellorum* ad *Caſtellanos* milites; quae conſule in Cod. Theod. tit. de Fund. Pat. leg. 1. 2. 3. & 8. & Cujac. loco cit. ubi de *Limenarchis* verba facit, qui militibus ad cuſtodiam limitum, ſeu *Marchiarum* deſignatis praeerant, ne hoſtes irruerent, quorum etiam mentio in Cod.

(Q) *Ferquidi*, i. *ſimiles*, ſeu *pares*. Lex Langob. Lib. I. tit. 19. § 2. *Ipſe qui focum portavit damnum ferquidum, ideſt ſimile, componat*; & §. 16. *Reddat ferquidum* (canis occiſi) *aut ſimilem*. In Reg. Petri Diac. num. 393. *& reſtaurate nobis ferquidum, ideſt ſimile*. Male hoc verbum pluries ab Ughellio uſurpatum.

(R) Videl. per litis conteſtationem, ſive per judicii curſum. Aliquando pro duello vox eadem accipitur.

(a) *Cod. Vat.* habeant.

(b) *etiam*.

XIX. De nullo homicidio, vel praeda, atque zala, ſeu incendiis retroactis fiat aliqua requiſitio, vel vindicta per meam voluntatem; & ſi abſque mea voluntate fuerit inde facta vindicta, dabimus illum hominem in poteſtate veſtra, ut faciatis de eo quodcumque volueritis, & ſi ſuſpicio fuerit, quod per meam voluntatem fuiſſet facta, ſatisfiat illud per tres perſonas, quales vos quaeſieritis a mea parte, & tradant ipſos homicidas in poteſtate veſtra ad faciendum de eis quodcumque volueritis.

XX. Si vero a modo *(a)* quicumque homines homicidium fecerint a parte noſtra in veſtra, & ſi ſuſpicio fuerit, quod per conſilium, ſeu colludium fuerit factum per meam voluntatem ad veſtram contrarietatem, vel damnietatem, de nobilibus ſatisfaciant illud tres perſonae, quales vos quaeſieritis a parte mea; & de ruſticis tres perſonae de ipſo loco, ubi homicidium fuerit perpetratum, quales vos quaeſieritis, & illos homicidas dabimus, ut praedictum eſt, in poteſtate veſtra; & ſi ſatisfacere non fuerint auſae, de nobilibus componant vobis tria millia *(b)* Viſantos *(S)* aureos, & de ruſticis fiat compoſitio ſecundum *(c)* legem; & illos homicidas ſi habere potuerimus, tradimus vobis ad faciendum de his quodcumque volueritis; & quamdiu eos habere non potuerimus, dabimus in poteſtate veſtra integras ſubſtantias eorum, & illos homicidas quandocumque potuerimus habere, pariter dabimus. De homicidio ſubiti ſcandali ſit, ſicut in *(d)* lege noſtra ſancitum eſt.

XXI. Si ego Radelchiſus aliquid donavi de cauſa Pala.

(S) *Viſantos aureos*, nempe Byſantios, ſeu Byzantios aureos, nummi qui Bizantii cuſi erant ab Graecis Augg. Erant etiam Biſantii *albi*, ideſt argentei, de quibus meminit Charta Monaſt. Monialium S. Joannis Capuae A. MXI. *centum viſanteos albos, ſeu de argento.*

(a) i. *ab hodie*.
(b) *Cod. Vat.* Bicentos.
(c) L. Lang. Lib. I. tit. 9. l. 21.
(d) L. Lang. Lib. I. tit. 6. De ſubito ſurgente rixa.

Palatii infra veſtros fines, ſit in poteſtate veſtra facere exinde quodcumque volueritis. Et ſi tu Siconulfus Princeps donaſti aliquid de cauſa Palatii ad illos homines, qui prius fuerint in tua poteſtate, & modo ſunt in mea, quantum exinde in tua portione fuerit, ſit in veſtra poteſtate exinde facere, quod volueritis. Et ſi ego Radelchiſus donavi aliquid per Breve, aut per Praeceptum ad homines, qui fuerunt mecum, & modo ſunt tecum; & illi iterum per quaecumque munimina exinde dederint cuicumque aliquid, non deinde faciant juſtitiam alicui, niſi tantummodo reddant, quod proinde acceperunt, & illum, quod ego donavi, redeat ad illos, quibus per legem debeat pertinere. Et de omni cauſa, quae a modo ſurrexerit inter homines utriuſque partis, judicabimus exinde ſecundum legem, & juſtitiam abſque omni injuſta dilatione. Sed & de cauſis anterioribus, quas habuerunt homines utriuſque partis inter ſe judicabimus exinde ſecundum legem, & juſtitiam abſque omni dilatione injuſta, vel fraudis argumento; excepto homicidio, & incendio, depraedatione, ac zala, de quibus ſuperius eſt definitum.

XXII. Omnibus hominibus veſtrae partis habentibus uxores, vel ſponſas ſuas in parte noſtra, ſi eas quaeſierint, & nos noverimus, reddemus eas abſque detinentia cum filiis, & filiabus ſuis nullam laeſionem membrorum habentes a modo factam a parte noſtra, & cum omni cauſa ſua, quam nunquam habentes (a) voluerint ſecum portare.

XXIII. Et omnes apprehenſos quo modo voluerint redire ad vos, dimittemus redire abſque laeſione membrorum,

XXIV. Et a modo nullum Saracenum in meum, vel populi, ac terrae meae adjutorium, ſeu amicitiam habere quaerimus, tam de his qui in omni Provincia Beneventani Principatus ſunt, quam etiam de illis, qui extra

(a) For. *valuerint*.

tra omnem Beneventanam Provinciam ſunt; & nunquam eos contra vos irritans irritare faciam, & nullum eis adjutorium, impendam, vel impendere faciam; & adjuvabo vos abſque omni injuſta dilatione uſque ad ſummam virtutem, ſicut melius potuero, cum populo meae partis, ut pariter expellamus de iſta Provincia noſtra omnes Saracenos quomodocumque potuerimus: & a modo, ut dictum eſt, nullum Saracenum recipiam, vel recipere permittam, praeter illos, qui temporibus DD. Siconis, & Sicardi fuerunt Chriſtiani, *(a)* ſi magarizati *(T)* non ſunt; Et praeſentaliter antequam Donnus Ludoguicus Rex cum ſuo exercitu exeat de iſta terra, do in veſtra poteſtate Gaſtaldatum Montellam cum omnibus Caſtellis ejus, & medium Gaſtaldatum Acerentinum, ſicut ſupra dictum eſt, ſi ullo valuerimus ingenio.

XXV. Ita & a modo nullam laeſionem faciemus ego, & populus meus ad ipſum populum, & terram, omnemque facultatem eorum quantum exinde debet venire ad veſtram portionem per meam voluntatem. Et a modo de Gaſtaldatu Montellae, & medio Gaſtaldatu Acerentino, qua parte conjunctus cum Latiniano, & Conſia, nunquam hominem recipio, neque illuc ego hominem pro ſuo damno dirigam, praeter cum veſtra voluntate pro veſtra ſalvatione, ut ipſi redeant ad fidem, & poteſtatem veſtram, & ſi exinde habeo homines, reddo eos.

XXVI. Haec omnia vobis, quibus ſupra Siconulfo Principi, & ei, qui per tuam voluntatem in Salerni civitate Princeps fuerit electus, *(V)* obſervare faciam ego Ra-

(T) *Magarizati*. *Magarizare* dicebantur Saraceni, quum eamdem ſectam poſt abdicatam (Jeſu Chriſti Religionem amplectebantur: ſic dictum hoc verbum a graeco *μαγαρίζειν*, quod ſignificat *ſtercore exſpurcari*, ut opinatur Leunclavius in Pandect. Turc. n. 22. Unde *Magarita* idem atque *Apoſtata*.

(V) Hinc noſces Langobardos Principatus non ad heredes pertranſiſſe, ſed ab electione populi, & Principum concurſu dependere. Sed hac de re fuſius in Diſſert. de ſucceſs. Langob. Princ. Tom. ſequenti.

(a) *Si mazarizati*.

Radelchiſus Princeps abſque omni fraude, vel malo ingenio, vel quocumque argumento, occaſione, ſeu diruptione.

XXVII. Si vero populus portionis meae cum populo veſtrae partis ierint per (*X*) creventiam in exercitu quocumque; & quolibet modo occiderint, vel apprehenderint veſtros honoratos, ac vaſſallos, & auſae fuerint duodecim perſonae, quales vos quaeſieritis, jurare ad Sancta Dei Evangelia, ut neque per conſenſum meum, neque per contrarietatem talia vobis facta ſint, faciam vobis tradere in vindictam quamcumque volueritis ſolummodo, qui perpetraverint, atque conſenſerint, ſi habere potuerint; & ſi ipſae duodecim perſonae non fuerint auſae ſatisfacere de conſenſu meo, ſicut praedictum eſt, tunc dabimus Donno noſtro Imperatori X. millia Vizanteos aureos; eos, qui tale malum egerint, trademus ad vindictam, qualem volueritis.

XXVIII. Et cum pactum illud firmatum fuerit, reddam tibi Siconulfo praeſentialiter Petrum filium Landonis, & Poldefrit filium Pandulfi, ſi tu mihi reddideris Adelgiſum, & Ladelgiſum filios meos, & Potonem nepotem meum (*Y*).

Hactenus Capitulare Principis Radelchiſi. De quo Anonymus Salern. in Hiſt. Langobardorum non edita ſic habet.

Ab illo denique tempore Salernitani peculiarem obtinent Principatum, & ipſum foederis Scriptum in hac Salernitana urbe adhuc hactenus manet, & ſufficienter ab illuſtriſſimis viris nimirum firmatum, & tantum nomina illorum non praetermittam. In primis Radelchiſi Princeps propria manu ſcriptus inibi erat. Id ipſum Maielpoto, Rofrit, Bernardus, Toto, Joannes, Taſſilo, Guala, Dauferi,

(X) *Per creventiam*, videl. per ſocietatem, ſeu *aſſociationem*, ut ex Leg. Langob. evincitur.

(Y) Quum jam pacis foedera firmata fuiſſent ab utraque bellantium factione, reliquum erat, ut dati obſides ſuis dominis reſtituerentur. Quod & in hocce poſtremo Capitularis numero ſancitum eſt.

feri, Maienulfus, Poto, Petrus, Caide, Laitu, (*a*) Guajati, Ermengardus, Adelchiſi, Taſſilo, (*b*) Rodelſci, Joannes, Archiſi, Adelchiſi, Aduim, Epo, Adelpertus, Guaiferi Comes, (*c*) Radoalt, Radelgari, Radelfrit, Azzo, Adelricus, (*d*) Saductus, Landemari, Pandenulſo, Jugobrandus.

CAPITULARE

ADELCHIS PRINCIPIS BENEVENTI (*e*)

Index Capitulorum.

Incipit Cap. Dom. Adelchis Princ.

I. *SI ſervus liberam uxorem tulerit.*
II. *De homine pagano.*
III. *Si mulier (f) Morgicapud (g) factum non habuerit factum perdiderit.*
IV. *Si quis teſtem ſi quiſque manibus ſuis ſubſcripſerit.*
V. *Si quis rem ſuam obligaverit, & eam poſtea vendiderit.*
VI. *Si juraverit quis, & perjuraverit.*
VII. *De (h) munimine perdita per ignem, aut depredationem poſtea.*
VIII. *Ut (i) Brebes non niſi Notarii ſcribant.*

CA-

(a) *Gualaici.*
(b) *Roderſi.*
(c) *De Radoaldis ſuperius dictum eſt.* Prat.
(d) Fort. *de genere Saductorum, quos ſup. memoravi*: Prat.
(e) Sedit Adelchis ab A. DCCCLIV. ad DCCCLXXXVIII. De quo Erchemp. a n. 20. uſq. ad 39.
(f) Non de ſolo *Morgincap*, quod ſonat *Matutinale donum*, eſtque idem; ac *quarta*; ſed de *octava* etiam loquitur hoc Capitulare infra n. 3.
(g) Morgicapud *erat quarta pars bonorum viri, quae mulieri dabatur poſt nuptias, & dicebatur donum matutinale.*
(h) *Monimentum*, libro; di memoria.
(i) *Stipulationes, Inſtrumenta.*

CAPITULARE.

SI cujuſcumque ſervus liberam uxorem tollere; qui ad Palatium juſta Legem pertinebat, utique peſſima extitit conſuetudo, ut eas perſonas quiſquis vellet expoteret, a modo autem, & deinceps ſtatuimus, ut tanta perverſitas nullum habeat locum; ſed ipſe ſolummodo eos habeat ſemper, cujus primum ille fuerat ſervus, etiam ſi illos ad Palatium nunquam repetant. Nam poteſt fieri, ut ipſum ſolum habeat dominus ſuus, quem ſi hac occaſione amiſerit, efficietur pauperrimus. Sed ſi unum, ſive plures habuerit famulos, & in uno quolibet eorum iſtud occiderit, dominus ſuus, uti decretum eſt, eum cum illam, quam ſibi eam uxorem tulerit, poſſideat perpetim cum filiis eorum. Et ſi quis temerarius eos ad Palatio petere deinceps preſumpſerit, petitio illius cauſa permaneant (*a*).

II. Si quis a quocumque fuerit plagatus, & plagam Judex preſentaliter factam aſpexerit, & adverſarius illam ei egiſſe negaverit; preveat ſacramentum plagatus, quod certius ipſe, ſuper quem proclamavit, illam ei fecerit; quam oſtenderit plagam; poſtea vero improbus perſolvat illi juſta Edicti tenore juſtitiam abſque tergiverſatione aliqua.

III. Si clarum, manifeſtumque fuerit qualibet feminam conſuetudo, & legaliter habuiſſet maritum, & quartam, ſeu octabam habuiſſet ab eo ſibi factam, eamque (*b*) perturbatione temporis perdidiſſe quomodocumque, vel ſi etiam, ut accidere ſolens multotiens, quartam eandem, vel octaba non fuerit ſcripta, propinquis mariti, vel quilibet aliter eandem quartam, vel octaba ei-

(a) Tales conjuges Palatio ſub quadam conditione adjudicavit Rex Luitpr. Leg. Lang. lib. 2. tit. 9. l. 1. quos poſtea Lotharius lege 4. ibid. ad anteriorem dominum reverti juſſit. Idem nunc ſtatuit Prin. Adelchis.

(b) De *quarta*, ſive *Morgincap.* aperte Lex Lang. lib. 2. tit. 4. l. 1. Sed nuſquam de *octava*: niſi ea ſit *Methium*, alias *Meta*. quae tamen non eſt *octava* ibid. l. 2.

eidem mulieri rite competentem contraire minime preſumat. De quibus ſi ulterius altercationem quiſquam propoſuerit, ejus querelam nullum optineat fructum; quoniam iniquum, & reprehenſibilem videtur, ut quod omnes de ſuis retinent viris, aliquante mulieres pro injuria, vel aliqua accidentia amittunt.

IV. Si quis ſe teſtem in quocumque munimine propriis manibus ſubſcripſerit de rebus, quibus forſitan facto ad ſe pertinentibus; ſtatuimus, ut poſtea nullo modo inde valeat movere cauſatione; devet enim ſollicite perquirere, & ſcire, quod ſit illut, ubi rogatur ſubſcribere (*a*).

V. Si quis rem ſuam obligaverit cuicumque & denuo illam alteri vendiderit, & emptor ipſam ante faciem, cui obligata fuerit prius anno uno expleto poſſederit, poſtea exinde nullam controverſiam his, qui eam obligata habuit, valeat movere; quoniam neglectui ejus rite deputabitur, quod emptorem infra tot ſpatium exinde appellare contempſit, & quod ab illo obligatore nullam prius acceperit firmitatem; quoniam juſtum videtur, ut magis his, qui illud pretium dedit, eandem rem poſſideat, quam ille ſolam obligatione retinent.

VI. Si quis juraverit, & cognitum fuerit certius Judici, quod perjuraſſet, aut famam habuerit perjurandi; ſi calumniator intentionem propoſuerit, quod tunc perjuraſſet fallaciter, & poſtea ipſe, qui juravit, perſolvat ei juſtitiam, ſi ceciderit, juxta Edicti tenorem (*b*).

VII. Si quis caſam, vel quacumque rem aliquis per munimen (*c*) habuerit, & illud munimen per ignem, aut depredationem poſtea amiſerit, & cauſator quicumque dixerit, quoniam eandem caſa, vel res, quam poſſidet, ei

(a) Minime Legem reprehendit, vel caſſat, latam a Rege Luitpr. Leg. Lang. lib. 2. tit. 2. l. 5. quae eſt de *puellis ſine parentum voluntate nuptis*. Lotharius hoc ipſum conſtituit Leg. Lang. lib. 2. tit. 19. l. unica.

(b) In hoc Capitulari, ſicut etiam alibi, nomine *Edicti* veniunt Leges Regum Lang. Lex autem nunc denotata, habetur lib. 2. tit. 51. l. 1. & tit. 58. l. 1.

(c) i. *Stipulationem*.

ei debeat pertinere, legaliter preveat ſacramentum idem poſſeſſor cum parentibus, quod de eandem rem, vel caſa veracem habuiſſet munimina, ſed ea per ignem, aut a zalatione (*a*), ſeu depredationem perdidiſſet. Si vero his, qui querela movit, prius elegerit ille velle per pugnam approbare, ſolus juret, qui ipſam tenuerit, quecumque fuerit res, & ſic ad pugna pergatur, etenim conſiderandum eſt, & veraciter credendum, fieri potuiſſe, ut multis ut muniminis, vel ut dictum eſt, amiſerint, & ammittant, dum & oppida, & ville plurime a Paganis (*b*) cremate ſunt, & noſtris exigentibus meritis ſepius cremantur, & diſperduntur. Ideoque iniquum videtur, ut talibus accidentibus amiſſo munimine aliquis it perdat, ſi munimen inde non oſtenderit, quod jure ei competit has abere.

VIII. Inconveniens uſque modo conſuetudo extitit, ut jam quiſquis voluiſſet, ſi noſſe ſcribere, Brevem (*c*) undecumque opportunitas exegiſſet. A modo autem decernimus, ut ſoli Notarii Brevem ſcribant, ſicut & cetera munimina: Et quiſcumque deinceps Brebis fuerint abſque Notarii ſubſcriptionem oſtenſus, nullam retineat firmitatem; quoniam multos ex illis deprehendimus fuiſſe falſos, quod, Deo opitulante, cupimus, ut ulterius non fiat.

(a) i. *Incendio*.

(b) *Saracenos*, dicit, omnem tunc Cis Tyberinam Italiam dire vaſtantes; quo etiam nomine eos appellat Erch. N. 16. & Joannes Papa VIII. in Epiſtolis ſaepe.

(c) i. *Notariorum Inſtrumenta*.

(a) PACTUM
A GREGORIO DUCE NEAPOLIS

In Indict. XIV. hoc eſt anno Chriſti DCCCCXI. Et a Duce Joanne ejus Nepote non ante annum DCCCCXXXIII. rurſus initum cum PP. Beneventi Landulfo I. &c.

Repromittimus, & juramus, & jurare faciemus Nos (*b*) Johannes Conſul, & Dux vobis Dom. Landolfo, & Dom. Atenolfo, ſeu & Dom. (*c*) Atenolfo Principibus, filiis, & nepos Dom. Atenolfi Principis quia a modo, & ſemper ſumus, & erimus vobis veri amici, abſque omni mala deceptione, & abſque omni dolo, & fallacia, & malo ingenio; & nullam contrarietatem, aut inimicitiam faciemus vobis in toto Principatu veſtro Beneventano cum omnibus ſuis pertinentiis; nec in toto (*d*) Comitatu Capuano; nec in Teano cum pertinentiis ſuis, nec in hominibus veſtris, nec vos, nec homines noſtris per noſtram voluntatem, nec per qualecumque ſubmiſſionem noſtram; & ſi factum fuerit abſque noſtra voluntatem, judicavimus vobis exinde ſecundum Legem Romanorum, aut Langobardorum abſque malitioſa occaſione.

De Sarracenis autem hoc vobis permittimus, quia ſic per omnia, & in omnibus pleno animo vos, & terram veſtram contra eos adjuvavimus, ubi neceſſarium fuerit tamquam nos medipſos, & terram noſtram.

De

(a) Sequens Pactum Gregorii ſubjungitur Pacto Arechis Pr in exemplari Cavenſi nulla prorſus Epigraphe, nec nota praefixa diſtinctionis.

(b) De hoc Duce Oſtienſis l. 1. c. 55. & M. SS. Acta Sancti Agrippini.

(c) Atenulfus iſte a patre aſſumptus eſt in collegam, & ſucceſſorem Principatus an. CMXXXIII. poſtquam Atenulfus ejus Patruus e Principatu fuerat depulſus. Vide ſup. Igitur non antea renovatum hoc fuit Pactum a Duce Joanne.

(d) Capuae itaque Principatus inſtitutus non dum fuerat: quod alibi conjectabam.

De Liburias autem hoc vobis permittimus; ut terras, ſervos, & ancillas, ſeu fundora per conceſſiones habetis vos, & homines veſtris in Liburias a ſingulis Ducibus Neapolitanorum, que poſſidetis temporibus Dom. (a) Landenolfi patrui veſtri, & Dom̃ (b) Sergi abij veſtri. Si parte noſtra Neapolitanorum exinde requiſitionis habueritis intentionem vos, aut homines veſtris, ſi auſi fueritis inde jurare, jurent a parte veſtra Langobardorum ſex homines veſtris quales nos voluerimus ad Sancta Dei Evangelia, dicentes. *Quia iſte ceſſiones, que oſtendimus, veraces ſunt*. Et tunc fiat vobis a parte noſtra firmitatis ſcriptio, exinde ut amplius non ſit vobis requiſitionis cauſatio de ipſis rebus; & ſervis, & ancillis, quos, & quas predicti continunt ceſſiones a partibus noſtris Neapolitanorum, & liceat vos eas habere ſecuriter. Et que per car̃. (c) emptionis, ſeu convenientie, vel diviſionis habetis, & homines veſtris a partibus noſtris Neapolitanorum, ſi a parte noſtra Neapolitanorum exinde requiſitionis intentionem habueritis vos, & homines veſtris, ſi auſi fueritis inde jurare, jurent a parte veſtra Langobardorum tres homines veſtris de ſex hominibus, quales nos vobis querimus, ad Sancta Evangelia, dicentes. *Quia iſte cartule, que oſtendimus, veraces ſunt, & ipſas terras, quas iſte cartule continunt, poſſidemus eas*. Et tunc fiat vobis exinde a parte noſtra firmitatis ſcriptio de cunctis rebus illius, que predicte emptionis, ſeu convenientie, vel diviſiones continent, & poſſideatis eas ſecuriter.

De omnibus vero aliis cauſis, unde intentionem habue-

(a) De hoc Landenulfo in Face dixi ad Erchemp. n. 15.

(b) Nempe *Ducis Neapolis*. Cujus filiam cum hinc conſtet in uxorem ductam ab horum PP. patre Atenulfo I. ipſe viderit Anonymus Salern. quo pacto praeſens Landulfus I. potuerit conjugem habere Gemmam filiam Athanaſii Epiſc. Neap. fratris antedicti Sergii. Primum ſane Atenulfum nil prohibet cenſere bigamum; quod ex his & ex dictis in Stemm. Principum ſatis liquet.

(c) i. *Chartam*.

bueritis vos, aut homines veſtri nobiſcum, aut cum noſtris hominibus, judicavimus vobis exinde abſque omni dilatione ſecundum Legem Romanorum, aut Langobardorum abſque omni malitioſa occaſionem. Si vero veſtris hominibus intentionem habuerint cum noſtris hominibus Neapolitani, aut aliis hominibus noſtris de terris in Liburias, quam comparatas habent, oſtendentes eis homines noſtris cartulas, quomodo comparatas habent eandem terras a Langobardis, & auctor paruerit, ſi maniſeſtatum fuerint, & venditio ipſa vera ſit, & venditor ille juxta textum cartule defendere potuerit, pars noſtra habeat terram illam. Et ſi defendere non potuerit ſecundum ipſa carta, aut non voluerit, & negaverit, quod ipſe eam non feciſſet, & pars noſtra terras illas poſſederit; (a) a triginta autem ſol. inſuper, juret pars noſtra cum ſex hominibus, quales vos volueritis, ad Sancta Dei Evangelia, dicentes. *Ut carta ipſa verax ſit*. A triginta vero ſol. in ſubtus jurent tres, quales vos queſieritis, & deſtringat parte veſtra nobis illum venditorem juxta textum ipſius cartule. Nos vero omnem compoſitionem, & legem, & juſtitiam, que parti noſtre facere debet auctor ille, donamus omnia ea parti veſtri Langobardorum per (b) Launegilt receptum a vobis exiguum; & faciendum omnia exinde, que volueritis: & auctor ille defendat parti noſtre terram illam abſque omni requiſitione. Et ſi pars noſtra terras illas poſſederit per ipſa cār (c), & auctores non paruerit, & aliquid nos a parte veſtra exinde queſierint, comberemus parti veſtre cār ipſa cum ſex hominibus noſtris, quales vos nobis queſieritis; & ipſas terras habeamus abſque omni intentione. Hec autem omnia ſuperſcripta qualiter continent in quantum exinde apparuerit per omnia ita vobis obſervabimus,

(a) Rotharis Leg. Lang lib. 2. tit. 55. l. 5. ſtatuerat *duodecim* &c.

(b) Ex Leg. Lang. lib. 2. tit. 15. l. 6. irritae erant donationes, factae abſque *Launegild.* id eſt reciproco dono.

(c) i. *cartam*, & ſic ſup.

mus, & ita vobiſcum in antea ſedebimus, ſicuti ſedit Dõms (a) Gregorius abius meus vobiſcum, ex quo cum illa ſupraſcriptum Capitularium feciſtis a ſecundo die menſis Julii Indic. (b) XIV. uſque in obitum ejus, unde ſolummodo nomina mutabimus. Hec omnia vobis obſervabimus, ſalva fidelitate ſacrorum (c) Imperatorum.

Dom Joannis Conſul, & Dux. Gregorius thius ejus. Landolfus. Gregorius fil. dom. Joanni. Sergius fil. dom. Aligerni. Aligernus. Joannes. Ceſarius. Joannes. Sergius. Gregorius. Gregorius. Joannes. Gregorius. Sergius. Petrus. Aligernus.

DE PRAECEPTO

PANDULFI PRINCIPIS CAPUAE.

Autographum hujus (d) *Praecepti, quod penes me eſt, antiquum quidem, & membranaceum, ab interitu olim vindicaveram hac ſola oblectatus curioſitate, quod ex ipſo intellexeram partem agri Campani, quam vulgus adpellat.* (e) Terram Capuanam, *iiſdem ſexcentis abhinc annis circumſcriptam extitiſſe finibus, quibus noſtro hoc aevo concludi illa conſpicitur. At poſtmodum re attentius contemplata, vidi ex eodem Praecepto accedere poſſe, tum Campanae urbis juribus, tum antiquitatis ſtudioſis non exiguam utilitatem; quare ſtatui, ne utrorumque profectibus inviderem, ipſum publicis Typis committere. De quo nil aliud hoc addam loco, niſi credere me e nobili-*

(a) De hoc Gregorio Oſt. l. 1. c. 49. & 52.

(b) Nempe an. CMXI. ac ſequenti ab obitu Atenulfi primi, cum e Conſtantinopoli rediiſſet Landulfus I. ejus filius. Quo tempore Dynaſtae cis Tiberim omnes in Saracenos coivere. Vide Luitpr. l. 2. c. 12. & ſeqq. Oſt. l. 1. c. 51.

(c) *Coſtantini, & Romani*. Quibus praefati. etiam Principes tunc obtemperabant, ut dicam ad Lupum an. CMXXIX.

(d) *Plures utilitates ex hoc Praecepto.*

(e) *Terra*. Denotat collectionem plurium oppidorum, ſicut alibi. *Terra citra Pharum*, & inf. *Terra filiorum* &c.

Digitized by Google

bilibus viris hic memoratis, *& Pandulfo Principi conſanguineis*, *qui exaedificandi Caſtri* in Monte Malconi *poteſtatem a Principe acceperant atque* (*verbo dicam proprio*, *& antiquo*) Dominicalia *Terrae adtributae trifariam*, *ut reor*, *poſſedere*, *emerſiſſe Patritiam in urbe Capua Gentem*, *olim dictam*. Capuanam, *quam gravi adteſtatione Campani item Patritii Vincentii Frapperii Rathae certo ſcio aetatem perduxiſſe ſuam ad tranſactum prope ſaeculum*, *quo defecit vetuſtiſſimae nobilitatis opinione decora*. (a) *Eaque ob Terrae in Praecepto demonſtratae dominatum eidem*, *me arbitro*, *ſuum communicaverat nomen*, *adpellataque inde illa fuit* : Terra Capuana, *& quandoque*. Terra Capuanorum; *ſicut adpellatam legi in antiquo Diplomate*, *quod erat in Archivo Monaſterii S. Laurentii Averſanae urbis*, *datum a* Principe Capuae Jordano, anno Principatus XXIX. Ducatus Cajetae XXIV. Kal. Martias Indict. X. per manus Canzolini Judicis anno MLXXXVII. (b) *In quo dicitur finem cujuſdam Fundi eſſe* Terram Capuanorum in loco Campo Galiano. *Et in altero Privilegio ſiſtente in antiquo Regeſt. Monaſt. S. Michaelis Arch. dicti ad Formam*, *extra Capuam*, *quod erat in Archivo Monaſt. Caſſin. legi pag.* 24. Ugonem Comitem Volturnenſem in anno MCVII. Princip. Richardi II. anno XVII. Menſe Febr. Indict. VI. conceſſiſſe Saxoni Praepoſito praedicti Monaſterii S. Michaelis Eccleſiam vocabulo S. Benedicti, conſtructam intra fines Terrae Canciae, una cum petia quadam terrae, *cujus finem ibidem adſerebatur eſſe* ab uno latere Rivum, ab altero Silvam, quae dicitur Peneta, ab altero Terram Capuanorum, & ab altero Terram praedicti ſui Comitatus. *Nec inſolens eſt amplam Campani agri partem ab hoc fonte nomen accepiſſe*, *quandoquidem iſtius nomenclatu-*

tu-

(a) *Ex his illa : Cur pars agri Campani vulgo dicta*. Terra Capuana.

(b) Terra in Praecepto deſcripta ibi quoque adſeritur contermina Campo Galiano; ibidemque concurrit cum Terra Canciae, ſive Cantiae juxta Eccleſiam S. Nazarii.

turae nulla alia reddi ratio, (*a*) *nec poteſt*, *nec ſolet aptior*; *ſituſque tam veteris*, *quam novae Capuae ab eadem longe diſtent*, *medio praeterlabente Vulturno*; *quae utique nullo*, *nec naturae*, *nec conſuetudinis privilegio duabus aliis aeque amplis*, *urbique circumpoſitis*, & *ſubjectis* Terris, *Lanei ſcilicet Terrae*, & *Terrae Canciae*, *praecellit*; *ita ut quidquid potius aliud de ejuſdem nuncupationis origine opinari valeamus*, *quam quod ab circumſepta a ſe urbe Capua*, *ſive ab aliqua alia praecipua ſui excellentia tale nomen inditum illi fuiſſe credamus*, *quod caeteroqui reliquos circumjacentes condecet urbis agros*. *Verum enimvero nonne conjuncta*, & *continentia loca a pluribus*, *vel communi jure*, *vel diviſis ſortibus poſſeſſa dominis*, *qui ex uno*, *eodemque genere ortum duxerunt*, *vulgus olim conſuevit nuncupare*, *hodieque facit*, *e dominantium nomine*, *ſive gentilitio*, *ſive quavis alia ratione illis communi* (*b*)? *Equidem apud Falconem Beneventanum ad annum* 1139. *adpellatas legimus* Terras Filiorum Borrelli, *aliis dictas* Burreleſcas, Burrellenſes, & Burrellenſium; *hoc eſt Oppida prope quinquaginta continenti in regione contermina*, *quae ab unius Borrelli poſteris*, *de quo viro Oſtienſis lib.* 2. *cap.* 6. *poſſidebantur*. *Atque in Chronico Richardi de S. Germano*, *quod in membranis ſcriptum adſervabatur in Bibliotheca Caſſinenſi ſignatum num.* 203. *adpellatione* Terrae filiorum Pandulfi *omnis antiquus Teanenſis Comitatus ſemel*, & *iterum deſignatur ad annum MCCXXIX. nomine plane exorto ab exceſſu Pandulfi olim Teanenſis Comitis*, & *Capuae poſtmodum Principis*, *qui ſtirps fuit*, & *origo gentium tum aliarum*, *tum De Cajanello*, *De Marczano*, *De Preſenzano*, & *De Roccaromana*, *in quas*, *utputo*, & *in alias quoque progreſſu temporis Terra ſui Comitatus diſpertita fuit*:

(a) Falſus Annius Viterbienſis ad PſeudoSempronium, qui vetuſtam Capuam vult inter Volturnum, & Lirim. *Non Lirim*, *ſed* Silarim, *ut eſt in Sempronio Anniano* Prat.

(b) *Cujus nominis inducta origo exemplis firmatur*.

Digitized by Google

fuit : illas quidem omnes inter cæteras Campanæ urbis Patritias olim adnumeratas , de quibus frequentes in antiquis Tabulariis exſtant memoriae (a) . Terra *igitur* Capuana , *ſive dicas* Capuanorum , *qua plures adhuc concluduntur Pagi , haud dubie nomen obtinuit a Gente , a qua poſſidebatur , jam tunc exorto hoc gentili . Idque eadem Gens pariter communicavit uni ex publicis Capuae Portis , ac Turri eidem Portae adjacenti , quarum exſtat memoria in pluribus tabulis praememorati Monaſterii S. Laurentii , & in tabulis Archivi Sacri Theſauri Campanae Cathedralis Eccleſiae , ac in antiquo Membranaceo ſcripto libro Rituali ejuſdem Eccleſiae , qui eſt penes me (b). Hiſque in monumentis* Porta Capuana , & Turris Capuanorum *adjacentes dicuntur Eccleſiae S. Laurentii Martyris , eodem nunc loco , quo multis abhinc annis eſt Eccleſia S. Eligii a Clericis Regularibus decentiſſime ad praeſens culta . Cur vero his aedificiis credam enatum quoque nomen e* Capuana *Gente , ſciet qui novit priſcorum morem , qui Portas , Turreſque urbium firma cura cuſtodiendas committere conſueverant inhabitantibus domus Portis , & Turribus propiores ; ex quibus talia loca , non modo Capuae , ſed alibi nomina ſimiliter quandoque accepere ; quod indagantibus erit non uno exemplo manifeſtum, deque his peculiari in Diſſertatione Italice mibi deſcripta , quae* De Portis *inſcribitur , fuſe egi . Caeterum (c) Terra hoc in Diplomate exacte repraeſentata , montibuſque clauſa a Septemtrione , qui iiſdem modo nominibus dicuntur , quibus ipſo in Diplomate deſignantur : ab Occidente autem Rivulo definita , qui nunc appellatur* , il Rio delli Lanzi , *deſcenditque , ut hic exponitur* , per Calvo , *olim* Cales ; *& ab Oriente , altero terminata amne , nuncu-*

(a) *Eademque origine Portae , & Turris Capuae olim dictae , altera :* Capuana : *altera* Capuanorum.

(b) *Hunc etiam cum aliis MSS. Codd. maximo noſtrae urbis detrimento dirus ignis in Peregrinii morte abſumpſit* Prat.

(c) *Terra autem Capuana ſub alia Campani agri parte ,* Cancia *nuncupata , primitus continebatur .*

cupato etiamnum Anglena, *ſeſquimilliari ab Occidentali Capuae latere leniſſime fluente, haud perpetuo aliquo, naturaeque ceu limite ad Meridiem ab Terra Canciae, quae Campani agri alia eſt pars, diſcriminari cum perhibeatur, ſed tantummodo ſylva quadam a viri nomine, ut judico, ejus aliquando poſſeſſoris, nuncupata*, De Saducti (*neſcio an illum ipſum credam, ex quo clarum genus Saductorum effluxit, Erchemperto memoratum Num* 15. (*a*)) *& inſuper diſtingui ab eadem Terra Canciae imaginaria quadam linea, ducta ab praefata ſylva uſque ad Anglenam per loca Eccleſiae S. Nazarii proxima, cujus exigua nunc rudera, ſed notiſſimum manet nomen in campo appellato* Romagnano: *videre hinc mihi videor, Capuanam hanc Terram ſub Terra illa Canciae olim fuiſſe comprehenſam, quae latiſſime tum ultra Vulturnum flumen, tum citra, ut hac quoque aetate, protendebatur: in Cancia eſt enim Oſtienſi l.* 1. *c.* 33. Roſelle, *Pagus olim inter Pagum Arnonem, & Caſtrum Maris de Vulturno, cujus nomen tantum nunc ſervatur. Sed ipſum praeterea* Canciae *etymon attentius ſi perveſtigetur, indubie idem ſuadebit. Quippe quod non ut vulgus putat, ea dicta eſt* Cancia, *& variante dialecto* Cantia, *&* Canzia, *quaſi Terra, per quam iter agentes neceſſe habeant, liceatque eis ob lutoſiſſimas vias in proximos quamvis ſatos campos tranſilire, ac divertere, quod populari eloquio dicitur* (*b*). Canzare: *ſed ab* Plancis, *hoc eſt ab tabulis planis, ut id verbi Feſtus exponit, & quadratis lapidibus, quibus pluſculae antiquitus viae, & praecipue viarum Regina illa* Appia *Capuam inter, & Sinveſſam: nunc* Rocca di Mondragone, *per Canciam, perque Capuanam Terram ſtratae, & communitae fuerant, earumque hinc inde dein diſiectarum ingens tunc copia ipſa itinera reddebat multa incommoditate famoſa. Verum quo pacto non* Plancarum, *ſed* Can-

(a) *Aliiſque Chronologis & chartis ut ſup. innui*, Prat.

(b) *Cujus etiam vocabuli occaſio curſim aperitur.*

Digitized by Google

ciarum Terra, *ſive abſoluto vocabulo, ac numero multitudinis*, Canciae, *ut eſt apud antiquiſſimum Auctorem Ignotum Caſſin. Num.* 28. *& tandem* Cancia, *&* Terra Canciae, *numero unitatis ea fuerit dicta, erit ſane non injucundum breviter nunc explicare; namque ex* Plancis *inditum Terrae nomen, ſi de praedicta jam conſtare faciam vocabulorum commutatione, nemo erit mihi juſte contradicturus. At enim ſicuti pleraque Latina nomina literas.* pl. *in prima ſyllaba, quae habent, ad nos cum veniunt, efferuntur per* ch, *ut* Plaga, Chiaja: Planctus, Chianto; Plumbum, Chiummo; Planus, Chiano; Plantae, Chiante (*a*), *& ſexcenta alia: ita ipſum Latinum, idemque primitivum vocabulum* Planca, *&* Plancae *populari ſermone enunciatum quandoque fuiſſe* Chianca, *&* Chianche, *fatendum eſt: commutatoque ore* Chiancia, *&* Chiancie, *& demum* Cancia, *&* Canciae. *Quod ſane adeo eſt verum, ut cum a* Cancia, *ſive* Canciis: *id eſt a* Planca, *vel* Plancis *diminutivum formaretur*, Cancella, *&* Cancellae, *atque mutato genere*, Cancellus, *&* Cancelli, *factum ſit, ut loca, in quibus ejuſmodi lapideae tabulae injuria temporum confractae ſupererant, vulgo dicta communiter fuerint*, Cancelli, *Latine vero*, Plancellae. *Quo pacto locus non longe ab antiqua Sveſſula, nunc deleta, Ignoto Caſſin. fortaſſe demonſtratus Num.* 11. *dictuſque olim* Cancelli, *at nunc proprietate vocabuli ignorata*, Cancello, *nuncupatus reperitur* Plancellae *in Bulla Caſertani Epiſcopi Rannulfi de an. MCXIII. apud Sanctuarium noſtri Michaelis Monachi. Et inſuper locus alter, qua Caudio Beneventum Appia quondam ducebat via, a Falcone Beneventano ad an. MCXXXVIII. nuncupatus* Plancella, *communiter nunc dicitur*. Le Ciancelle. *Sed praeter haec, loca alia, in quibus quadratorum lapidum, & Plancarum antiqui operis pridem habebatur, vel adhuc habe-*

tur

(a) Servant ſane adhuc loquendi hunc morem Lucani, genteſque finitimae, quibus ſermone patrio dicuntur *Chianche*, Latinis quae fuere *Plancae*.

tur copia, facile occurrunt multa, paſſim appellata (a) tum Cancelli, & Cancello, *tum* Chiancie, & Chiancitelle, *ſive* Chianche, & Chianchitelle; *licet vulgus admodum a vero alienas commentari ſoleat ejuſmodi vocabulorum occaſiones. At de his prae hac opportunitate ſatis. Quod autem praeſens Praeceptum de anno ſit MXXXIV. adſcribique debeat Pandulfo IV. qui ab an. MXVI. ad an. ML. quo obiit, ter fuit Princeps Capuae, conſtabit in Principum Chronologia (b). Tu interim fidem praeſta.*

PRAE-

(a) Sed & Pagus in Agro Campano *Cancellus*, in ipſa Terra Canciae cur nam, niſi ob hoc tale ſortitus eſt nomen?

(b) Pandulfus IV. a S. Henrico Imperatore anno MXXIII. nonis Januar. Ind. VI. confirmationem habuit Principatus Capuae, ut patet ex diplomate ex Reg. Petri Diac. fol. 71., quod heic exſcribo.

In nomine Sanctae & Individuae Trinitatis Heinricus divina favente Clementia Romanorum Imperator Auguſtus. Si fidelium noſtrorum devotiſſimam ſervitutem alicujus doni commodo remunerare ſtuduerimus, & ipſos ac devotius nobis ſerviendum accendimus, & aliis exemplum ſimilia de nobis ſperandi praebemus. Quapropter noverit omnium Chriſti, noſtrorumque fidelium tam praeſentium quam & futurorum induſtria, qualiter nos per interventum ac peticionem Pelegrini Colonienſis Eccleſiae Benerabilis Archiepiſcopi Principibus inclitis noſtris quidem fidelibus dilectis Pandulfo, & Joanni filio ejus Principatum Capuanum cum omnibus ad eum juſte pertinentibus Comitatibus atque Caſtellis, ceteriſque, quae quomodocumque ſcribi, aut nominari poſſunt, dignitatibus ad ipſum Principatum pertinentibus, ita videlicet ut Avus ejus Pandulfus tenuit per hanc noſtram Imperialem paginam concedimus atque largimur, exceptis Abbatiis imperialibus S. Benedicti de Monte Caſino, & S. Vincentii, & ut haec noſtrae ingenuitatis auctoritas ſtabilis & inconvulſa omnium poſt hinc permaneat tempore hoc imperiale Praeceptum inde conſcriptum manu propria confirmantes ſigilli noſtri impreſſione praecepimus inſigniri.

Signum Domni Heinrici ſecundi Romanorum invictiſſimi Imperatoris Auguſti Theodoricus Cancellarius vice Eberhardi Epiſcopi & Archicancellarii novit. Datum non. Januar. Ind. VI. Anno Dominicae Incarnationis MXXIII. Anno vero Domni Heinrici ſecundi regnantis XXI. Imperii autem IX. Actum Poderbrunnon feliciter Amen. Heinricus Dei gratia Romanorum Imperator Auguſtus. Roma caput mundi regit Orbis fraena rotundi. Aurea Roma. Chriſte protege Heinricum Imperatorem *Prat.*

Digitized by Google

PRAECEPTUM
PANDULFI IV. PRINCIPIS CAPUAE.

Quod anno MXXXIV. fecit Adelmundo parenti ſuo de tertia parte Montis Malconi, & de tertia parte Domnicalium per introſcriptos fines. Et de aliis, ut infra.

IN nomine Domini Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti Dei aeterni. Paldulfus, & Paldulfus pater, & filius Divina favente clementia *(a)* gentis Langobardorum Principes. Cum principalis excellentia dilecti petenti clementer digne tribuuntur.) Qua propter noverit omnium fidelium noſtrorum preſentium ſcilicet, hac futurorum ſagacitas, quia Agelmundus, & Aldemarius germani, filii cujuſdam Nantari, & Agelmundus filius cujuſdam Agelmundi, & Johanne filius cujuſdam Landolfi, qui dicitur Manco, dilectis noſtris parentibus, obſecraverunt noſtram excellentiam, quatenus concederemus Adelmundo dilecto parenti noſtro, filio cujuſdam Adelmundi, qui fuit Judex: hoc eſt integra *(b)* ter. par. de ea omnia ſubſcripta in omni ratione, qualiter hic ſupter leguntur. De quibus petierunt a noſtris excellentiis firmitatis apices illi exinde fieri juberemus. Quorum petitiones benigne exaudientes, hos noſtrae firmitatis apices illi exinde fieri juſſimus, per quos omnino ſancimus, & perpetualiter abendum noſtris, & futuris temporibus per hoc noſtrum roboreum Praeceptum concedimus tibi jam nominato Adelmundo dilecto parenti noſtro, filio cujuſdam ſupradicti Adelmundi; id eſt integram tertiam partem de Monte, qui nominatur Malconi; que eſſe videtur propinquo Eccleſia S. Angeli, que dicitur ad Gutta; In quo Monte olim Caſtello inchoato fuit faciendi. Simulque & concedimus tibi integram tertiam partem de omnibus territoriis exfundatis, & de omnibus rebus, quae, & quantum ſacri

(a) Verba uſque ad hoc Signum) in Autographo explent primam lineam, literiſque ſunt picta pari forma, qua illae ad finem. *Signum* &c. Reliqua, ut illa, *Alfredus* &c.

(b) i. tertia parte.

Digitized by Google

ſacri noſtri Palatii, vel parti noſtrae publicae pertinentes invenitur infra has fines. Id eſt incipiente da ipſa Civitate *(a)* vetere, qui fuit de Trifiſco; & quomodo vadit per vertice de ipſi monti, qui dicitur Palumbara, & *(b)* Mercururu, & Aſpaturu. Et quomodo revolvit per vertice de ipſi monti, qui ſunt ſuper Camilianu, & ſuper Janu, & quomodo vadit uſque ad ipſu Mon-Majore, ubi aedificata eſt aeccleſia Sancti Archangeli: & ſicut deſcendit uſque ad ipſo Fonte, unde exit ipſa aqua, facit ipſu Rivu, qui deſcendit per Calvo. Et quomodo deſcendit ipſa aqua, & Rivo uſque in Cantie ad ipſa Silva, qui dicitur de Saducti. Et quomodo revolbit, & vadit uſque ad eccleſia *(c)* Sancti Nazari, qui dicitur de Cantie, & vadit directe uſque ad ipſu Ponte vetere, qui fuit fabrito ſuper ipſa Anglena, & quomodo vadit per ipſa aqua de ipſa Anglena in ſurſum uſque ad ipſa pratora, qui dicitur Campu (*) Caliani, & Pratu toſtu; & revolvet ſe per ipſa aqua de ſurſum de eadem Anglena, & vadit uſque ad ipſu Ponte fabrito eſt ipſa . . . . . & Sala Dominica & abinde vadit in ſurſum per ipſa aqua, & Palud. uſque in loco, ubi dicitur Aquitine. Et quomodo vadit in ſurſum per ipſa aqua, & Palud. uſque ad eccleſia Sancti *(d)* Maximi, qui aedificata eſt propinquu ipſa Molina de Trifiſcu. Et quomodo revolbit, & directe deſcendit, & vadit uſque in *(e)* Fluvio, & quomodo vadit in ſurſum per ipſa aqua de ipſu Fluviu, & conjunget ſe quum praedicta civitate vetere. *(f)* Sive de illis hominibus, qui ſine eredes deceſſerunt, aut deceſſerint in praedictas fines abitantes. *(g)* Sive de illis, qui de hac terra exierint; *(h)* Seu de illis, qui talem malum, aut culpam fecerint, unde rebus, aut perſonibus eorum ad ſacrum no-

(a) *Scil. Sicopoli.*
(b) *Nunc Rogetum, vulgo Raito.*
(c) De hac Oſtien. lib. 1. cap. 25. In qua a Joanne VIII. conſecratus eſt Athanaſius Epiſc. Neapol. ut in ſcripto Chron. Epiſcop. Jo. Diaconi.
(d) *Eccl. diruta ſupra locum vulgo Ferranzano, & parum a Trifiſco, ubi molendina.* Prat.
(e) i. *Vulturno.*
(f) Confer. loca hic ad oram adnotata Leg. Lang. lib. 3. tit. 13.
(*) adhuc dicitur: *Campogagliano.*
(g) Leg. Lang. lib. 3. tit. 12.
(h) Leg. Lang. lib. 1. tit. 7.


noſtrum Palatium, vel parti noſtre publice evenire debuerint: Bidelicet homines, quibus modo ibidem reſidentes fuerint; ut faciant illi, ſuorumque eredum tibi; qui ſupra Adelmundo, tuiſque eredibus omnem ſervitium, & imperationem, ed dationem, H ſte, & Data, quae eſt penſio publica judica....s, & ſcaditionibus, & reliqua omnia ſervitia, quae at rem publicam pertineat, faciendum inde omnia, quod tibi, tuiſque eredibus placuerit. (*a*) Et etiam concedimus tibi, qui ſupra Adelmundo, tuiſque eredibus, ut ſi mulieres liberas feminas fornicationes fecerint cum liberis, vel cum ſervis hominibus quoquo tempore; vel viris ominibus culpas, vel malum fecerint, & exinde compoſitio expectat, quae at rem publicam pertinet, tam reſidentibus quobis tempore intus Caſtro, qui dicitur Mon. Malconi, ſeu de foris eodem Caſtro, quibus abitantes ſunt infra ſupraſcriptas fines. (*b*) Inſuper concedimus tibi jam dicto Adelmundo omnes mulieres liberas feminas, que ſibi copulaverunt, vel copulaverint tuos ſervos maritos, una cum omnibus . . . . illorum quemadmodum noſtro pertinent Palatio ad faciendum inde omnia . . . . cuerit. Quam & concedimus tibi, qui ſupra Adelmundo, ut licentiam, & poteſtatem abeatis vos, & veſtros eredes una cum ipſis, qui ſupra Agelmundum, & Aldemarium . . . . . Agelmundum, & cum Audoaldum, & Landolſum; & Nantari nepotibus ipſorum, fili cujuſdam Landolfi, qui fuit germanus eorum, & cum Johanne filio cujuſdam Landolfi, qui dicitur Manco; & cum Alfano filio cujuſdam Nantari Guiſand. . . . . in jam dictum Mon. qui dicitur Malconi, ſemper ibidem facere, & edificare Caſtru a preſenti, & in antea quando potueritis, & volueritis vos, & illis, & eorum, atque veſtrorum eredibus cum mura, & Turres, qualiter ſtare poſſit. Simulque concedimus tibi, qui ſupra Adelmun.

(a) Leg. Lang. lib. 1. tit. 31.

(b) Leg. Lang. lib. 1. tit. 12. Oſtien. lib. 1. c. 59.

An credam, hos viros, qui Caſtri exaedificandi facultatem acceperе, trifariam, & hereditario jure Domnicalia Terrae poſſediſſe, quae Principes novo Praecepto illis firmarunt, more ſcilicet conſueto?

mundo, tuiſque heredibus, bidelicet aquis, & decurſibus aquarum, padulis, & paſcuis, pratis, & ſilvis, montibus, & collibus, territoriis cultis, & incultis, biis, & anditis, & ſemitis, & omnia, quibus at rem publicam pertinere videntur tibi Adelmundo ipſo, quae, ut diximus, conceſſimus per hoc noſtrum Praeceptum at poſſeſſionem tuam, & de tuis heredibus abendi, poſſidendi, hac faciendi inde omnia, quod tibi, tuiſque heredibus placuerit abſque contrarietate Comitis, Caſtaldi, Judicis, vel Sculdahis, haut de cujuſcumque perſona hominis contradictionem, vel inquietudinem, nemine vobis exinde in aliquo moleſtiam ingerent. Quot ſi quiſpiam hanc noſtram conceſſionem noſtri Praecepti in quomodocumque violari preſumpſerit, ſciat ſe eſſe compoſiturum auri optimi libras centum, medietate ſacro noſtro *(a)* Palatio, & medietate tibi, qui ſupra Adelmundo, tuiſque heredibus; & hæc noſtra conceſſio, de quibus continet, firma permaneat imperpetuum. Quot ut verius credatur, diligentiuſque ab omnibus obſervetur, hoc Praeceptum noſtre largitionis propria manu confirmantes, ſigilli noſtri impreſſione inferius inſigniri juſſimus. *(b)*



(a) Monogramma hoc in Autographo minio eſt ductum, & in eadem linea adſunt ſigna Bullae olim Praecepto adfixae.

(b) Hoc eſt: *Signum Domini Paldulſi Excellentiſſimi Principis.*

FRANCISCI MARIAE PRATILLI

DE LIBURIA

DISSERTATIO.

Quum ſaepiſſime apud Chronologos Langobardos, & praecipue in Capitularibus Ducum Beneventi cum Neapolitanis Militum Magiſtris, Conſulibus, ſive Ducibus, ***Liburiae***, & Agrorum, qui eidem contermini erant, frequens mentio fiat, ad Lectoris cognitionem de eodem Leborino Agro, ſeu ***Liburia*** vocitato, heic nonnulla delibare operae pretium duxi. Quae quidem licet in aliis Scriptoribus ſparſim inveniantur, illa tamen vel attente non ſunt inveſtigata, vel erroribus multis involuta. Ceterum a Leboreis Agris hoc nomen deſumtum ſatis eſt exploratum; de qua re conſulatur Cluverius, Holſtenius, Cellarius, & praeſertim Peregrin. noſter in Camp. Diſc. II. ipſeque plura dixi in Appia Lib. II. cap. 8. *(a)* Is primum Ager exiguo ſane ſpatio concludebatur; poſtmodum medio fere aevo, conterminis undique campis adjunctis, ſeſe latius

(a) Peregrin. ex Plinii verbis Lib. XVIII. cap. 2. plane concludit, illos fuiſſe Liburiae Agros, qui ap. veteres Phlegraei adpellabantur. En Plinii verba: *Quantum autem universas terras Campus circum Campanus antecedit, tantum ipſum pars ejus, quae Leboriae vocantur, quam Phlegraeum Graeci appellant.* Hinc Phlegraeus proprie ager fuit Leborinus, quod innuiſſe videtur etiam Polyb. apud Strabonem Lib. V. Et *Phlegraeum* quidem a φλέγω dictum ipſe autumat, i. *comburo*, quod flammis olim arſerit. Sed hoc fort. abuſive, non quod vere ignem emiſerit; ſed aquis calidis, ac mineralibus abundaret Liburiae ſolum, ſulfurisque in eo copia gigneretur, quae fertilitatem afferret. Quod & Dionyſ. Alex. in verſibus Euſtathii notavit: *non ob ſimilem cauſam* (de Phlegraeis Thraciae, Siciliae, & Campaniae loquens) *ita dicta*; *ſed quod igne, & calidis aquis abundat*, unde ejuſdem fertilitatis ratio. Ceterum conſule, quae ipſe Peregrinius, aliique hac in re collegere.

tius explicavit. Atque quum Campani Langobardi Orientalem ejus partem, Auſtralem inde, atque Occidentalem oram a Graecis Neapolitanis ſenſim occupaſſent, ſubjectis ſibi agris, oppidiſque Liburiae nomen dedere, ita ut agrorum illorum felicitati, ubertatique, cujus partem aliquam Graeci poſſidebant, non inviderent.

Ejus Agri extenſionem certo oſtendere ac circumſcribere difficile ſane eſt: neque ab Scriptoribus ſynchronis expiſcari conceditur. Unde & contigit, nimis a vero aberraſſe nuperos quoſdam Scriptores (a) in ejus finibus deſcribendis; & praecipue Anon. Tab. Chorogr. med. Aevi deſcriptorem ap. Murator. Tom. X. Coll. Ital. qui Liburiam vix agnoviſſe videtur, illos huic Regioni, ſeu Agro terminos deſcribens, quos nec eximius Peregrin. neque Angelus Nucaeus, neque poſt eos diligentes alii Scriptores adſignare ſomniarunt. En ejus circumſcriptio. Ab occaſu Literni Oppidum, ſeu Lacus Patrienſis (*qui in Liburia jam extenſa profecto includebatur*), proximaque Tyrrheni litora. Ab Aquilone Clanius fluvius, quem ultra quoque aliquando Liburia protendebatur Capuam uſque. Ab ortu praedicti fluvii ſcatebrae, lineâ politice aliquantulum obliquâ, qua mare Auſtrum verſus ducebat, Nolâ excluſâ; Nuceriam tamen, Stabias, & Amalphim includens. A meridie Tyrrheni maris circumſepta undique Liternum uſque litora. Sed quamvis in hac Leborinorum limitum deſignatione Mediolanenſis Anon. non paucos, parvique momenti errores (illum praecipue, quod Amalphim in Liburiam adſportavit) aggerit, ut infra patebit; alios poſtmodum ille adglomerat; ſubdens: Liburiam ſub Gothis ampliorem fort. extenſio-

 nem

(a) Nempe Petr. Razzanum, ejuſque aſſeclas Leandrum Albertum, & Guil. Cuperum in Act. SS. Julii Tom. IV. qui Leborinos Agros, ſive Liburiam vel ad univerſam Provinciam Campaniam, vel ad totius Capuani Comitatus oram propagarunt, cujus Neapolim caput fuiſſe ferunt. At ii nimis oſcitanter *Liburiam* cum *Campania*, cui deinde *Terrae Laboris* (de quo infra redibit ſermo) nomen inditum confudere.

Digitized by Google

nem habuiſſe, quam ſub Langobardis; ipſam ex Miſcellae Hiſt. Scriptore colligere putat, & Peregrinii, & Nucaei ſententiam improbare non veretur. At in medium Miſc. Hiſt. Scriptorem adferre liceat. Is enim Lib. XVI. immanem illam a Beliſario ſtragem Ann. DXXXVII. Neap. urbis enarrans, adſerit, Ducem illum Graecorum Neapolim, pene civibus deſtitutam, novis incolis reſtituendam, e variis illuc Campaniae villis, oppidiſque populos evocaſſe; quorum *aliqui in Liguria* degebant. Hic caecus Anonymo ſcopulus, in quo miſere clavum fregit. *Liguriam* a corrupta *Liburiae* voce recte credidit, locumque ibi *Piſcinulam* memoratum, illum fuiſſe adfirmat, qui longius ſane ultra Salernum in veteris Lucaniae finibus exſtat, *Piſciottam* vulgo cognominatum: quibus ex verbis Liburiam e ſuo cerebro effictam Anon. Lucaniam uſque protendit. Quae ipſe de *Liguria*, & *Liburia* inventa fucis, fallaciiſque delinita adfirmat, praetermitto: *Liguria* enim non a *circumpadana*, ut ait, nomen ſuum ſumſit; ſed a *Leboria*, ſeu Leborino Agro a Plinio, ut ſup. memorato; qui a Langobardis corruptus, Liburiae tunc nomen invexit; poſtremoque *Terrae Laboris*, toti Campaniae Provinciae promiſcue adtributus, ut ſup. innui, & infra plenius explicabo. Ad *Piſcinulam*, aliaque non longe a Neap. loca adhuc cognita orationem convertamus. Quam ipſe *Piſcinulam Piſciottam*, in Lucania ſitam, credidit, ipſa parum e Neapoli diſtat Boream verſus, eaque ſuum modo nomen retinet; & antiquitus frequentes habitabant incolae, ut ex veteribus noſtris Chartis eruitur, & ita a V. Cl. Jacobo Caſtellio JCto Neap. in peculiari Diſſert. apud P.D.Ang. Calogiera in ſuis Philolog. Opuſc. edita Tom.XII. ab eruditiſſimo Viro noſtrae urbis Scipione de Chriſtophoro, necnon aliis noſtris Cl. Antiquariis confirmatur. Quare nullatenus e *Piſciotta* (tam a Neap. diſſita) ad urbem hanc incolendam ejus cives convocatos putandum eſt; ſed e *Piſcinula*, ut dixi, eidem urbi proxima. Tum vel maxime quod in eodem Miſc. Hiſtorico quot enumerantur loca, ipſa in Campania, ſecus in Liburia (vel latiſſime acce-

accepta) ſita eſſe cognoſcimus. An non & *Stabias* (nunc *Caſtellammare di Stabia*) Cumas, Puteolos, Surrentum, Coemeterium, ſive Nolam, *Playam*, ſive *Playanum* prope Piſcinulam, nunc *Chiajano*, vel prope Nolam, ubi etiam alter eodem nomine locus eſt: *Trocclam*, etiamnum *Trocculam*, *Trocleam*, ſeu *Trocchia*, quae olim in Bulla PP. Alex. II. Ann. MCCXV. pro Eccleſiae Nolanae juriſdictione *Troccleu* dicitur; & tandem *Summam*, quae etiamnum *Somma* vulgo dicitur, in Campania cuncta ſita eſſe omnes norunt? Eas apertiſſime memorat Charta Tabularii SS. Severini, & Soſsii Caſſin. Neap. Ann. DCCCIIIC. in qua legitur: *loco Pareſanu in Summa, & Caſinari in Bruſanu, & S. Soſii in Merulanu, & S. Pauli in Cimiteriu, & loco Ripavetere in Sarnenſi*; quae utique loca ſunt circa Nolam, & Sarnum urbes, nunquam integre ad Liburiam adſcriptas. Fateor profecto, permulta ex his in Liburia proprie loca extitiſſe; at non omnia. Sed neſcio quî pro certo adſeri poſſit, Gothorum aetate Liburiae nomen auditum: quum certum omnino ſit, nuſquam antea hoc nomen inveniri, niſi in Chronologis, chartiſque medii Aevi; neque ante haec quidem tempora, Langobardorum ſcilicet, Liburiae penitus memoria reperitur.

Quod ſi quaerat **Anonymus Chorographus**, cur in Hiſtoria Miſcella Liburiae nomen memoretur, cum Cl. V. paucis ab hinc menſibus ſummâ Italiae, totiuſque Literariae Reip. jacturâ defuncto Ludovico Ant. Muratorio in Praef. Hiſt. Miſcel. Tom. I. Collect. Ital. dicam, hanc Hiſtoriam variis e Scriptoribus digeſtam fuiſſe (ideoque *Miſcellam* vocitatam) uſque ad Ann. DCCCXIII. perductam: quod cauſae fort. fuit, ut Liber XVI. in quo de *Liburia*, ſeu *Liguria* verba fiunt, a Langobardo aliquo Scriptore exaratus fuerit, qui cum Liburiae jam nomen uſitatum cognoſceret, eidem regioni tanquam antiquitus adtributum nomen illud memorarit; ſecus vero quod Graecorum aevo Liburiae vox inſonuerit, ut putavit Anon. ex eaque gentes ad Neapolim incolendam eductae fuerint: quod profecto de Campaniae locis, ut dixi, non Liburiae ſtri-

ctim

Digitized by Google

ctim ſumtae verum profecto eſſe poteſt. Etenim neque tota Campania Provincia, ut ait Anon. neque tam ſtrictim, ut Peregrinius (cui Nucaeus, aliique adſtipulantur) autumat, aeque ſemper Liburiae Ager extendebatur: quum aliquando contractior, latior poſtmodum ſub Capuae Dynaſtis fuerit, quod ex Langobardis Auctoribus, aliiſque monumentis erui poſſe cenſeo. Equidem Leborini hujus Agri ſtrictim ſumti tractum, qui in Cumano, ac Puteolano ſitus erat (ſive prope locum vulgo *ad Quartum* dictum, ſive ad alium, *Gualdum* ſeu *Waldum*, ut ipſe in Appia loc. cit. opinatus ſum) totum Graeco-Neapolites ſemper retinuere; Lacuſque Patrienſis illis Agris conterminus, Literno a Langobardis ſubjugato, finis erat utrorumque dominii, ut patet ex plurimis Chartis in Caſſinenſi, Vulturnenſi, Averſano, SS. Severini & Soſſii Neap. & Capuae Tabulariis ſervatis, in quibus praedicti Lacus reciproca juriſdictio memoratur *(a)* nempe Borealem ejus partem, quae Vulturnum proſpiciebat, Langobardi; eam, quae Cumas, Puteoloſque, Graeco-Neapolites poſſidebant. Quod in cauſa fuit, ut Monachi Caſſinenſes pro confirmatione donationum, quas vel a Beneventanis Principibus, vel a Neap. Ducibus liberaliter accipiebant, ab utriuſque Dominis Diplomata impetrarent; ſicque piſcariis, ripis, recluſis, londris, paratis, Gualdo Patrienſi, aliiſque ſimilibus ſibi ab iiſdem conceſſis pacifice fruerentur; quod uſque ab ſeculi VIII. initio, indeque a Carolo M. Imp. ejuſque poſteris privilegiis confirmatis apertiſſime conſtat, illaque legere eſt in Oſtienſ. Chron. Vulturn. aliiſve in Tabulariis, in quibus variarum villarum (quae *Caſae* ut plurimum, ſive *Caſalia*, aut *Curtes* vocitan-

(a) Lege Chart. Marini Ducis Neap. An. CMXLVIII. in Chron. Vult. pag. 446. & 469. ubi Liburiae, & Patrienſis Agri Juriſdictionem Neapolitanis, ac Campanis communem fuiſſe noſces in An. CMLXIV. Et ex Pacto Arechis Princ. Benev. eruitur, Liburiae Ager Vulturnum inter, & Cumas, exeunte ſec. VIII. diviſus ut ſup. Quod ex Pacto Gregorii Ducis A. CMXI. & Johannis ejuſdem nepotis An. CMXXX. cum Landulfo, & Atenulfo Princ. Capuae, & Beneventi, plane confirmatur.

tantur), locorumque in Liburia nomina memorantur; de quibus inferius diſſeram.

Inſpiciendum nunc, quaenam iſthaec Neapolitanorum Liburia peculiaris fuerit, quae ideo *Ducalis*, ſeu *de partibus militiae* dicebatur, quod Neap. *Duces*, ac *Militum* Magiſtri poſſidebant; & quaenam poſtea Langobardorum, abuſive tamen dicta ob ejus extenſionem, quae *Langobardica*, ſive *de partibus Langobardorum* cognominabatur. Certum omnino eſt VII. ſeculo *Ducalem Liburiam* eam fuiſſe adpellatam, quae a Puteolis, Cumis, Literno cis Clanium amnem Atellam uſque protendebatur, quo Neap. Ducatus finis. Inde, (quod quidem haud proprie) per Acerrani, Nolanique Agri terminos, occiduaſque Veſevi montis radices ad Tyrrhenum mare Leucopetram uſque (ubi nunc Villa *Portici* vocata) ſe latius explicabat: licet ſequiori aevo Nuceriae, & Sarni urbium, quae Neap. parebant Ducibus, peculiaris Ager, antequam a Langob. occuparentur, etiam abuſive *Liburia* appellitabatur, ut in charta quadam donationis ſub Guaiferio I. Salerni Princ. Ann. DCCCLXIX. in qua *Maſſa* quaedam *de Forniata* (for. *Scafati*, ut alibi notatum) *Leburie pertinente in fines Nucerie* deſignatur; quod item in alia Ann. DCCCIIC. obſervatur, & utraque charta in Cavenſis Monaſt. Tabulario proſtat. At quum a Bono Neap. Duce Acerra e Langobardorum jugo erepta fuerit, Sueſſula item, atque Abellani Caſtri, Nolaeque urbis vicinia, & Cancelli (quorum agris Langobardi primitus Liburiae nomen tribuerunt), ipſi Ducalem ſuam Liburiam protenderunt ad Caudinas pene Furculas occaſum ſpectantes: quae loca cum diu neutiquam ipſi retinere poſſent, Langobardis paulo poſt illuc irruentibus; Liburiae ibidem nomen retentum eſt.

Hinc apud Erchemp. alioſque ſup. relatos Chronologos, quum praelia Langobardos inter ac Neap. paſſim enarrentur in Agris *Sueſſulanis*, *Acerranis*, *Nolanis*, aut *Atellanis* geſta, ſemper iſthaec in *Liburia* accidiſſe perhibentur. Imo ex Capitularibus ipſis ſupra adductis, qui-

quibus foedera inter utramque aemulam nationem ſtatuta fuerunt, Liburiae nomen ſenſim extenſum fuiſſe ortum verſus ſatis abunde cognoſcitur. Quod ex charta Monaſt. S. Johannis Capuae deduci quoque poſſe videtur, quae Ann. IM. adſerit: *Landulfum olim Sueſſulanum Caſtaldeum, & Paldonem Abellani Caſtri Judicem donaſſe Magelperto Judici quedam bona in eorum Leburia . . . in loco ad Cancellis . . . eademque Magelpotum . . . dicto Monialium S. Johannis Cenobio donaſſe pro redemcione anime ſue, & Imme matri ſue, & Daſerande ucſori ſue*. Certe Caſtri Cancellorum adhuc veſtigia ſuperſunt Sueſſulam inter & Nolam, circa quas urbes quidem ea bona ſita eſſe debuerant, & *Liburia* tunc temporis dicebatur. Nec ſecus intelligi poſſunt quae de Magno Atenulfo I. Capuae Principe narrant Scriptores, nempe quod is pluries in *Liburia* quum Neapol. Ducibus Athanaſio, & Gregorio congreſſus fuerit, eaque Liburiae loca deſcribuntur (Erchemp. n.72.) ſcilicet Sueſſula, Abella, Cancelli, Acerra, atque Atella. Unde fit ut jam X. ſeculo regio Leburina plurimum extenſionis habuerit, etiam ultra *Clanii ſcatebras*: nam vel a Neapolitanis ſubigebatur, ipſique eam *Ducali Liburiae* adjungebant; vel ipſam Langobardi vindicabant, & ut ſuam Liburiam ad aemulationem protenderent, eodem, quo illi, nomine vocitabant, eamque appellandam voluere, ſicque regionem hanc Trans Clanianam, & Cis-Vulturnenſem parum a Capua nova urbe extenderunt, ut infra planius patebit.

Verumtamen, ne in jam explicatis monumentis Lectorum mens confundatur, ſtatuendum omnino videtur, ut ſupra innui, *Liburiam* uſque ad ſeculum VIII. a Neapolitibus poſſeſſam; & propterea quod eo tempore Langobardi ſenſim Liburiae conterminos Agros occupare coeperint, quos *Leborinos* vocabant, Magiſtri Militiae, ſive Duces Neap. propriam ſuam Liburiam extendere niſi ſunt; quae prius vix Clanium attingebat, & Atellam ipſius regionis caput. Langobardis exinde Sueſſulam, Abellam, Acerras ſubjicientibus, earumdem urbium agris *Liburiae*

quo-

quoque nomen tribuerunt, quod & ampliuſ propagarunt, & agrorum illorum in Liternum, Patrienſem Lacum, Cumas, aliaque loca ditionem protendêre. Nunquam vero ſuum Neapolitani in veram, veteremque Liburiam dominatum amiſere, niſi parte aliqua quandoque circa Literni Gualdum, proximaſque villas ſeu vicos detruncatâ. Hinc eorum perpetua, efferaque pro hujuſce uberrimae regionis poſſeſſione certamina, quae poſteris Erchemp. aliique tradidere, & quaeque heic breviter attingere non abs re puto, ut *Capitularium* ſive foederum (quorum uni duntaxat *Conſuetudo Liburiae* nomen inditum legimus) quae ſuperius protuli, cognitio planius intelligatur.

Quum igitur Zoto, primus Benev. Dux, Samnii, Campaniae, Hirpinorum, atque Lucaniae partem non modicam occupaſſet, contracto nimium Graecorum imperio, ad Neapolim (quippe quae Provincialis ejuſdem Conſulis Sedes), vicinoſque agros arma vertere conatus eſt A. DLXXXI. ut ex Collect. Eugipii apud Mabill. Tom. II. Anal. animadvertit V. Cl. meuſque olim collega & amicitia conjunctiſſimus Alexius Symmachus Mazochius in ſuo eruditiſſimo Kalendarii Neap. Commentario Tom. I. ut ſup. notavi, tunc fort. pars aliqua Neap. Ducatus ortum verſus ab eodem Zotone ſubacta fuit. Arechis deinde, primus Ben. princeps, Neapolim validius aggreſſus eſt; nec bello finis fuit, antequam Caeſarius Stephani Ducis filius obſes datus, ut ſup. notavi: atque tunc primum de *Liburia*, ejuſque Agro mentio facta eſt, quamvis antea foedus aliud a Neap. cum eo Principe ſancitum fuerit pro Liburiae diviſione, atque fine praeſcribendo, quod deperditum exoptamus, ut alibi in Erch. Poſt eum Sico Princeps iterum Neapolim oppugnavit, paciſque foedera, B. Januarii ablato corpore, annuo tributo conſtituto ad Lang. beneficium a Neapolitanis praeſtando, itemque Liburiae Langobardicae finibus amplificatis, ſunt confirmata. Ita & a Sicardo ejus filio urbs eadem exagitata, quo tempore (ut ex foedere ſuperius allato) ad Liburiae Lang. immunitatem ſervandam nova pacti lex praeſcripta eſt, divi-

Digitized by Google

ſio ejuſdem Agri reſtituta, & pax denuo conceſſa A.DCCC-XXXVI. ubi animadvertendum jam inde a ſuperiori ſeculo Liburiam palam ab utraque decertantium parte in Agros Nolae, Acerrae, Atellae, Abellae, Sueſſulae extenſam fuiſſe; quamvis haud ſatis proprie, ut dixi, ea regio ita adpellata, quae nonniſi citra, ultraque Conſularem ſeu Campanam, Cumanamque vias tantummodo circumſcribebatur Atellam uſque. Hanc ſigillatim *Liburiam* vocitatam, IX. ſeculo Campani Langob. ſub eorum Comitibus, qui ut ditionem ſuam Auſtrum, & Occaſum verſus diſtenderent, ſenſim bellis, incurſionibuſque inſeſtare coeperunt. Hinc Vulturni Caſtro, Literni oppido, aliiſque ultra Clanium locis vel denuo potiti, vel ſaltem depopulati ſunt Capuae Comites. Quare hinc inde Liburia vexata, Graeciſque ſenſim abrepta, quam aut recuperarent, aut defenderent Neapolitani, armis perpetuo contendere coacti ſunt. Nec profecto illorum conatibus fruſtra arriſit fortuna; parem enim gratiam pro acceptis injuriis Campanis Comitibus reddentes tam citra, quam ultra Clanium, Vulturnum uſque, cujus peculiari Agro Liburiae quoque nomen Campani Comites indidere, praedas ipſi, incendia, vaſtationeſque commiſerunt. Quod quidem cauſae fuit, ut in aliquibus Lang. Principum in gratiam Caſſinenſium datis diplomatibus Ducum etiam Neap. necnon Imp. Regumque Italiae (quibus ſupremum hujus Provinciae Imperium ſtetit) illorum confirmationem expeterent Monachi, & Eccleſiae; quum vel alterutri res ſuas occupare minime daretur, vel quiſque occupator alterum haud rite, recteque pro belli ratione expoliaret. Niſi hujus tam ſplendidae liberalitatis alia fortaſſe cauſa adſignanda videatur, ut eos concederent agros, quos haud ab hoſtibus eriperent, ſed ab injuſta privatorum violentia minime ſervarent. Quod aliquomodo ex ipſis donationum, ſive conceſſionum Chartis colligi omnino poteſt in Regeſto Petri Diac. & in Chron. Caſſ. aliiſque Coenobiorum noſtrorum Arcis. In quibuſdam enim Chartis legitur: *Ne a zalationibus* (i. depopulationibus) *& barbari-*

cis

cis (i. repreſaliis) *obfundantur* , *aut occupentur &c.* Et eo fort. temporis maledictiones quoque illae introductae ſunt , ſcilicet : *cum Juda proditore damnetur* &c. *cum Dathan & Abiron obruatur* &c. quas paſſim in vett. Chartis leges.

Capuae Comitatu proinde amplificato, peculiare cum Neap. praelium pro Liburiae limitibus incoeptum eſt : Tota enim Langobardica Liburia (quae ad Duces primum Benev. pertinebat ortum verſus) Campanis ceſſit , qui eam in dies prolatare ſtuduerunt. Hinc Neap. Duces aut ſoli , aut aliis foederati Comitum illorum ſuperbiam , & aviditatem infringere moliti ſunt ; neque pacis iis ſacramentum praebuerunt , niſi *Liburiae propriae* partem aliquam conceſſiſſent , ut ex cit. Erchemp. num. 44. 56. 58. 65. 71. & 72. in quibus Chronologus Liburiam a Langob. Campanis , Neapolitibus conceſſam meminit ; & cit. n. 65. quum Athanaſius Dux Atenulfo Comiti opem ferret , ejus filium obſidem petiit , illumque *Liburiam concedere* , *& Capuam ſub jurejurando adſtrinxit* , Liburiam nempe totam Tranſclanianam , ut ſuſpicor. Quod nec ſuperbo victori Athanaſio ſatis fuit. Is enim cum cognoſceret Ajonem Benev. Principem Barii cum Graecis decertantem , ut ſuis perpetuo foederatis , ſuaeque utilitati conſuleret , vix *Liburia* contentus , *bis* , *terque Beneventi fines* (ſcil. e regione Furcularum , & Caudii) *praedari coepit*. Qua de re iratus merito Princeps in Neap. Ducem inſurgens, *Liburiam ingreſſus* (vel e regione Nolana , vel Furculenſi) , quae jam Neapolitano paruerat , *pene totâ exuſtâ, ac depredatâ , populiſque , ac beſtiis ablatis* , *puteiſque ſaxis oppilatis ad Amphitheatrum* perrexit, Erch. n. 71. Quibus ex verbis duo colligenda ſunt ; & quod haec irruptio ad infringendam Athanaſii ſuperbiam ab Ajone facta videtur , ac Neapolitani Liburiam poſtmodum recuperarint ; & Ajonem arma ſua nondum pone Clanium fluvium, ſed ultra Atellanos quoque fines detuliſſe , quum populos, beſtiaſque abſtulerit , puteoſque ſaxis obſtruxerit : quae quidem , niſi intra Neap. Liburiae viſcera penetraſſent

Ii 2 Be-

Digitized by Google

Beneventani, minime contingere potuiſſent. Neque ab Atenulfo tunc Capuae Comite meliora expectare poterat offenſor Athanaſius. Atenolfus enim non diu poſt Athanaſio, qui ipſum opprimere ſatagebat, obſiſtens, plura in eum damna in Orientali, & Auſtrali Liburia intulit, donec eo penitus profligato, Liburiam pene integram e Neap. manibus eripuit uſque ad Lacum Patrienſem, ubi inter ipſos conſtituti limites, ut ex charta Monaſt. S. Severini Neap. a Muratorio praecit. To. Differt. V. Anni MXI. qua Roccio ejus Abbati facultas tribuitur *reponendi in dicto Lacu in medietate noſtra parte militiae . . . una paratura ad piſcandum cum duas lontras . . . & homines* illuc ad hoc opus miſſos *in ipſa medietate noſtra redditum facere*, & haberi.

At novi aliquid nobis oſtendit charta alia a Cl. V. Scipione de Criſtophoro exſcripta, quam refert eximius Kalendarii Neap. Scholiaſtes P. Ludovicus Sabbatinus de Amphora, (quicum antiqua mihi conſuetudo paucis ab hinc menſibus ad Aquilanam Cathedram evectus) To. V. menſe Majo, in qua *Ferrumanum pictulum* (adhuc *Frignano picciolo* vulgo adpellatum) *pro medietate a partibus Langobardorum*, ab illa ſcilicet, quae Vulturnum, Capuamque ſpectabat Boream verſus memoratur. Hinc eruitur, non tantummodo citra, ſed ultra Clanium flumen Liburia Langob. extendi, quum villa (vulgo *Caſale*) *Ferrumani*, ſeu *Frignani*, ſatis ultra Clanii curſum ſita ſit: ex quo clariſſime intelligitur textus Actorum translationis S. Athanaſii Epiſc. Neap. ap. Bolland. Julii To. IV. nempe quod *Atellam quum perveniſſet* ejuſdem S. Corpus *univerſarum Eccleſiarum Liburiae una cum S. Elpidii Congregatione* (ſcilicet Clero Atellano) *accenſis luminibus* &c. multae enim Paroeciae, oppidaque in Liburia tunc erant, quae Atellis Liternum uſque, & Clanii ſcatebras diſtendebantur, Ducatumque Neapolitanum circumquaque exornabant. Immo & Liburiam etiam ultra Clanium progredi agnoſcimus (ut ſup. innui), poſtquam Landulfus ſenior, ejuſque filii, a Benev. Principum ſe ſubjectione ſubducentes in

Du-

Ducalem Liburiam Liternum verſus limites diſtendere conati ſunt, ſuoſque Vulturni, ac Literni peculiares agros poſteri Comites Leburianos vocitare etiam coepere: quibus oppidis poſtmodum Gaſtaldum praefecerunt ad hoſtes coërcendos, limiteſque defendendos; quod patet ex charta Monaſt. S. Laurentii Averſae An. DCCCCIV. in qua mentio *Gaideri Gaſtaldei Bolturnenſis*, *& Leguriae*. Quare X. ineunte ſeculo jam extenſio iſthaec audiri coeperat, & uſque ad XII. duraſſe legimus, quo Comites Vulturnenſes totam illam Liburiam, quae a Saonis quoque fluvioli, Vulturnique oſtiis Literni uſque Caſtrum, & ultra, totumque Puteolos per Conſularem viam euntibus dextrorſum uſque ad mare tractum occupabant; ut ex duabus chartis, in quibus de Comitibus Vulturnenſibus verba fiunt; iidemque Comites Liternum uſque dominabantur *(A)*. At ſub Pandulfo quoque Capue Princ. cui Neapolis

(A) Una adſervatur in Tabulario Monialium S. Mariae Capuae, pene detrita, quae Annum exhibet MXLVII. Altera in Tabulario Capituli Capuani Faſc. 4. lit. B. eaque etiam temporis vetuſtate plurimum exeſa, quae ſic habet:

In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti. Anno ab Incarnatione ejus milleſimo ſeptuageſimo nono menſis Octubri die vero tercia *(a)*..... Ante me Alipertum Judice venit Stephanus Presbiter & Abbas *(b)* Eccleſia Majore hujus cibitate Capuane, qui erat *(c)* Cancellariu dicte Eccleſſie in qua Dopnus Archiepiſcopus preeſſe dignoſcitur, & pro parte preſate Eccleſie oſtendit michi unum preceptum quod continebat: In nomine Domini Dei Salbatoris Jeſu Chriſti: Nos Dominus Guaiferius dictus Alo, & Guaiferius filii qm. Wiſeri germanis fratribus Comites *(d)* Bolturnenſes & Patrienſes cum conſenſu Domini *(e)* Landenolfi Dei gracia Capue & Langobardorum gentis Principis pro ſalute anime noſtre, & ex gentis noſtre ſalbacionis, vi. . . . pro Wiſerio & Rachetruda genitoribus noſtris, & Unfrido thio noſt. & Altruda *(f)* ſorore noſtra concedimus in

(a) *Def. Indictio, quae decurrebat.*

(b) *Erat Canonicus Metropolitanae Eccleſiae Capuae.*

(c) *Cancellarius olim erat dignitas illius Eccleſiae: nunc ſimplex beneficium uni ex Canonicis Cap. addictum.*

(d) *Dauferii erant Comites Vulturnenſis, & Liternenſis Caſtri ab ſeculo Chr. X. uſque ad finem XI. De ipſis loquitur Chron. Caſs. Lib. IV. & Reg. Petri Diac. ſub A. MLXXII. & MLXXIII.*

(e) *Landenulfus hic filius erat Pandulfi Caputferrei, ut in Stemmate Princ. Langob.*

(f) *For. Altruda iſthaec ſanctimonialis fuerat Coenobii S. Mariae de Capua, quae plurimas praedicto Monaſterio poſſeſſiones obtulit, uti ex Chartis Tabularii ejuſdem Monaſterii Annorum CMLXI. CMLXIII. & CMLXX.*

polis urbs ſubjecta olim fuit, ut ſup. dictum, Capuae for. Principatui Puteoli urbs, ejuſque ager peculiaris Liburiae adjudicata fuit (uti totius ejus agri extenſio, quamvis abuſive, Campanis omnino cederet) Comitem ſuum haberet

in Epiſcopio Sancti Stephani (*a*) & Agates hujus Cap. Ecleſie, ubi Atenolſus venerabilis Archiepiſcopus preeſt Eccleſiam S. Nazari in partibus noſtre Liburie ſeu Patrienſe Comitatu cum terris & cella S. Caſtrenſe, & bineis, campis, & ſilvis ſeu paſcuis, cum Gualdo ſimul de Tripandi, & Urumanu, caſas de Caſtru (*b*) vetere & Callinaru (*c*) cum ſerbis, & ancillis, & omne pertinencia . . . . ſimul & concedimus in pred. Eccleſia S Stephani & Agates eorumque Clericis, & Presbiteris ibi ſerbientibus alia Eccl. S. Marie de Galenaria cum omnem ſupſtanciam ſuam, & cum ſerbis, & ancillis & omnia ſua pertinencia in finibus ditte noſtre Liburie ſeu Patrienſi Comitatus prope (*d*) ſilicis que vadit ad lacu (*e*), & gualdu majore, & . . . . *multa deſunt penitus detrita* . . . . & deinceps per hoc noſtrum roboreum preceptum predicta omnia que ſup. leguntur in pred. S. Ecleſiam permaneat ejus Clericis & Presbiteris perpetualiter dominanda, & poſidenda atque fruenda nomine . . . & a nullo nunquam . . . . . ſed in perpetuis temporibus omnia que ſup. . . . . in eadem S. Ecleſia Stefani & Agates . . . . . . Quod vero preceptum conceſſionis & confirmacionis ex juſione pred . . . . . Comitum ſcripſi ego Aldefrit . . . . Actu Capue Anno ſecundo Principatus excellentiſſimi Domini Landenulfi (*f*) Capue & Langobardorum gentis Principe de menſe Nobembre die . . . Indicione undecima. Et erat ipſu preceptu cum dictorum . . . . Cum autem ab aliquibus de (*g*) Pantanu, & (*h*) Ferrugnanu pars dict. terrarum, & curtes de Callinariu . . . . *deſunt permulta* . . . . huic noſtre Principali curie devolutu. . . prefati Daſeri Comiti de Bolturno & Patrienſe: quapropter eidem dicte Ecleſie S. Stefani & Agates & ibſius Clericis & Presbiteris ibi ſerbientibus de nobo concedimus, & confirmamus eaſdem ut . . . . . . *reliqui charecteres conſumti ſunt* . . . Ego qui ſupra Alipertus Judex.

† Ego Petrus Presbiter.
† Ego Eliprand. . . .
† Sikelgaimus. . .
† Gregorius teſtis.

(a) *Adhuc S. Stephanus, & Agatha Titulares ſunt Capuanae Eccleſiae.*

(b) *Ubi olim Vulturni oppidum exſtabat, Caſtrum erat, poſtea deſtructum, & for.* Caſtrum Vetus *vocitabatur, nunc vulgo dicitur* la Civita.

(c) *A corrupta for. voce* Gallinariae ſilvae, *de qua in Appia verba feci Lib. II.*

(d) i. *prope Viam veterem Conſularem, quae Cumas ducebat.*

(e) *Nempe* Patrienſem, *ſicuti &* Gualdum, *ſeu* Waldum Majus, *i.* Patrienſe.

(f) *Praeceptum latum fuit Anno DCCCCLXXXII.*

(g) *Vicus adhuc* Pantani *exſtat, non longe a Lacu, & Waldo Patrienſi.*

(h) *Ideſt*, Frignano, *ut ſup. innui, & infra denuo redibit ſermo.*

Digitized by Google

beret Langobardum, Capuani Principis Feudatarium: Certiſſime ap. Bolland. To. V. April. & Ughell. To. VI. in Act. S. Severi Epiſc. Neap. memoratur Comes quidam Puteolorum Anonymus Ann. ML. quae urbs a Duce Neap. Johanne oppugnata fuit, ut ſuo reſtitueret Ducatui. Etiam *Comitis* alterius *Putiolorum Atenolfi* meminit charta ap. Capacium Hiſt. Neap. Lib. II. cap. 3. & 24. ejuſque filii Landulfi ſeculo quoque XI. Eorum nomina Langobardos ipſos fuiſſe, nos edocent indubie. Pandulfus Capuae Princeps Neapoli potitus eſt An. MXXVII. quare nihil penitus haerendum, ab illo Comitem Langobardum Puteolis deſtinatum fuiſſe (Graeco-Neapolitano Comite pulſo, qui quidem, aliique vicinarum Inſularum Comites, ut alibi, Neap. Duci ſuberant), qui armis ſe, viribuſque praemuniens, Neapolitanorum incurſionibus multoties fortaſſe oppoſuit, Langobardorum fretus auxiliis, qui maximi Comitatum Puteolorum habebant, a quo totius quoque verae Liburiae, Lacus Patrienſis, proximorumque locorum poſſeſſio pendebat. Sed haec, quae ab Scriptoribus exoptamus, aut ſub pulvere deliteſcunt cunctis ignota, aut omnino deperdita.

Nunc ad ea, quae *Liburia* peculiaris primum, deinde totus Liburiae tractus, loca continebat a VII. circ. ſeculo, quo ejus nomen audiri coeptum eſt, ad XII. quo *Terrae Laboris* regio vocitata, ut mox dicemus, ſermonem breviſſime revocemus, ne in pervolutandis veteribus chartis viri venerandae antiquitatis ſtudioſi pedem offendant. Ea ex quamplurimis in Tabulariorum pluteis (nec ſine labore magno, ac ſollicitudine) excerpſi, atque perinde etiam oculis ipſis accepi, atque incolarum, ruſticorumque quandoque teſtimonio perluſtravi, ut quae ad hanc rem pertinebant, mihi, eruditorumque cognitioni ſatis conſuleretur. In peculiari ſtrictim ſumta Liburia ortum verſus *Gualdum* erat *S. Angeli*, ejuſque *caſa*, ſeu villa, parumque ab ea diſtabant *Puczianum*, *Calevanum* (fort. *Caivano*) *&* *Foſſulæ S. Felici*, quae *Curtes* dicebantur: ibique Eccleſiae *S. Marci*, *&* *S. Coſmi in Silicitu*, ubi

ubi etiamnum in pertinentiis *Caivani* adpellatio perſeverat. Occaſum verſus erat villa *Santacuti*, & *Santagucza* adpellata (fort. a corrupto S. Acutii Mart. nomine), *Vicus*, *Gualdum Patrienſe*, *Villa Ceſarana*, & *Mortuli*; atque Eccleſiae *S. Pauli*, & *S. Soſſi in Silice* (ſcilicet prope conſularem viam ſeu Campanam), & *S. Benedicti in Patrienſi*. Boream verſus, ea nempe parte, qua Clanium ſpectabat, *Villarenſis* vicus exſtabat (fort. ab aliquo *Herenniae* familiae veteri monumento), *Locus Petrariu* (ab ſilicibus viarum conſularium vel Cumas, vel Puteolos tendentium, *Caſa Gentiana*, *Gualdum de Julendo in Gentiana*, *Caſa vetere de Liburia in Gentiana*, & *S. Benedicti*, (loca non longe ab oppido *Juliani*) *Ruſianu* (for. *Roſciano*, & *Luſciano*) *Caſale de Piſennu* (Caſa Piſella) *Ferrumanu*, & *Ferajanu*, *Caſali Mictuli*, & *Caſapeſſuli in Callinaria*, *Carpenetu de Maſſa Patrienſe*; Ibique Eccleſiae *S. Tammari*, *S. Caſtrenſe*, *S. Mauri*, *S. Angeli*, & *S. Elpidii*, aliaque. Auſtrali e parte locus *ad Quartu*, *Grutlula*, *ad Ninfis*, *Baccanu*, *Piſcinula*, *Majanu* (for. Miano), *Caſagaura*, & *Caſaura*, *Mellanu*, *Campu S. Severi*, & *S. Pantaleu in Quartu*, *ad Arcoru fine noſtre Liburie*, (for. ad Arcum Cumarum; vulgo *l' Arco felice*) aliaque. Permulta alia profecto erant ibi loca, Caſae, Curtes, Vici, atque Eccleſiae, quae in antiquis Neapolitanae urbis Tabulariorum chartis (non ſine maximo veterum monumentorum detrimento) adhuc deliteſcentes, quaſi theſauri, quos non raptorum manibus ereptos, ſed intuentium oculos fugientes, in obſcuro peſſimo Reip. literariae hucuſque latere cernimus. Utinam & impoſterum non defleantur!

Sed Liburiae late ſumtae loca nunc inveſtigemus. Tractus ille, qui e Literno cis Clanium amnem ad Pontem uſque, nunc *Silicin* vulgo vocitatum, ſuper quem Conſularis olim via ſternebatur, quae Puteolos ducebat, intercluditur, variis, praeter ea jam ſuperius adnotata, locis cingebatur. Ex una Vulturnenſis chronici charta, quam Muratorius in To. II. refert (ſecus vero integram;

quam

quam tamen in autographo olim P. D. Euſtachii Caraccioli C. R. in Arca Tabularii SS. Apoſtolorum Neap. adſervato exſcribendam curavi, ut haec nobis locorum nomina innoteſcerent) plurima quidem illorum dignoſcuntur, nempe: *De LVI. petiis de terra .... Prima petia in loco Piſu. Alia in loco in terra de Plance* (i. de *Silice*, ut alibi notatum) . . . *Alia in Capu S. Arcangeli. Alia quam tenent homines de Paternu. Alia . . . de Teborole. Alia . . . de Apranu. Alia de Caſaluci. Alia de predicta Eccl. S. Arcangeli. Alia in Terra longa* (prope Villam vulgo *Caſapuzzana*). *Alia juxta terram de Apraniſis . . . Alia in locu S. Marcellini: ab uno latu terra de Neapoli: ab alio terra . . . Juanni de Ferranianu pictulu* (ibi fort. Neapolitanorum, & Campanorum Langobardorum diviſio) *Alia S. Nazarii. Alia in loco de Agelmundo in loco Polbeca: alio capu terra de Neapoli. Alia terra S. Petri, & Luiprandi, & Neapoli. Alia de Ciuttolo, & homines de Apranu. Alia de terra de filii, & nepotes Domini Atenulfi Principis* (Capuae). *Alia in Ferruaianu jux. terra S. Benedicti. Alia ad Ciraſa. Alia ad Polbica. Alia in Ferrunianu pictolu . . . in Ferrunianu majore. Alia terra Baruſi. Alia in Scarapitu, & Linianu. Alia ad Parete, & homines de Rizzanu. Alia ad ipſa monumenta* (in via Conſulari olim extructa) &c. & ne taedio legentes afficiam, haec ſatis, ad alia properemus.

A Conſulari, ſive *Campana Via* ultra jam dictum ad *Silices Pontem* ager peculiaris Atellanus, atque Acerranus, Nolano conterminus, initium coepere: prior nempe, qui inter *Campanam*, atque *Atellanam* Viam praetergradiebatur: poſterior, quae ultra Atellanam patebat, Nolam verſus. At revera urbem illam, ſeu *Coemeterii* oppidum (nunc vulgo *Cimitile* adpellatum) excludebat, ut ex Pacto Arichis Princ. colligitur: *Neapolitibus . . . pacem ceſſit, eiſque diaria in Liburia, & Cemeterio .. diſtribuit*. Particula illa &, disjunctive Liburiam ab Coemeterio (quae diverſa profecto eſſe debuerant) ſpeciatim enumerat: Liburiam ſcilicet tam Neapolitibus, quam Lan-

gobardis communem, & Coemeterium a Neap. etiam eo temporis fortaſſe inſimul cum Langobardis Abellam, & Cancellorum Caſtrum dominatum; & quo eorum Ducatus ortum verſus explicabatur. In horum Agrorum tractu permulta proinde inter utramque aemulam nationem certamina, ut in Erch. & Ign. Caſs. notatum, ut alterutrimque imperium prolatarent; ex iiſque, atque aliis Chartis Langob. a me perluſtratis plurium locorum nomina in lucem prodiere, & quorum magna adhuc ex parte ſupereſt memoria. Ea ſunt *S. Carſii*, qui nunc etiam vocitatur: *in campu de Calevanu* (Caivano) *S. Angeli in Gualdo* (*fort.* il Boſco di S. Arcangelo) *Puczianu* (Caſapuzzana): *in Carditu*, & *Caſavetere*: *Mellianu*, *Melanu*, & *Melajanu* (*fort.* Melito): *Caſuri*, *Caſuria* (Caſoria): *Cerinaru* (Carinaro): *Griciniaru*: *Tuberoli*: *Nevanu*: *Caſagrumi*: *in Campu S. Marci*, & *Roguliti* (loca quidem prope oppidum *Afragola*): *in Pomelianu* (qui vel prope Atellae ruinas, vel in Nolano agro proſtant): *in Caſtru vetere de Atellis Eccleſia S. Mariae de Liberatis ſubdita Eccl. S. Elpidii* (*vulgo* S. Arpino): *in Merulano* (Marigliano): *Campuſanu*: *Brucſianu*: *ad Ciſterna*: *Marczianu*: *Gualdu de Cancellis*, *Lavardu*, *Campu S. Felici*, aliaque, quae hodie ad Nolanum territorium ſpectant, nomenque ſuum ſervant.

Atque ut etiam ultra Clanium quandoque Liburiae nomen Occaſum verſus effluxiſſe dignoſcatur, heic aliquorum quorumdam locorum mentionem facere opus eſt, quae revera adhuc intra Vulturni, & Clanii curſus exſtant. Ea ſcilicet ſunt *Cella S. Nazarii* (non longe a Pago Graczaniſii): *Campu Traconaru* (fort. qui vulgo dicitur *la Tronara*). *In Caſtru betere de Bolturno* (quae nunc *la Civita*): *in Pinetu Patrienſe*, & *Bulturnenſe* (quae hodie *la Peneta*): *in S. Caſtrenſi in Civita*, aliaque: quae quidem cum adjuncto *in Liburia* cognominantur in veteribus Chartis; & exſtant inter utrumque fluvium; nec nimis longe ab nova Capua urbe. At de hac nova Liburiae extenſione infra differendum.

Vi-

Videndum nunc, quam ob cauſam, quove tempore Liburia, antiquo ejus nomine ſublato, *Terra Laboria*, ſeu *Laboris* vocitari coeperit, uti nunc cognominatur tota noſtra Campania Provincia. Equidem quod ſupra in Anon. Salern. ex Cl. Muratorio notavi, quo ipſe loco *Terram Laboris* memorat, a Freccia, aut alio exſcriptore verbum illud pro *Liburia* ſuffectum fuiſſe, non eſt dubitandum. Tunc enim temporis, ideſt ſeculo X. non aliud nomen vulgo, quam *Liburiae*, frequens erat; & ita in Chartis paſſim legitur ad ſeculum uſque XI. ut infra patebit, in quo prius *Terrae Laboriae* nomen invectum in Capuae Principatum ſub Pandulfo IV. Capuae Principe. Qui vero hoc acciderit, haud ſecus adfirmare auſim, quam ex corrupta *Leboriae*, & *Liburiae* voce, quum ad ejus colligendos fructus, ut quae ubertate agrorum, copia frugum ſatis profecto opima erat, ſatis longo labore, & improbo deſudandum eſſet, cujus fertilitatis paſſim Auctores meminere. Atque iſthaec poſtrema (ut ita dicam) *Liburia* jam ſeculo XI. extenſa, illa quidem erat, quae Liternenſis, & Cumani, ſeu Puteolani Agri partem, Neapolitanum nempe, Nolanum, Atellanum, Abellanum, Sueſſulanum, Acerranum, Capuanum, & Vulturnenſem definiebat, ut ex praecitata Pandulfi Charta pro bonorum Capuanae Eccleſiae pertinentium confirmatione, quae in Theſauro ejuſdem Eccleſiae ſervatur Anni MXXXIX. in qua legitur: *Item omnes terras, curtes, ſylbas, & homines... que ſunt in Atelle finibus, & in Acerre, & Cancellis, & in finibus Calaſtu, & Seſſulu: necnon in Calbu, & Calinulu, & in Valle Montanaru, & in Franculiſi, & loco Caldana per ſuos fines... Item & caſas, curtes, terras, & gualdora cum paſcuis ſuis in Bolturnu, & Arnoni, in Graczaniſu, in Ferraianu, in Ponte veteri, in Stoſſili... que ſunt omnes pertinentes noſtre Leboree per ſuos fines* &c. Quum itaque in praecitata Charta, quae de Agris Trans-Vulturnenſibus, ſcilicet Calatinis, Calenis, Teanenſibus, aliiſque memoriam fecerit, ad *Terram Laboreae* noſtrae nullatenus pertinere adſerat (propriorum quippe

 ſuae

ſuae urbis, cui ſubdebantur; agrorum nomina praeſeferunt, nempe *Gruſt le in Tianu*, *Gallicanu in Sueſſia*, *in Montemalu*, & *Trebulanu de Cajacias*, &c.) dicendum omnino eſt, tunc *Terrae Laboriae* ſenſim denominationem irrepſiſſe; eamque eandem prius fuiſſe, quae *Liburia* dicebatur: agros enim pene cunctos Trans-Clanianos, Vulturnoque conterminos novae Liburiae extenſae memorat, ut dixi: proindeque etiam Trans-Vulturnenſes excepiſſe ad Sueſſanos prope agros, ac Teanenſes. Et nequis fort. credat ex Notarii potius errore, quam conſuetudine jam inducta in contractuum Chartis, *Laboriam* ibi vocitatam fuiſſe, aliam ab ea non diſsimilem Chartam Tabularii S.Laurentii de Averſa A. ML. obſervare licet: ibi: *quae quidem terra in pertinenciis de Arnonu* ... & *nominatur de Tracunaldu* (*la Tronara*, ut ſup. notavi)... & *in Caſtru de Bolturno in Laboria*, &c. & in altera permutationis Monaſt. S. Benedicti, & Monial. S. Johannis Capuae A.MLXXIII. legitur: *que quidem petie terre ſunt in Gualdu de Laborea in Bolturno in pertinenciis S. Naczari*, *loco qui dicitur Carpinu*, *juſta ribum qui deſcendit de Tracunara*, &c. Et in alia apud Petr. Diac. in Reg. fol. 208. in qua donatio Paldonis Comitis Venafri, & Mariae ejus uxoris Monaſt. Caſſin. in eaque *Laburiae* etiam nomen. Non ex errore igitur Notariorum *Laboriae* nomen invectum, ſed ab inducta ſenſim conſuetudine ita extenſam *Liburiam* adpellandi; ut fere novam Capuani Principatus Provinciam, nimium decurtatâ Neapol. Liburiâ jactarent Langobardi Dynaſtae, eo temporis magnitudine ſua mirum in modum A. MLXIV. aucti.

Quod fort. (liceat profecto opinari) cauſae fuit, ut ſucceſſores Capuae Principes, Liburiae nomine obſoleto, *Terram Leboream*, & *Laboriam* ſubſtituerint; & vix a Northmannis Capuae Principatu potitis nomen *Terrae Laboris* invectum ſit (quum Liburiae nomen, quo etiam Principatus Salerni Dynaſtae olim uſi in ſuis Chartis, ſicuti paſſim in Cavenſi Tabulario: *Caſtro Montis de Nuceria*; & *in Waldu de Sarnienſe noſtre Liburie*, &c. jamdudum obſo-

obſoleſceret) quod nondum veterem, novamque Liburiam includebat; ſed univerſam Capuani Principatus, & Salernitani Ortum verſus, qui Capuano aliquando unitus fuerat, extenſionem. Patet ex duabus Chartis ſub Richardo I. Capuae Princ. exaratis, quarum altera Capuae in Arca Monaſt. Monialium S. Johannis proſtat; altera quae in Tabulario Monialium S. Blaſii Averſae adſervatur, quas integras, aliaſque, Deo dante, in lucem ſeparate proferemus in hujus operis Appendice. In priori haec habentur: *In nomine Domini .... Anni ſunt milleſimo nonageſimo ſecundo, & die octabo de menſe Nobembre per Indiccione prima Anno duodecimo Principatus Domini Richardi Glorioſiſſimi Principis Capue, Duce Caete, & Comes Averſe. Ideo conſtat me Gaufridus Comes de Caſerta fil. quondam Sekenolfi, & Immule mea conjuge, qui ſumus nunc avitatores in Caſtro Aberſe* (fort. quod Richardo Principi fidelis, illum fuerit ſecutus, & a Langobardis Campanis tanquam hoſtis, uti Richardus Princeps, exagitatus)... *pro ſalute & remedium anime noſtre, necnon parentum noſtrorum .... damus, & concedimus ad ipſum Monaſterium S. Johanni ſitum in Cibitate Capua, in quo Rachbildi filia noſtra cum aliis Santimonialibus vitam agi preordinavit ... terras noſtras que ſunt in finibus noſtro Comitatu de Caſerta in locu Alifredi & Erculu, & ballu frigidu, & Muroni, & S. Angeli de Monte Mataluni, & Campo de Cluſi in Gruttula, & S. Anaſtaſi in filicitu .... necnon terras & curtes genetrici mea in loco Arnoni, & Mefulari, & Nonis .... & in Caſtru Volturno .... & in Sabinianu de Via Vetere, & Caſamurru, & Vicogaudu, & Campucipru, & Airolu ... necnon Gualdora de Acerris, & Seſſuli, qui dicitur Magenaldi ... que ad nos & genetrice, & conjuge noſtra pertinere ... & omnes ſita ſunt in Principatu Terre Laborie, & Comitatu noſtro*, &c.

In altera A. MIXC. legitur confirmatio conceſſa Monaſterio S. Blaſii, omnium bonorum, quae poſſidebat *in pertinenciis Averſe, Capue, Calinulo, in Acerris, & Atelle vetere, & in Caſtris Vulturnenſe & Patrienſe, & in*

in Atelle vetere, *& in Caſtris Vulturnenſe*, *& Patrienſe*, *& in Gualdu de partibus militie*, *& in tota noſtra Terra Principatus Laboriae & Averſe*: in eaque poſt Principis *Richardi* ſubſcriptionem adeſt etiam illa *Roberti ejus filii Comitis Averſe*, *Agenolfi Comitis de Calinulo*, *Paldenolfi de Calbo*, *Geſolfi de Tiano*, *& Gaidolfi de Acerris*, *& Guaiferii Comitis de Bolturno & Patrienſe ſub die tercia Auguſti in Civitate Averſa*. Quibus ex chartis colligi poſſe videtur, jam tum a Notariis Principatum Capuae cognominari coeptum *Principatum Laboriae*, qui proinde *Terrae Laboriae*, *& Terrae Laboris* vocitatus eſt. At unde iſthaec fuerit conſuetudo inducta, inveſtigandum nunc profecto eſt. (*a*) Peregrinius noſter id cauſae fuiſſe, ait, Northmannorum Capuae Principum in Campanos Langobardos odium, qui Richardum II. Capua expulere An. MXCI. ejuſque Northmanni aſſeclae, quum ex urbe illa Principem ſuum ejectum vidiſſent, Capuanum Principatum nunquam in poſterum memorare curarunt; Principemque ſuum *Terrae Laboriae* (ob Liburiam pene integram ab eo poſſeſſam) vocitare coeperunt, etiam poſt ſubactam deinde Capuam A. MIIC. Ob quam fort. cauſam Gaufridus Malaterra Richardum ipſum *Averſae Principem* (quae urbs totius olim *Liburiae caput* fuerat) dixit: & Cinglenſis Chronographus *Richardum Averſanum* adpellavit, ne amiſsâ Capuâ, Principatum quoque amiſiſſe crederent. Et quoniam Capuae Dominus eſſe deſierat, Principatus Liburiae, ſeu Terrae Liburiae, Laboreae, & Averſae titulum aſſumſit, quaſi novae Provinciae dominium adfectaret: Graeco-Neapolitum quoque genio indulgens, qui Campanis Langobardis infenſi tunc hoſtes erant, & Campaniae Provinciae Duces quandoque fuerant (*a*), Terraeque Leburiae Domini, Richardo titulum Laboriae Principis non invidebant, ſed fovebant potius, promovebantque: eoque pacto de Campanorum Langobardorum injuriis ulciſci putabant, quum

(a) In Campan. p. 260. ſeq. & in addit. (b) Vid. Peregr. infr. Diſſert. V.

quum in univerſi Principatus loca (unâ exceptâ Capuâ) imperium Richardus habuerit; nec ideo Principatu caruiſſe ſuo, ſed illum *Terrae Laboreae* (dein corrupte *Terrae Laboris*) perduelli Capuae ſubſtituiſſe, quem deinceps accipere renuit, niſi Langobardis Capuae omnino ſubmiſſis. At in chartarum titulis, Capuae tantummodo Principatus denuo innotuit; ſed plerumque a Northmannicis *Terrae Laboriae*, & *Laboris* nomen in dies uſurpari coepit, in quo Peregrinio noſtro lubenter adſtipulor.

Ex hactenus jam dictis, quae Flavius Blondus in hanc rem ineptiſſime congeſſerit, quiſque pro se facile confutabit. Ait enim in Deſcr. Camp. *Capua vetuſti in eam Romanorum odii . . . . vicini urbium, oppidanorumque populi Campanos ſe appellari ignominioſum, periculoſumque ducentes, id declinarunt nomen; & ſeſe Laborinos pro Campanis dixere: effecitque obſtinata eorum perſeverantia, ut quicquid urbium, & locorum in Campania cenſeri ſolebat, Terra Laboris diceretur*. Sed quam peſſime ariolatus ſit Blondus, quaeve ipſe ſphalmata adglomerarit, haud refellendi hic locus eſt. Dicam tantummodo, ipſum facem praetuliſſe tot aliis, qui hac in re pecudum more huic fabellae turmatim adhaeſere; antiquam ſcilicet fuiſſe *Terrae Laboris* adpellationem adſerentes, quum neque ſub Romanorum Imperio, neque Gothorum, aut Graecorum hujus nnquam nominis mentio ſit. Neque verba Epiſtolae S. Martini Papae ap. Peregrin. infra Diſſert. V. movere profecto debent: ibi enim pro *Terra Laboris* (*Laporis* in quibuſdam Codd. habetur) *Terra Liparis* legendum eſt: ſicuti pro *Meſſena*, *Miſenum*, ut idem loc. cit. notavit. Quare *Terra Laboris* (quae primum *Liburia* & *Leburia* ſub Langobardis) nonniſi ſub Northmannis Princ. immo etiam ſub fine Langobardorum XI. Seculo audiri coepit, ut dixi. Nec ob aliam profecto cauſam, quam ut *Liburiam* Provinciam adſererent, & ſummi honoris loco habendum putabant titulum illum, quo *Principes* nempe *Terrae Laboriae* ii vocitarentur: quo aemuli Graecorum Auguſti ſimili titulo

lo inſigniti jactabantur *Terrae Apuliae*, *& Calabriae*, ſive *Langobardiae minoris Domini*.; quamvis jam pene omnibus iisdem Provinciis ab Northmannis eſſent exſpoliati, ut alibi plenius expendendum erit.

Ceterum qui primo *Terrae Laboris* nomen protulerint, e noſtratibus fuere Romualdus Guarna in Chron. Johannes de Ceccano, & Hugo Falcandus, qui ſuas Hiſtorias, pulſis jam Langobardis, deſcripſere: ipſique jam, ut neutiquam inſuetum, aut infrequens nomen Campaniae Provinciae adſeruere; itaque aut in Langobardici imperii occaſu, aut ſub Northmannorum exordio hoc nomen eidem adtributum credidere. Conſule quae Peregrin. ipſe in Camp. Diſc. pag. 76. & 171. adnotavit.

DE

Digitized by Google

DE DUOBUS LIBELLIS JUDICII.

Noſtratium Langobardorum imperium longa tandem quingentorum annorum aetate conſeneſcens, excepit, immo excidit Nortmannorum in hanc (a) Cis-Tyberinam Italiam adventantium bellica virtus ab exiguis licet ſuccreta principiis. Quo equidem actae rei exemplo indecens non erit eorundem Langobardorum Hiſtoriae unum, atque alterum Libellum Judicii ſubdere, temporibus exaratos Nortmannorum; ut ſcilicet ſcripta rebus, velut exemplum exemplari, quo ad hoc quoque adamuſſim concordent. Et ſane hujus Libri omen ab Langobardicae gentis caſu, ni Deus aliter, non admodum diſpar erit, ſi quidem ſicut Nortmanni pervaſam Langobardorum ditionem reddidere duplo fere majorem, Inſula adjecta Siciliae, & litoralibus Graecis exterminatis, ac perpetuo ſub jugo miſſis: ita conſimili eventu Opuſcula poſt iſta puſilla ſeges altera aliis ſuccreſcet rerum a Nortmannis geſtarum ad meſſem in grandiorem certe librum congregandam. Sed interim quae inducta eſt comparatio magis, magiſque quadrare (b) videtur; quoniam nil minus Langobardorum rebus acciſis, eorundem Leges fere omnes, mores permulti, & Ritus aliquandiu permanſerunt, etſi vigerent Nortmanni; atque praeſenti Langobardorum Hiſtoria concluſa, eidem Opuſcula adjiciam ſub Nortmannis deſcripta, quae nonnullas priores Leges, ſive Ritus non inutili lectione deſignant. Haud igitur populorum perpetuo inimicantium monumenta me inepte commiſcuiſſe, cenſebit peritus antiquitatis Lector. Qui de reliquo ſciat volo, anteriorem Libellum exceptum eſſe ex ſcripto membranaceo Regiſtro bonorum Monaſterii S. Michaelis Archangeli ad Formam nuncupati extra Capuam, quod adſervabatur in Archivo Caſſinenſi: Poſteriorem vero innotuiſſe mihi humanitate Johan-

(a) *Cis Tyberinam Italiam Langobardis ademere Nortmanni.*

(b) *Sed nonnullas eorum leges ſervarunt his duobus Libellis deſcriptas.*

Johannis Jacobi Tranſi Viri Patritii, atque antiquitatis ſtudioſi; quibus pro meo libitu Titulos addidi, quales auctoritas ſuaſit Falconis Beneventani (a); cui in Chronico ad finem anni MCXXI. conſimilem Chartulam adpellaſſe videtur Libellum Judicii. *Inſuperque ratus in ſcripto Chronico Monaſterii S. Vincentii ad Fontes Volturni perplures tales Chartulas ineſſe, ex quibus clare liquet dictas eas alio nomine fuiſſe* Notitias judicati, *alteram adpoſui Epigraphen, ut qui volet, alterutra poſſit uti. Verumtamen nec iſtud admonere praetermittam, in Papyraceo exemplari poſterioris Libelli a noviſſimo librario, qui ex Autographo membranaceo eum exceperat, adipictam fuiſſe iſtiuſmodi ſubſcriptionem:* Yo el Rei; *quam conſulto omiſi; quod putaverim ironia quadam ab exſcriptore confictum, qui germanam exoletae, ſive implexae ſubſcriptionis interpretationem haud fuerit adſecutus, ſubſtitueritque alteram frequenti uſu ſibi expoſitam: utpote a Catholicis noſtris Regibus in Diplomatibus, ac Epiſtolis uſurpatam.*

LI-

(a) *Quorum Epigraphen explano.*

Digitized by Google

LIBELLUS DILATI JUDICII

S I V E

NOTITIA JUDICATI

De Terra, ac Fundo quodam ſito in Matalone, pro Monaſterio, & Eccleſia S. Michaelis Archangeli ad Formam nuncupato prope Capuam.

IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti. Anno ab Incarnatione ejuſdem milleſimo centeſimo quadrageſimo nono. Temporibus Domini noſtri Rogerii Dei gratia magnifici Regis; & quinto anno Principatus Domini Guilielmi filii ejus glorioſi Principis menſe Madio Indiction. XII. Juris, & rationis hortatur authoritas quoſque juris interpretes in judicio reſidere; injuſta poſcentibus affectum non tribuere, legitimas quoque deſiderantium (a) non differre petitiones. Nobis igitur Riccardo, & Leone Judicibus Caſtri Matalonis die quadam ob cauſas inter litigantes terminandas, & lites dirimendas pro ſolito in Judicio reſidentibus, Joanne Fratre Camerario praedicti glorioſi Principis, & quampluribus Militibus, aliiſque probis viris ibi exiſtentibus, contigit in noſtram venire praeſentiam; ex una quidem parte Joannem cognomine de Sueſſa, Sacerdotem, Monachum, atque Praepoſitum Monaſterii S. Angeli, quod dicitur ad Formam, cum quibuſdam Monachis ejuſdem Monaſterii confratribus ſuis, & cum Philippo Notario ejuſdem Monaſterii (b) Advocato. Ex parte vero altera Petrum cognomine Girardi,

 filium

(a) Confer Leg. Lang. Lib. II. tit. 40. l. 1. & ſeq. At præ loci anguſtia haud hic do quae *de Placitis* peculiari in diſſertatione adnotata habeo: quam etiam deperditam, exoptamus.

(b) Unus Advocatus ſacramentum deducit: alter cauſam procurat. LL. Langob. Lib. II. tit. 47. l. 8.

filium quondam Euſtaſii Girardi, habitatorem in praedicto Caſtro Matalonis cum Ugone de Solerio (a) Domino ſuo, qui eum ex parte publica dominabatur. Quibus omnibus in praeſentiarum congregatis, pars praedicti Monaſterii per praephatum Philippum Notarium, & Advocatum ſupradicto Petro hujuſmodi fecit querimoniam, dicens: eum vi, & injuſte poſsidere unam petiam terrae eidem Monaſterio pertinentem, & de ea malo ordine tuliſſe fruges ad valens ſolidos quinque, & eis amplius; & de illa arbores, & vites incidiſſe, de quibus juſtitiam ei fieri poſtulabat. Et ut terra oſtendetur quaeſitum eſt. Sed cum de ſitu loci diu ab utraque parte diſceptaretur, ut finis negotio daretur celerius, quae a parte Monaſterii objecta erant, penitus inficiando terram illam ſe ſcire pars praedicti Petri reſpondit, & de eo (b) jurejurando ſatisfacere volebat. Nos vero videntes jurejurando etiam praeſtito litem proprietatis non eſſe deciſam, eo in ſuſpenſo relicto, ut ad id, quod majus erat, venirent, praecepimus. Pars itaque praedicti Petri terram illam ſe ſuo nomine poſsidere aſſeruit. Pars vero Monaſterii, habito conſilio, Monaſterium illud praedictam terram ad ſuam proprietatem tenuiſſe, & ſe inde teſtes habere, videlicet Petrum cognomine Adriani, & Joannem cognomine Cyminum, & Raynulphum ibi praeſentes, reſpondit; in quos nihil rationabiliter objectum eſt. His auditis, terram illam una cum praedictis teſtibus (c) adivimus. Quae ab eis undique nobis oſtenſa, & conſignata, unuſquiſque eorum ſingillatim, & ſeparatim a nobis diligenter ammoniti, & inquiſiti, ſicut moris inde eſt, dixerunt, & teſtificati ſunt, ſe ſcire praedictum Monaſterium ipſam petiam terrae tenuiſſe ad ſuam proprietatem; & ad ſuum confirmandum teſtimonium jurejurando ſe prae-

(a) Confer parem locum Ivonis Carnot. epiſt. 168.

(b) Apud Langobardos lis omnis, vel jurejurando, vel Monomachia dirimebatur. Vid. eorum Leges Lib. I. tit. 1. l. 7. & Lib. II. tit. 55. per totum.

(c) Judex adit terram ex lege. Adreual. Flor. de Mirac. S Bened. c. 38.

Digitized by Google

praeſto eſſe exhibuerunt. Praephata vero petia terrae eſt in loco, ubi dicitur *Sanctus Terentianus*, infra fines videlicet Matalonis, & hos habet fines. Ab uno latere eſt finis Terra Raonis Pipini, & finis terra Petri Girardi, & terra Roberti de Grutta, & finis terra Sancti Terentiani. Altero latere eſt finis terra heredum quondam Dominici cognomine Sareca, & finis terra Petri Sabbatini, & Joannis Sabbatini. Ab alio capite finis terra Eccleſiae S. Pauli, & finis terra . . . . . . Poſt haec in Curiam reverſi, quae geſta fuerant, praenominato Camerario, & aliis in Curia exiſtentibus ſeriatim narravimus. Interea pars Monaſterii innitens ad Monaſterii jus liquido patefaciendum, aliam ſponte induxit allegationem; exhibuit quidem duo inſtrumenta; in quorum altero continebatur, quomodo quondam Giezus Diaconus, & Cuſtos Eccleſiae S. Rufi Civitatis Capuanae, juſſione, & voluntate Domini Maynardi Monachi, qui tunc Praepoſitus erat ipſius Monaſterii, conſenſu etiam, & voluntate Fratrum Monachorum ipſius Monaſterii per ſcriptum convenientiae dedit, & tradidit quondam Landoni Girardi, Avo praedicti Petri, integram praedictam petiam terrae praedicto Monaſterio pertinentem, ad tenendum, & laborandum, & plantandum illam uſque ad XXIX. annos completos: ſic tamen, ut omni anno tempore Aeſtatis daret parti ejuſdem Monaſterii quartam partem de omnibus frugibus praedictae terrae, & de uvis in tempore vindemiorum meſſe, & duo paria pullorum & caetera in ratione, & ordine, ſicut in eodem inſtrumento continebatur; quod ſcriptum erat per quondam Petrum Clericum, & Notarium in anno Dominicae Incarnationis MCIIX. & ſecundo anno Principatus Domini Roberti Principis, menſe Auguſti, Indictione prima: roboratum vero erat per quondam Petrum Judicem, & per eundem Giezum, ac per Urſonem, & Landulfum, & Leonem Sacerdotes. In altero vero inſtrumentorum continebatur, quomodo praedictus quondam Lando Girardi guadiam dedit praedicto Domino Maynardo Prae-

poſi-

poſito per partem ipſius Monaſterii, & ei fidejuſſores poſuit ſe ipſum, & Rogerium cogn. de Miglia, qui eum tunc temporis *(a)* dominabatur, & ſi ipſe, vel ejus heredes non complerent parti praedicti Monaſterii omnia, quae, & qualiter in ipſo proriſcripto continebantur, centum tarenorum aureorum monetae Amalfiae paenam ſe parti praedicti Monaſterii componere obligavit, aut ipſam terram eidem Monaſterio quietam dimittere; & caetera in ordine, & ratione, ſicut in eodem ſcripto continebantur; quod ſcriptum erat per quondam Gratiannm Clericum, & Notarium in anno Dominicae Incarnationis MCXVII. & XI. anno Principatus praedicti Domini Roberti Principis menſe Junio Indictione X. roboratum erat per quondam Maj nem Judicem. Viſis igitur, & auditis a parte Monaſterii tam apertiſſimis allegationibus, ſi quas rationes haberet, ut oſtenderet parti praenominati Petri praecepimus. Qui ſe ad praeſens rationibus carere dicens, ut ad eas inveniendas congrue ſibi darentur inducіae, poſtulabat. Et quia eum ad hoc imparatum fore audivimus, ut *(b)* octo dierum ſpacio ei ob id daretur, non inconveniens duximus. Sed antequam dies ſtatutus veniret, praedictum negotium ad notionem Ebuli Regii Camerarii pervenit. Qui, ut coram eo pertractaretur, ac diffiniretur, *(c)* praecepit. Die itaque conſtituto Curia congregata eſt coram eo in Capuana civitate, Baronibus, nec non Tolomeo, Petro, & Joanne ejuſdem Capuanae urbis Judicibus, aliiſque probis viris praeſentibus, & utraque parte ibi exiſtente, nos cauſam, qualiter geſta fuerat, per ordinem narravimus; deinde ſicut ſtatutum fuerat parti praenominati Petri; ſiquas haberet rationes, ut exhiberet illas, dictum eſt. Qui per ſe, & per jam dictum Ugonem de Solerio Dominum ſuum terram

ram

(a) Hic quoque facit locus Ivonis Carnot. Epiſt. 168.

(b) Antiquae Langobardor. Leges a Placito ad Placitum 15 dies intercedere ſtatuerunt Lib. II. tit. 50. l. 2 & 3.

(c) Alias non licuiſſet pulſanti Judicem ſuum praetermittere, cauſa indefinita. Leg. Lang. Lib. III. tit. 23. l. unica.

ram illam praedictum quondam Landonem Avum ſuum, & patrem ſuum, & ſe per XL. annos, & eis amplius poſſediſſe aſſerens, quatuor viros ibi praeſentes, qui illud ſciverant, teſtes exhibuit in Curia; perhibens quoque quondam Riccardum Principem illam jam dicto Landoni Girardi avo ſuo conceſſiſſe, qui ob hoc de ſervitio unius Servientis Curiae deſervierat. Qui in Curia, ſicut moris eſt, diligenter interrogati ſunt, unuſquiſque eorum ſingillatim teſtificatus eſt, praedictum quondam Landonem; & ejus heredes terram poſſediſſe illam per XL. annos, & eis amplius, & de hac, & de aliis terris eorum de ſervitio unius Servientis Curiae deſerviſſe; & quod reddebant ſingulis annis de eadem terra praedicto Monaſterio quartam partem omnium frugum, & de uvis mec̃ (*a*), & duo paria pullorum. Caeterum pars ſaepe dicti Monaſterii haec, quae dicta erant, ſibi nihil obeſſe aſſeverans, argumentabatur, conditionem Monaſterii eorum facto non deteriorari, cum jam apertiſſime, & manifeſte conſtaret terram Monaſterii fuiſſe, & praenominatum Petrum, & patrem, & avum ejus eam a parte Monaſterii tenuiſſe, liquidius pateret. Interrogatus autem praedictus Petrus iterum, atque iterum, ſe aliis rationibus penitus carere confeſſus eſt. Cumque ſuper praedictis hinc, & inde diu diſceptaretur, praeceptum eſt Capuanis Judicibus, & nobis, ut ſuper his ſententia diceretur. Nos ergo praenominati Judices cum praememoratis Capuanis Judicibus, (*b*) Baronibus pluribus, & Militibus, aliis quoque viris idoneis in partem euntes, & praedictam petiam terrae ſaepe dicto Monaſterio plena ratione pertinere cognoſcentes, communicato conſilio, praefato Petro Capuano Judice proloquente, judicavimus: *Quatenus a modo, & ſemper praedictum Monaſterium S. Angeli firmiter habeat, & poſſideat praenominatam petiam terrae abſque omni contrarietate, & moleſtatione praedicti Petri, & de*

(a) An fort. *meſſe?*
(b) Confer Leg. Lang. Lib. II. tit. 45. l. 2. & Lib. III. tit. 1. l. finali ad fin.

Digitized by Google

& de ſuis heredibus : jure tamen Curiae, ſi quid ſibi exinde competit, non diminuto. Ad hujus itaque cauſae terminationem, hujuſque controverſiae Judicii memoriam in poſterum faciendam, ne, quae ſuperius geſta ſunt, oblivioni tradantur, praeſens noſtrum ei exinde judicatum emittere curavimus. Quod tibi praememorato Philippo Notario praeſenti in Actis deductum commiſimus.

Ego qui ſup. Tolomeus Judex.
Ego qui ſup. Petrus Judex.
Ego qui ſup. Joannes Judex.
Ego qui ſup. Leo Judex.
Ego Rogerius Not. & Curiae Advocatus.
Ego Guilielmus Not. & Advocatus interfui.
Ego Joannes Not. interfui.
Ego Gervaſius Not. interfui.
Ego Petrus Not. interfui.
Ego Guilielmus Not. interfui.
Ego Pandulſus Not. interfui.
Ego Landulfus interfui.
Ego Joannes de Burgent. interfui.
Ego Iezolinus de Rocca interfui.
Ego Ra. . . . . interfui.

LI-

LIBELLUS JUDICII
SIVE
NOTITIA JUDICATI

De cujuſdam aquae decurſu, pro urbe, & civibus Sueſſanis.

IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti. Anno ab Incarnatione ejus MCLXXI. Regni Domini noſtri Secundi Guglielmi Dei gratia Magnifici Regis Siciliae, Ducatus Apuliae, & Principatus Capuae anno VI. menſe Junii Indict. IV. In praeſentia Domini Comitis Roberti Caſertae, Apuliae, & Terrae laboris Magni Comeſtabili, & Magni Juſtitiarii, qui apud Magdalonum Curiam tenebat. Nobis Alexandro, Joanne, & Bartholomeo civitatis Capuae Judicibus, & Valeriano Averſanae civitatis Judice, & Joanne, & Donato Judicibus Magdaloni in Judicio reſidentibus: praeſentibus Joanne Caccavicario, qui ex mandato Domini Comitis, ut Judex, in Curia ſedebat, Atenolfo de Patricio, Petro Fratre, Pandulfo de Marczano, Diſolfo filio ejus, Riccardo de Citro Regio Comeſtabile, Aſcitino, Riccardo Notario, & aliis quampluribus: Petrus venerabilis Teanenſis Epiſcopus cum Judicibus, (a) Militibus, & civibus Teani proclamaverunt adverſus cives Sueſſae, qui in Curia aderant, quod ipſi furtive quandam aquam invaſerant, & eam ad civitatem Sueſſae derivabant; quam aquam tam longo tempore poſſederant, quod hominum memoriam excedebat. Herveus vero venerabilis Sueſſae Epiſcopus, Judices, Milites, & alii quamplures cives Sueſſae, qui pro parte civium Sueſ-

(a) Legibus Langob. ſancitum eſt, *ut Epiſcopi, & Comites uniti ſint pro pace, & ſalvatione in omnibus honoribus ſuis hominibus &c.* Lib. II. tit. 53. l. 2.

Digitized by Google

ſae ad reſpondendum venerant, aquam illorum ſe furtive non invaſiſſe; ſe aquam, quam ſe quaſi poſſidere dicebant, ex dono, & conceſſione, & ordinatione Domini Regis Rogerii beatae memoriae ſe poſſediſſe dixerunt. Super quo produxerunt teſtes Anneum de Rivomatricio, & Landonem Burrellum; quos donationi, conceſſioni, & ordinationi Domini Regis Rogerii interfuiſſe dicebant. Item iſtud aliud allegabant: tempore Simionis Seneſcalchi de hoc fuiſſe ortam controverſiam inter cives Teani, & cives Sueſſae, & teſtificatum fuit in praeſentia Simionis Seneſcalchi per Evulum de Mallano, Anneum de Rivomatricio, & per eundem Simionem Seneſcalchum, quod praedictus Dominus Rex hujuſmodi aquam civitati Sueſſae conceſſit. Item dicebant; quod ex praecepto ipſius Comitis Roberti, quidam ex civibus Sueſſae, & quidam ex civibus Teani cum ipſo Petro Teani Epiſcopo ſuper ipſa aqua convenerant, & ex utriuſque partis conventione ſic ſtatutum eſt: *Ut ex macerie ſupra liceret Sueſſanis aquam habere, & a macerie infra Teanenſes aquam haberent*. Et de his omnibus Sueſſani ſe teſtes habere dicebant. Pars vero Teanenſium ordinationem, & conceſsionem Domini Regis in dubium revocabat. Item nec mandato Teanenſium, nec pro aqua controverſia finienda, ante praedictum Seneſcalchum venerant, & ipſam conventionem, etſi fuit, ut aſſerebatur, mandato, vel voluntate Teanenſium factam fuiſſe, negabat. Pars itaque Sueſſanorum ad probandum, quod dixerat, in primis produxit coram nobis Anneum de Rivomatritio, & Landonem Burrellum, qui unus poſt alium ſunt nobis teſtificati, dicentes, ſe interfuiſſe, vidiſſe, & audiſſe, quando praedictus Dominus noſter Rex Rogerius, praeſente Evulo de Mallano, in Palatio Caſtri Sueſſae ſtans ad feneſtram ordinavit, conceſsit, & donavit Sueſſanis, ut a partibus Roccae Monſini, & ab eis pertinentiis aquae caperent Sueſſani, & ad civitatem ſuam aquam ducerent; & praecepit Evulo de Mallano, ut illud eis aſsignaret; & dixerunt, quod ex tempore praedictae conceſsionis ipſam

Digitized by Google

ipſam aquam Sueſſani uſque nunc ad civitatem ſuam duxerunt. Item produxit Sueſsanorum pars Riſonem Judicem Sueſſae, & Philippum Notarium Graecum, qui unus poſt alium nobis teſtificati ſunt, dicentes, ſe vidiſſe, & audiviſſe praedictum Evulum de Mallano, & Anneum de Rivomatritio in praeſentia praedicti Seneſcalchi, praeſentibus Teanenſibus, & praedicto Teanenſe Epiſcopo, teſtificatos fuiſſe conceſsionem ipſius aquae a memorato Domino noſtro Rege Rogerio factam, & ipſum Seneſcalchum id ipſum ſuo teſtimonio confirmaſſe, & Petro de Ravello injunxiſſe, ut conceſsionem Domini Regis Rogerii Sueſſanis adimplere faceret. Demum pars Sueſſanorum produxit coram nobis praefatum Sueſſanum Epiſcopum, & jam dictum Anneum, & Boëmundum Sueſſae, qui unus poſt alium nobis teſtificati ſunt, ſe vidiſſe, & audiviſſe eo tempore, quando Epiſcopus non Epiſcopatus honorem fuerat adeptus, ex mandato praedicti Comitis Roberti Sueſſanos cum Teanenſibus de aqua ad praedictam conventionem veniſſe, ut a macerie ſupra aqua eſſet Sueſſanorum: a macerie infra Teanenſium. A nobis autem praefatis Judicibus jam dictorum teſtium verbis propalatis, pars Teanenſium praefatum Anneum de Rivomatritio, & Landonem Burrellum falſum teſtificatos fuiſſe per pugnam ſe probare velle dicebant. Nos vero praefati Judices ex praecepto Domini Comitis cum Joanne Caccavicario, & . . Joanne Bello, Riccardo Citri Regio Cameſtabulo, Atenolfo de Patricio, Petro Fratre, Pandulfo de Marczano, Aſcitino, Riccardo Notario, in partem ivimus; & habito conſilio, reverſi judicavimus, pugnam in hoc caſu locum non habere; tum quia inter Langobardos *(a)* erat quaeſtio, *(b)* tum quia de his, quae non vide-

(a) Suſpectus mihi locus: certe obſcurus. An antiquata lex fuerat 42. tit. 55. Lib II. Leg. Lang. Quam lex 23. tit. 9. Lib. I. *propter conſuetudinem vetare non potuit?*

(b) Et quidem ex jure Langob. qui diſcrepantes teſtes Monomachia decertare conſtituerunt Lib. II. tit. 51. lege 11. Admiſerunt tamen, poſſe imbecilles, vel aetate, vel morbo, vel ſexu, Campionem pro ſe ſubrogare Lib. II. tit. 55. l. 43. & ſeq.

DE CHRONICO
SARACENICO-CALABRO
FRANCISCI MARIAE PRATILLI
AD LECTOREM
Admonitio.

SAracenos pluries Provincias haſce noſtras Regni Neap. incurſionibus, populationibuſque repleviſſe, & penitus infeſtaſſe apud omnes exploratiſsimum. Africâ enim ab iis, perinde atque Hiſpaniâ, Sardiniâ, Cretâ, aliiſque ad maritimam oram occupatis locis, Inſuliſque praeterea Tyrrheno mari finitimis, tum demum Siciliâ ineunte ſeculo IX. potiti, non Graecarum modo, ſed & Langobardicarum claſsium auxilio invadendarum noſtrarum regionum rationem rati, cuncta ſuo imperio ſubjuganda animum induxerant. Ac profecto inter aemularum Gentium contentiones, quod ipſi machinabantur, confeciſſent, niſi Ludovici Pii Auguſti primum, & eorum deinceps, qui ipſi in imperio ſucceſſerunt, ad Othones uſque Impp. ſtudium, ac ſollicitudo acceſſiſſet; qui, Deo Opt. Max. annuente, nedum illorum audaciam fregerunt, ſed omnino debellatos profligarunt. At ſicuti barbaros hoſce Chriſtiani nominis hoſtes ſub Principatuum Beneventi, ac Salerni diviſione huc evocatos eſſe certò ſcimus, nempe a Radelchi Benev. Principe primum A. circ. CMXL. *tranſmarinos* (ut eos adpellat Ignot. Caſs.) ſcil. Sicilia, Creta, aut aliunde invitatos; a Siconulfo perinde Salernitano *ex Hiſpania* alios, ad auxilium ſibi praeſtandum abductos, itaut Saracenos

Digitized by Google

ii Saracenis objicerent , quod Oſtienſ. Erchemp. aliique teſtati ſunt: ita omnino incertum, an ante hanc temporis epochem huc aliquando Saraceni adventarint. Equidem A. circ. DCLXVI. aut DCLXVIII. (ut alii putant) Saraceni primum in Siciliam irruperunt poſt mortem Conſtantis Imp. ac Syracuſas ſubegere, qua in urbe Auguſtus idem occiſus fuerat, ibi *praedam maximam, & omne id quod Imperator Româ abſtulerat, in Alexandriam adſportarunt*. Neque uſque ad A. DCCCXX. poſteriorem Siciliae invaſionem legimus, quâ Panormum, Syracuſas, aliaſque a Graeco Imperio ereptas urbes recepere: ac proinde multo poſt ſubjugandam Calabriam eos excogitaſſe fatendum eſt. Scriptores omnes ſynchroni, quos habemus, cum de Saracenorum in noſtrum Regnum irruptione loquuntur, anno circiter DCCCXL. eam accidiſſe adſerunt; & cum Calabriam ab iis captam memorant, confuſim narrant, cumque aliis Provinciarum noſtrarum, Brutiorum nempe, & Apuliae irruptionibus confundunt. Apud Oſtienſ. Ignotum, & Anon. Caſs. Chronographos, Erchemp. alioſque, paſſim Saracenorum excurſiones narrantur; paucaque de Calabriae damnis ab iſdem inlatis verba fecit Lupus Protoſpata, & Barenſ. Anon. Chronicon deſiderabatur, quo hujus Regionis monumentum aliquod peculiare innoteſceret, loca nempe quae Saracenis ſubjecta aliquando fuerint, quaeve ab eorum jugo erepta, aut, reſtituta; quænam Calabrorum virtus, cum iis pugnando, fuerit, ut quae ad hanc Hiſtoriam pertinent, omnino cognoſceremus.

Quod vero in votis omnino erat, aſſecuti ſumus ex *Chronico Saracenico Calabro*, quod in calce operis ſui de Scriptoribus Regni Neap. Tom. II. duobus abhinc annis prelo ſubdiderat V. Cl. Johannes Bernardinus Taſurius Patric. Neritonenſis, pluries hocce in opere laudatus; ſed mendis aliquot, ac mutilationibus ſcatens ex Typographi incuria, quod non ab ſuo tantummodo autographo, ſed ab alio a P. Carolo Borrellio Cler. Reg. Min. viro olim excultiſſimo exſcriptum multis in locis vel auctum, vel emen-

men-

mendatum recudere curavi, adnotationibus quibuſdam illi adjunctis. Ejus Auctor *Arnulphus* cenſetur, monachus quidem aut Caſinenſis, aut Baſilianus, quorum permulta in Calabria, & Brutiis Coenobia fuere, ac in illorum ſeculorum barbarie ab iis tum literaria aliqua ex parte colebantur ſtudia. De ipſius patria nec etiam dubitandum, quin Calabria fuerit. Hoc ipſe Chronologus teſtatur *A. CMXX.* quo ait: *noſtri Calavrienſes*: *A. CMXLVIII. noſtras ſubſtantias* &c. Qua in urbe, vel oppido natus fuerit, penitus ignoratur. Res, quas ipſe ſtilo pro ſeculi barbarie rudi, inculto, nimiſque contracto deſcribit, prae oculis profecto habere debuit, qui Chronicon ſuum fort. ab ejus aetatis exordio uſque ad obitum ſuum eſt perſecutum. Nam nec quae ortum ſuum Saracenorum praeceſſerant in Calabriam irruptiones, nec quae illorum poſtmodum ſequutae ruinae, ac damna a Langobardorum, & Graecorum exercitibus illata, ipſe deſcribit. Nec illorum expulſionem meminit, ut qui in Siciliam Inſulam ſe recipere tandem coacti, ut ſociis irent ſuppetias, quod ab Graecis ipſis oppugnari Provinciam illam ſentiebant. Quae omnia diſtinctim habentur in Cl.V. Jo: Bapt. Caruſii Bibl. Sicul. Tom. I. in Rer. Sarac. Epit. Aetas itaque, qua vixit Arnulphus, ex ſup. dictis colligitur, ſeculo nempe Chr. X. eumque obiiſſe vel eodem anno CMLXV. ad quem Chronicon ſuum produxit, vel paulo poſt; ac ulterius quidem illud ſuiſſet perſecutus, ſi longius vixiſſet. Neque mutilum profecto Chronicon hoc adparet, aut interruptum, quum is ea duntaxat omnia, quæ vivens viderat, vel noverat, plane breviterque deſcribat. Is enim ſi ea ætate e vivis non exceſſiſſet, ſub Othone Magno quidem Græcorum cum Saracenis acerrimos conflictus ab Ann. circiter CMLXVIII. coeptos minime praeteriiſſet; quos vero tradunt Lup. Prot. e noſtratibus Scriptoribus, Chronographus Saxo, & Albericus monachus ap. Leibnit. in Rer. Germ. Script. aliique quamplurimi: (*a*) a quibus

(a) Otho I. Auguſtus, quum ſe paluſum a Nicephoro Phoca, proditumque ſenſiſſet, quod affinem ſuam Theophaniam conjugem Othoni

bus Saraceni e Calabria eliminati penitus adfirmantur; Neque ibi quidem ſedem fixiſſent ſuam iterum Barbari, niſi impio quidem foedere a Graecis evocati, illiſque adjuncti Ann. CMLXXXII. quo Othonis Junioris, & Langobardorum Principum in Calabria copiae protritae. Cur ergo haec tam praeclara hiſtoriae ſuae, memorandaque geſta ſilentio praetereunda Arnulphus putaſſet, cum ad ſuam Provinciam illuſtrandam quam maxime contuliſſent, & poſterorum memoriae neceſſario tradenda? Utinam vixiſſet! Ex ipſius enim narratione, certum locum, in quo pugna illa accidit, plane ſciremus; ex quo vel militarem pugnantium virtutem, vel induſtriam artis ſingularem profecto admiraremur.

Ut facem tamen huic Chronico praeferam, breviſſime de aliis Saracenorum incurſionibus, quae Arnulphi aetatem praeceſſere, aliqua deguſtemus, quas ex Scriptoribus aliis tam Latinis, quam Graecis collegimus. Illorum quidem primas adgreſſiones, maritimoſque inſultus in Calabrorum litora contigiſſe *Ann. DCCXIV. Hegirae XCIII.* adfe.it Chronol. Arab. ap. Caruſium Tom. I. pag. 53. cui tamen chronotaxi neque Caruſius ipſe adſentitur, nec ego libenter adſtipulor; ex ejus enim verbis multa ſequuntur incommoda. *Pharicbius filius Sadi* per

ni Caeſari filio ſuo ſponte obtulerat, moxque Patriciis ſuis, copiiſque in Calabria ad illam excipiendam obviam progreſſis dire trucidatis, indignatus, novis copiis ſtatim collectis, in Calabriam venit, Graecoſque, ac Saracenos ex illa penitus expulit, ſuoque ſubdidit imperio (Vitichind. Lib. III. Sigon. Lib. VII. aliique paſſim). Sed ab Imperii ſucceſſore Johanne Zemiſcio Theophaniâ Othoni II in matrimonium datâ, pax firmata fuit; quae tamen vix biennium perduravit. Graeci enim Saracenis foederati Calabriam denuo vindicare tentantes, Othonem illuc ad ſuarum urbium defenſionem revocarunt, ubi horribili conflictu A. CMLXXXII. ſive CMLXXXIII. Theutonicorum, atque Langobardorum copiae exciſae, ac profligatae ſunt, Othone Auguſto vix incolumi ad ſuos, varios poſt caſus, reſtituto. Quo factum eſt, ut Saraceni in Langobardos primum, in Graecos poſtmodum arma verterent; nec niſi (forte iis aliquando arridente, quandoque Graecis, aut Langobardis propitia) ſub Northmannorum Apuliae Comitum Dynaſtiae exordio ex ea Provincia, proximaque poſtea Sicilia prorſus pulſi fuere ſec. XI. ut alibi aptius.

Digitized by Google

per fretum Meſſanenſe in Calabriam appulit, ubi poſt factiones plurimas, & cruentos conflictus fortiter tandem illam Provinciam ſubegit. Sed haec ad Ann. DCCCXXXI. vel inſequentem reponenda potius videntur: quippe eo anno Meſſanenſi urbe potiti Saraceni, atque Liparenſi Inſula, ab iiſdem locis in Rhegium claſſem expedire commode poterant, Calabriamque invadere, ut autumo. Neque tunc primum ea regio armis impetita ab Saracenis fuerat, ſi Cedreno (ad Ann. DCCCXVII. in Baſil.) credamus: ipſe enim hoc anno non Siciliam tantum, ſed & Calabriam, & pleraſque Italiae regiones excurſionibus infeſtaſſe teſtatur. Quae niſi eo anno revera contigerint, certe Ann. DCCCXL. circ. (quo ab Benev. Principe, ut dixi in ejus auxilium evocati) contingere debuere in ferventibus illis aemulorum Benev. & Salerni Principum contentionibus, de quibus pluries ſup. meminimus. Hinc permultis in Apulia, Calabriaque locis potiti, univerſas haſce regiones Lucaniae, Campaniae, Apuliae, Calabriae, Brutiorumque vexare perpetuo coeperunt uſque ad CMI. quo adfirmat Protoſp. in Chron. *Deſcendit Abraham* (ſcil. Ebraimus ex Chron. Sarac.) *Rex Saracenorum in Calabriam, & ivit in Coſentiam, & percuſſus eſt ictu fulguris*. In Cod. Ducis Andriae additur: *cum perveniſſet ad Eccleſiam S. Pancratii*. Scriptor Abulfeda ap. Caruſium loc. cit. adſerit *Ebraimum diſenteria mortuum*, quod etiam credidit Pagius ad Ann. CMII. n. 15. Verum iſthaec non Anno CMI. contigiſſe, ut ait Lupus; ſed A. CMIX. teſtatur Arnulphus, cui revera magis adſtipulandum eſſe arbitror, quippe qui rerum Provinciae ſuae magis expertus, & fort. etiam vidit. Lupus quidem hallucinatus eſt, Ebraimi expeditionem in Conſentiam cum illa Abſtaëlis A. CMIII. confundens contra Scillatium, ſicuti diſtinctim habet Arnulphus; qui utique ab hac in Calabriam expeditione Chronicon ſuum incoepit, quae prima fuerat ad Provinciam illam debellandam, quum praecedenti ſeculo eamdem, proximaſque Apuliam, ac Lucaniam Provincias excurſionibus, praedationibuſque invaſiſſent,

Digitized by Google

cuncta circumquaque vaſtantes, quod a Chronologis ſynchronis apertiſſime evincitur.

Ab A. itaque CMIII. *Chronicon* iſtud *Saracenico Calabrum* (uti recte Taſurio adpellari placuit) ad A. uſque CMLXV. productum deſcripſit Arnulphus, qui eodem, vel inſequenti anno decumbere fort. debuit. At quae vel brevi admodum ſtilo, aut confuſim aliquando ipſe notavit, vel ea quae proinde evenere ſuppleamus, notatiunculis meis aptius innuam, ut legentium curioſitati conſulam, & faſtidium deſiderii aliqua ex parte removeam. Ceterum Hiſtoriola iſthaec nimis utilis meâ ſententiâ ad res noſtras dignoſcendas cenſetur: ut quae res Calabras Saracenorum tempore obſcuras, ignotaſque detegit, quibus profecto maxime egebamus: quandoquidem nobis Erchemp. Ignot. & Anon. Caſſ. Falco Benev. Anon. Salern. aliique res Principatuum Beneventi, Salerni Capuae: nec non Provinciarum Apuliae, & Lucaniae ſatis deſcripſerint Lupus Prot. & Anon. Barenſes, quos omnes hocce in opere collectos habebis, Lector humaniſſime. Diligentiae ſaltem meae interim adſenteris, precor. Vale.

CHRO-

CHRONICON
SARACENICO-CALABRUM
ARNULPHI MONACHI

Ab anno CMIII. uſque ad annum CMLXV.

CMIII. SAraceni (1) cum eorum claſſe venerunt in Calabriam (2), devaſtaverunt multa loca, multos captivos fecere, multoſque interfecere, & praecipue praeſidium Graecorum.

CMIV. Abſtaël caput Saracenorum obſedit (3) Scillatium, & comprehendit eum, & omnes cives occidi juſſit, & alios captivos ad Africam miſit, & ipſe cum ſuis coepit habitare in Scillatio.

CMV. Magna turba Saracenorum de Cicilia venit, & unionem fecit cum gente Abſtaëlis in Scillatio.

CMVI. Abſtaël cum exercitu ſuo praelium fecit cum Graecis (4), & multi Saraceni occiſi ſunt.

CMVII. Saraceni nocturno tempore intraverunt in Catanzanum, habitatores partim occiſos, & partim captivos duxerunt in Scillatium; aurum, & argentum, & preciosa mobilia depraedaverunt.

CMVIII. Venit terraemotus magnus, & multa loca Calabriae aequavit ſolo (5).

CMIX. Abraham (6) Saracenorum Rex de Africa venit

(1) *De Africa*, ut habet Chron. Arab.

(2) Loco *Amanthuſa*, ſc. *Amanthea* ibid.

(3) Adhuc vulgo *Squillace*.

(4) *Duce Melichiano*: *Meliſianus* a Protoſp. vocitatur: ab aliis *Melchianus*.

(5) Hujus terraemotus etiam alii meminere.

(6) *Abraham* Saracen. Rex (*Ebraimus* al. dictus in Chron. Arab.) *hoc anno Conſentiam obſedit*. Lup. Protoſp. haec contigiſſe, ait, A. CMI. ſed falſo, ut advertit P. Ant. Caracciolus in Not. ad Lup. his verbis: *Id accidit juxta Latinorum calculum An. CMIX.* Vid. Johann. Diac. in Actis Translat. S. Severini Abb.

nit cum exercitu ſuo, & obſedit Coſentiam, & ſubmiſit eam, & devaſtavit omnia loca circum circa. Deus omnipotens, & fortis, & potens, volens tantam immanitatem vindicare percuſſit eum ictu fulguris (7).

CMX. Mortuo Abrahamo, Saraceni denuo ſe dederunt ſub regimine Abſtaëlis.

CMXI. Abſtaël videns ſe habere ſub ſuo juſſu maximam turbam Saracenorum (8), cum omnibus illis diſcurſionem fecit per totam Calabriam, & ubi ivit, omnia devaſtavit, depraedavit, & reliquit ſuae immanitatis exemplum.

CMXII. Orta eſt diſſentio inter Saracenos (*), & venerunt ad arma, & multi remanſerunt occiſi, inter quos ipſe Aſtaël.

CMXIII. Factum eſt Caput Saracenorum Olcbek, qui erat homo malignus, & crudelis.

CMXIV. Olcbek (9) occidit filios Abſtaëis, & partiales eorum, timens ne ab eis ipſe fuiſſet occiſus. De Africa venit Navis Saracenorum, & depraedavit multos Calaurienſes, & captivos duxit (10).

CMXV. Die Veneris obſcuratus eſt Sol per multas horas. Hoc anno factus eſt magnus proventus frumenti, & ordei (11).

CMXVI. Olcbek occidit multos de ſuis (12), & alios captivos miſit in Siciliam, quia nolebant dare illi obedientiam.

CMXVII. Stella Cometes apparuit. Saraceni expulſi a Ga-

(7) *Diſenteria defunctum fuiſſe adfirmat* Abulfeda, ut ſup. innui. Veroſimile eſt, fulgure prius ictum, & diſenteriâ ſubſequente occubuiſſe Ebraimum. Vid. pag. ſupra cit.

(8) Eo quod ſub ſe Abrahae Regis copiae remanſerant, quibus ejus adjunctae maximam quidem turbam (ſcil. vulgo *trurpa*) ſuo ſub juſſu habebat tunc Abſtaël.

(*) Eos fort. qui ab Ebráimo ducti fuerant, & qui Abſtaëli parebant, pro imperio Calabriae retinendo.

(9) Qui ex factione Ebraimi fuerat.

(10) *De Locra:* i. *Locris*, nunc *Hieracco*, ut volunt.

(11) *Per totam Calabriam*. C.B.

(12) At de iis, qui Abſtaëli primo paruerant.

a Garilliano (13), ubi longo tempore morati erant, in Calabriam venerunt (14).

CMXVIII. Magna turba Saracenorum de Cicilia venit, & obſedit Regium, & comprehendit eum cum occiſione multorum Civium (15).

CMXIX. Factum eſt praelium mutuum inter gentes Olcbek, & Saracenos de Regio (16); & iſti fuerunt fugati, & alii remanſerunt captivi.

CMXX. *Noſtri* (17) Calaurienſes liberare volentes Regionem de ſervitute Saracenorum fecerunt unionem cum Graecis, & Amalphitanis (18), & venerunt ad arma cum illis: in conflictu (19) multi Saraceni occiſi ſunt, & alii fugati, & recuperaverunt Coſentiam, Regium, Scillatium, Catanzanum, & alia loca ab eis poſſeſſa, ubi invenerunt aurum multum, & argentum, & alia precioſa mobilia, quae omnia fuerunt diviſa inter milites (20).

CMXXI. Olcbek vindicare volens tantam injuriam ſuis a Calaurienſibus illatam, miſit nuntios in Siciliam, & Africam, auxilium quaerens; & in fine hujus anni venerunt naves plenas militum Saracenorum.

CMXXII. Olcbek cum ſuis excurſionem fecit per totam Calauriam, devaſtavit loca, depraedavit precioſa mobilia,

(13) Ab Gariliani Sede Saracenorum expulſio ab omnibus pene illius aevi Scriptoribus memoratur. Sed alii aliam Epochen figunt. Eam contigiſſe A. CMXV. accuratiores adfirmant poſt Liutprand. Vid. quae ſuperius diximus in Chron. Duc. Neap. Melius infra ex Peregr. in Lup. Protoſp. ad An. CMXVI. patebit, ubi errorem P. Caraccioli, aliorumque corrigit.

(14) Apuliam primum, aliaſque regiones excurſionibus, praedationibuſque infeſtantes.

(15) Pluries antea impetitum armis Saracenorum Regium fuerat. Hoc anno quidem captum, ignique, ac ferro traditum, ut ait Arnulphus, & conſonat Chron. Arab.

(16) Non enim alios Olchbechus Caliphus in Calabria Regulos volebat, ne Provinciae illius imperium cum aliis diviſum obtineret.

(17) *Noſtros* Calaurienſes adpellat, ut ſuae Patriae cognitionem deſignaret Arnulphus.

(18) Qui Graeco tunc Auguſto parebant.

(19) *Ad Gratum fluvium*. Cod. Borr. ſcil. *Crathim* amnem prope Conſentiam.

(20) Eximia quidem foederatorum victoria, quâ Saraceni pene detriti tot urbes cedere, & in poſtremam Brutiorum partem ſe recipere coacti fuere.

bilia, multos occidit, & ſue ditioni ſubmiſit denuo Coſentiam, Regium, Scillatium, Catanzanum, & alia loca (21). Olcbek interfectus a ſuis, quia noluit de precioſa praeda dare portionem militibus.

CMXXIII. Saklabius (22) factus fuit Caput Saracenorum in Catanzano.

CMXXIV. Saraceni intraverunt in Apuliam, & fecerunt magnam ſtragem (23), ceperunt Lecium, Nardeum, Uriam, & Brundiſium, & alia loca: multos captivos duxerunt in Calauriam, & alios in Africam miſerunt.

CMXXV. Saklabius miſit ſuos nuncios in Ciciliam, & obtinuit multos milites, Obſedit S. Agatam (24), & cepit eam.

CMXXVI. Itatachel (25) Rex Saracenorum cum ſuo exercitu obſedit Sipuntum, & cepit eum.

CMXXVII. Saklabius cum ſuo exercitu fecit novam excurſionem in Apuliam, obſedit Tarentum, cepit eum cum magna occiſione hominum, & vaſtavit loca circum circa (26).

CMXXVIII. Apuli venerunt ad arma cum Saracenis prope Uriam, & vicerunt eos, & liberarunt omnia loca ab eis capta (27).

CMXXIX.

(21) Jam enim Graeci, & Amalphitani in ſuas quique Sedes reverſi fuerant ob Italiae factiones, Graecorum Schiſma, Saracenorumque in Sicilia progreſſus. Vid. Leunclav. jure Graec. Rom. Porphyrog. de Them. Nat. Alex Caruſ. Tom. I. alioſque.

(22) *Ebraimi Nepos*. C. B. & Arab Hoc indicat Abrahae aſſeclas imperium arripuiſſe, ſubactis Olchbekianis.

(23) Conſonat Anonym. Barenſ. Lup. Protoſp. & Chron. Arab. apud quos damna narrantur a Saracenis illata Licio (*Lecce*) Neritoni (*Nardò*) Uriae, ac Brundiſio, & conterminis locis.

(24) Nunc Principatus titulum familiae Ferrariae, ſeu Ferraviae Conſentinae in eadem Provincia Oppidum ſitum, parum a Tyrrheno mari, ut infra.

(25) *Itatchel Dux* &c. C. B. Lup. Protoſp. habet; *Michael Sclabus*. In Cod. Andr. *Itatachel Slavorum Rex*. Haec in not. Protoſp. melius expendenda. Fort. ex amanuenſium errore pro *Sclavorum*, exſcripſit *Saracenorum*.

(26) Conſonant Protoſp. Anon. Barenſ. aliique.

(27) Hanc pugnam nemo hactenus, niſi Arnulphus, memoravit.

Digitized by Google

CMXXIX. Saklabius excurſionem fecit uſque ad Beneventum, nullam Civitatem expugnavit, ſed captivos multos fecit (28).

CMXXX. Saklabius facta excurſione cum claſſe ſua per totam Calauriam expoliavit multas Eccleſias, & cepit arcem (*) Germulach, & abduxit captivos duodecim millia, quos redemit cum auro, & argento.

CMXXXI. De Cicilia venerunt Saraceni, & volentes in Calauriam intrare, Saklabius cum ſuo exercitu oppugnavit ſe, & ideo inter eos factum eſt magnum (**) praelium in littore maris prope Regium, quod duravit ab ortu Solis uſque ad meridiem cum magna occiſione ambarum partium.

CMXXXII. Venit de Africa navis Saracenorum, qui unionem fecerunt cum Saracenis de Calauria, & in eodem anno excurrerunt etiam uſque Ciciliam, & multos captivos fecere.

CMXXXIII. Saklabius habens ſub ſua ditione multos Saracenos, voluit ampliare ſuum dominium, obſedit, & ſubmiſit Tabernum, Simmarum, Belcaſtrum, Petilium (29); Interfecit Cives, & alios captivos in Africam miſit.

CMXXXIV. Calabri noctis tempore intraverunt in Simmaro, occiderunt omnes Saracenos; iverunt Belcaſtro, & omnia gladio, & igne, quae poterant, conſumentes loca, praeter Regium, Catanzanum, & Coſentiam, in quibus ipſi conſederant, auferunt.

CMXXXV. Saklabius venit ad arma cum Calaurenſibus,

(28) Fort. tunc Pandulfus Cap. Princeps, & Guaimarius Salerni ſuas copias in Saracenos miſerunt, Lupo adfirmante.

(*) Arabs Cronol. ap. Caruſium Coll Sic. Tom. I. pag. 99. legit *Termulach*, quem locum putat ipſe *Tarentum* fuiſſe. At veroſimilius *Germulach* pro *Hieracio*, ſeu *Geracio*, *Gerace* vulgo vocatam urbem Arnulpho noſtro concederem, quod Provinciae ſuae magis expertus haec dixerit. Nodum Calabris exſolvendum relinquo.

(**) al. *maximum*. B.

(29) Loca nunc ad Catanzarium poſita.

Digitized by Google

ſibus, & facta eſt magna occiſio ambarum partium (30); & Saraceni fugati ſunt.

CMXXXVI. Saklabius multis moleſtiis, & injuriis vexavit Calabros, ita ut iſti coacti ſunt denuo venire ad arma, petierunt ſuccurſus Apulis, & Amalphitanis, & Duci Neapolis Joanni, qui venerunt cum valida turba hominum, & aſſaliverunt Saracenos in propriis habitationibus, & partim occiderunt, & partim captivos fecerunt. In conflictu Saklabius occiſus fuit cum magno *noſtrorum* gaudio, quia fuit homo iniquus, fuit homicidiarius, & effeminatus.

CMXXXVII. Saraceni excurrerunt Calabriam, & Lucaniam, & iverunt uſque Materam, deprehenderunt eam & ſpoliaverunt de omnibus ſubſtantiis ſuis.

CMXXXVIII. Venit claſſis Saracenorum ex Africa; excurſit Calabriam, & Apuliam, & ubi ivit, igne, & ferro omnia vaſtavit. Multos homines, & mulieres captivos fecit, qui redempti fuerunt cum magna quantitate auri, & argenti. Multi Saraceni noluerunt in Africam redire, ſed remanſerunt in Calauria. Nix (*) magna fuit in tota Calauria, & frumenta perdiderunt.

CMXXXIX. Saraceni excurrerunt uſque (33) Neapolim; multos captivos fecere, & devaſtaverunt varia loca, praecipue Puczolum.

CMXL. Graeci cum Langobardis venerunt ad arma prope (34) Materam, & Saraceni videntes inter illos diſcordiam, excurrerunt Calauriam, & Apuliam, & ubi tranſierunt, incendia, ſtrages, & ruinas fecere.

CMXLI. Nicotrum (*) urbs nctu ex improviſo a Sarace-

(30) C. B. *partium, in Seillacio, & demum Saraceni victi, & fugati ſunt Regium.*

(32) En alteram Arnulphi Patriae teſtimonium.

(*) Nives magnae fuerunt C. B.

(33) De hac Saracenorum in Neap. irruptione ſatis ſup. dictum in Chron. Ducum Neap. Heic tantummodo notandum, ibi *Puczolum*, ſive *Puteolos* non memoraſſe Chronologum illum, ſed loca ſolum, quae ortum reſpiciunt. Facile agrum tunc circumquaque Neap. vexatum cenſeo.

(34) De hoc Materenſi praelio fuſius in Not. ad Lup. Prot.

(*) Vulgo *Nicotera*.

Digitized by Google

racenis capta fuit, abducta ſecum magna praeda virorum, mulierum, & omnium rerum.

CMXLII. Sol obſcuratus eſt a mane poſt tertiam uſque ad meridiem menſe Madio cum omnium timore. Longobardi vicerunt Graecos in Budrano (35), & excurrerunt uſque ad Calauriam.

CMXLIII. Saraceni cum eorum Rege Akmelech pugnaverunt cum Longobardis, & fugati ſunt. Multa loca ceperunt Graeci in Calauria de Saracenis, & praecipue Nicotrum, & Petilium (36).

CMXLIV. Saraceni de Cicilia cum Akmelech ceperunt Beſunianum (37).

CMXLV. Iterum Saraceni venerunt de Cicilia, & depraedaverunt multa loca Calauriae.

CMXLVI. Tropeum (38), & Nicotrum, & Militum a Saracenis de Cicilia captae ſunt; ſed a Calaurenſibus in (39) Calimuro multi de illis occiſi ſunt.

CMXLVII. Apuli fuerunt ab Ungaricis debellati, & depraedati (40).

CMXLVIII. Saraceni rapuerunt multos homines, & faeminas de Calauria, & exportaverunt in Cicliam. Halaſſan Dominus Ciciliae miſit exercitum ſuum in Calauriam, & conſecit magnum bellum, multos occidit, & alios captivos fecit, & *noſtras* (41) ſubſtantias devaſtavit.

CMIL. Halaſſan cum eſſet homo iniquus, & crudelis, aliqui de Cicilia conſpiraverunt contra eum, & una voluntate, & communi concordia juraverunt illum interficere; ſed unus de conjuratis, ſpreto juramento, revelavit ſecretum Halaſſano. Halaſſan, audita machinatione con-

(35) C. B. *in Badrano de Matera.* Fluvius *Bradanus* non longe a Matera.

(36) C. B. *Nicotrum, & Petiliam, & Belcaſtrum*: ſcil. Nicoteram, & Strongylis urbes, ut autumant, vulgo *Strongoli*.

(37) Vulgo *Biſignano*.

(38) Haec in Cod. Borr. leguntur: non Arnulfi.

(39) Fort. *Calimera*, non longe a Mileto urbe.

(40) Accinit Lup. Protoſp. hoc anno, aliique. Ibi plura.

(41) *Noſtras*, ad ſuam Patriam revelandam.

Digitized by Google

tra eum firmata, confeſtim vocavit Capitaneum ſuum (42), & juſſit ei, quod omnes conjuratos captivos facere debuiſſet, & in ſua praeſentia ligatos ducere, quod ſubito factum eſt; quibus Halaſſan dixit: vos tentabatis me interficere, & ego praecipio ad exemplum aliorum Cicilianorum, ut vos in atrio domus meae interfecti fuiſtis, & ita executum fuit. Alii de conjuratis, relicta domo, & bonis (43) fugerunt in Calauriam, ubi a Reginis alacriter ſunt recepti. Qua de re Halaſſan ulciſci cupiens tantam injuriam ipſi factam, & de adverſariis ſuis vindicari volens, ſuos milites Regium duxit; ſed Regini viriliter ſe defenderunt, occiſis multis Saracenis, & reliquis in fugam converſis.

CML. Saraceni de Sabatelo (44) unionem fecerunt cum illis de Meſſana in Cicilia, itaut in omnibus excurſionibus erant ſemper uniti, & conjuncti: ita quod dividebantur inter eos ſpolia abſque ulla diſcordia. Et quia tum valde erat diſtans ab eis Regium, de continuo infeſtabant ejus territorium; qua de re Regini die Martis (*) menſis Maii, quando Saraceni excurrebant Calauriam, ſine obſtaculo intraverunt in Sabatelo, occiderunt omnes illos, qui remanſerant (45) pro cuſtodia loci, & combuſſerunt domos, & fortalitia; recurſi Saraceni, obviam eis exierunt iidem Regini, & in fugam miſerunt eos.

CMLI. Venit in Ciciliam magna claſſis Saracenorum de Aphrica (**). & multae naves venerunt in Calauriam, de-

(42) *Hoſman*. C. B.

(43) *Clam aufugerunt in &c.* C.B.

(44) *Sabatellum* oppidum in Calabria, non longe a Regio urbe diſſitum, cujus meminit Barrius Lib. III. cap. 31.

(*) C. B. *prima*.

(45) C. B. *De Saracenis pro cuſtodia* &c.

(**) Chron. Arab. ap. Caruſium loc. cit. Pharagium Moadidum appellat exercitus hujus Ducem; & Malacianum Graecorum: ſed in Anni epoche variant: Ille enim annum habet CMLIII. contra Arnulphi, Protoſp. & Curopalat ſententiam. Inſequenti An. pugna inter eos inita, in qua Malacianus victus eſt. Sed viribus inde auctus A CMLIII. Saracenos profligavit. Chronol. noſter fort. ne Graecorum jactura teſtatam haberet, iſthaec reticere voluit.

deſpoliaverunt Eccleſias, devaſtaverunt terras, & loca, & captivos fecere, qui fuerunt poſtea redempti cum auro, & argento.

CMLIII. Malachianus (46) cum magna turba Calaurienſium (47) ivit contra Saracenos, vicit eos, & diſperſit.

CMLIV. Saraceni de Termulah, Coſentiam fraude adeuntes vaſtant, deripiunt, & funditus omnia evertunt.

CLVII. Ammaar (*) Caput Saracenorum venit in Calauriam de Cicilia cum ſuis militibus, & omnibus locis, quo ivit, igne, & ferro vaſtavit. Mulieres, & homines captivos fecit, & duxit in Ciciliam (45).

CMLVIII. Saraceni de Cicilia excurrerunt Calauriam, & depraedaverunt homines, foeminas, & alia precioſa mobilia (50).

CMLXI. Alberecus Caput Saracenorum Calaurienſes multos captivos in Africam miſit.

(46) Def. A. CMLII. quo fort. anno praelium inter Graecos, Duce Malachiano, cum Saracenis, ut ap. Protoſp. quamvis hic annum praeſignet CMLI. ut ſup. notavi.

(47) *Et Graecorum*. C. B.

(48) Locus mihi uſque adhuc ignotus, ut ſup. non longe tamen a Conſentia diſſitus eſſe debuit. An legendum *Germulach*, ut ſupra anno CMXXX. neſcirem. Si *Thermarum locum Termulach* intelligere velis, hunc quidem in Sicilia, non autem in Calabria ſitum eſſe, ſcimus.

(*) *Haſmaer*. C. B Quum proxima Siciliae Calabria ſit, ut notum apud omnes, mirum non eſt, Saracenos hoc tempore Sicilia pene integra jam potites, eos in Calabriam ſaepius adventaſſe, alioſque ex non longinquae Africae Regione alios advocaſſe ad hujuſce uberrimae Provinciae partem ſaltem occupandam.

(49) In Chron. Siculo-Arab. legitur: *Anno CMLVI. die 9 Auguſti Ammar cum claſſe venit, & Panormi hiemavit. Primo autem Vere egreſſus eſt uſque Calauriam*. Scil. Vere A. CMLVII. ut recte Arnulphus notavit.

(50) In eod. Chr. habetur: *Anno CMLVIII. transfretavit Haſan, & obviam ivit fratri ſuo Ammar, & fugit coram eo Marianus Strategus* (Græci exercitus Dux, cujus meminit Lup. An. CMLV.) *abducta tamen navi Moslemiorum*. Annus CMLIX. deficit in Arnulphi Chron. ſed ſupplendus tute poteſt ex eodem Siculo-Arab. *A. CMLIX. periit claſſis dum reverteretur* (e Calabria Siciliam) *viceſimo quarto menſis Septembris. Eodem autem anno alteram claſſem Hajanus paravit* (in Sicilia). Fort. haec claſſis Calabriam denuo, Duce Albereco, irrupit, ut ex Arnulpho ſequenti anno deduci poteſt, & ex Prot. A CMLX. *Fuit praelium inter Adraliſtum*) al. Adraſcum) & Iſmaël. Et ex Curopalata, qui *novam* in Calabriam *excurſionem* notat.

Digitized by Google

CMLXII. Prope S. Agatam (51) venerunt ad arma Saraceni cum Calaurienſibus, & ictu ſagittae mortuus eſt Alberecus.

CMLXIII. Saraceni excurrerunt totam Calauriam cum magno terrore hominum.

CMLXIV. Saraceni volentes manſionem facere in Calauria, coeperunt aedificare magnam, & fortem Turrim in Scillatio, ubi habitare, & defendere ſe potuiſſent ab incurſionibus Graecorum, & Calaurienſium.

CMLXV. Calaurienſes male ferentes habere intra eorum Regionem proprias domos Saraceni (52), unionem fecere (53), & noctis tempore aſſaliverunt eos intra Scillatium, & magnam partem occiderunt, & alios captivos fecere: devaſtaverunt Turrim, quae jam non erat finita, ubi invenerunt multum aurum, & argentum, & magnam copiam frumenti, & hordei (54).

F I N I S.

DE

(51) Scil. non longe a Tyrrheno mari, & ab oppido Sangineti, & Citrario, Dioeceſis nunc S.Marci Calabriae Citerioris Provinciae, in planicie quadam (ut fama eſt) quam Iſaurus fluvius praeterfluit, nunc vulgo *Eſero* vocitatus, qui in Sybarim ſe exonerat.

(52) Fort. *Saracenorum* legendum autumo.

(53) C. B. *intra ſeſe*.

(54) Heic deſinit Arnulphi Chronicon. Ad hujus anni ſupplementum ſubdam: hoc anno CMLXV. poſt eximiam Saracenorum in Sicilia victoriam, Graecis profligatis eorumque Duce Emmanuele Phoca occiſo, illos in Calabriam iterum irrupiſſe, & Conſentia paucos poſt dies potitos fuiſſe, ut ab Graecis. Scriptoribus adſeritur. Protoſp. eum appellat *Manuyci*, Cod. Andrienſis legit: *Manuel Patritius introivit in Siciliam, & ibi mortuus eſt*.

DE FRAGMENTO HISTORIAE

ANONYMI BENEVENTANI.

POſtquam Erchempertus (a) *omnium primus Hiſtoriam Pauli Diaconi, ut alio eſt adnotatum loco, ad ſua deduxit tempora, illius exemplo, ſed annorum intervallo peracto, eandem provinciam ſuſcepere ignoti modo nominis duo viri, patria alter Beneventanus, Salernitanus alter, de quibus ordine diſſeram, & prius de Beneventano. Is nulli hactenus, nec antiquo, nec novitio memoratus ſcriptori, nullius pariter Hiſtoriae reputatus eſt auctor; ac ſi qua hujus Fragmenti olim habita eſt notitia, ea talis extitit, ut inde creditum illud fuerit pars Hiſtoriae Erchemperti, in cujus ſcriptis Codicibus continenti habetur textu, nullo diſcriminis indice eidem praefixo. At idemmet ipſum prodit ſe integri alieni operis diviſam remanſiſſe portionem, ſi modo, quae inibi primo occurrunt loco, attente obſerventur verba; iis enim alteram praeceſſiſſe narrationem oportet, qua Principis Ajonis geſta fuerint deſcripta; ex quibus non utique credam ignotum hunc auctorem ſuam exorſum Hiſtoriam, hoc eſt a temporum, & Principis enarratione, quae nullum peculiaris operis argumentum ſuppeditabat: quinimmo Erchemperti aemulatione Auctarium quoque ſuum Paulo Diacono illum ſuperaddidiſſe non diffiteor, quod propoſitum pariter inſedit Anonymo Salernitano, de quo ſuo loco nullus erit ſcrupulus; ſed* (b) *Beneventanus peritior utroque fuit: altero ſcilicet, temporum ordinem diligentius cuſtodiendo, altero vero prudentis ſcriptoris perpetuo normam ſervando. Cui haud leviter profuit patriam habuiſſe Beneventum, urbem perditiſſimis etiam ſeculis numeroſo literatorum virorum flo-*

(a) *Hiſtoriam Erchemperti aemulati ſunt Beneventanus, & Salernitanus viri Anonymi.*

(b) *Sed Beneventanus utroque peritior.*

ſlorentem choro, ſicut Anonymus Salern. tradit in Hiſtoria Langob. non adhuc edita, dicens: Tempore, quo Ludovicus, *Imperator ſcilicet Lotharii filius*, praeerat Samnitibus, triginta duos Philoſophos Beneventum habebat. *Quo vocabulo priſci illi adpellare conſuevere artes ſectantes humaniores. Sed hujus noſtri Anonymi politior ruditas in illam me duxit, quam initio indicabam, opinionem, ut advixiſſe illum putem aetate aliqua poſt Erchempertum, proindeque ſeculo aliquantulo excultiori, ultra quem ſuam perduxit Hiſtoriam; etſi affirmare non auſim, Anonymo Salernitano aequalem fuiſſe, necne. Verum de his cum valde ſolicitus non ſim, illud quidem pro comperto habendum puto, utiliſſimum hoc Fragmentum Beneventano* (a) *auctori concedi debere, qui in ejuſdem urbis prae ceteris immoratur rebus, notitia, & amore tum adjuvante, tum impellente peculiari. Nec plane, niſi Cis-Tyberinae Italiae municipem opinari illum oportet, qui extremo num.* 4. *dicit, Graecos aliquando diſpoſuiſſe (verba ejus dabo)* univerſos Beneventi Cives, & reliquos iſtius patriae ferreis vinculis nectere, & eos de ſua regione transferre. *Deque eo ſatis.*

FRAG-

(a) *Certeque Beneventana exortus urbe.*

FRAGMENTUM

HISTORIAE LANGOBARDORUM

Incerti Auctoris, ſed patria Beneventani.

I. URſus filius praedicti Ajonis, puer decennis, ſedit annum unum; cujus tempore Symbaticius Straticos cum valida manu Graecorum (*a*) venit Beneventum tertio Idus Julii, obſeditque eam uſque xv. Kalendas Novembris diem; quo benigne paciſcens, in ea ipſe ingreſſus eodem die, completis CCCXXX. annis, & aliquot menſibus a Zoto primo Duce Beneventi, quibus Langobardi primatum tenuere Beneventanae Provinciæ (*b*).

II. Prius tamen, quod iſta contingerent, temporibus Gaideris, & Radelchis, ſeu Ajonis Principum, ingens locuſtarum multitudo invaſit Calabriam, Apuliamque, & Samnium, & quaſdam partes Italiae. Deinde poſtquam jam dictus Urſus puer principari coeperat, Stella Cometes terribiliter longis effulſit crinibus per dies aliquot; (*c*) Cui quidem Symbaticio ſucceſſor extitit Georgius Patritius; quo Beneventi commorante, non poſt multum tempus fax terribiliter a parte Meridiana longo tractu effulſit, deinde poſt dies octo ſimiliter fax ab Oriente emicuit penes ad Occidentem, quae poſtquam deſinere coeperat, facta eſt velut ſpecies Draconis, aut (*d*) Licterae. Deinceps iverat ab obſidendum idem Patritius Capuam; eoque ibi conſiſtente, denuo fax a Meridiana plaga cucurrit, & poſt modicum ab Aquilone, & poſt pau-

(a) Ann. DCCCXCI. Vide me ad Chron. Ducum, & Princ. Beneventi.

(b) *Zoto igitur I. Ducatum Beneventi cepit A. DLXI.* Prat.

(c) An. DCCCXCIII. ineunte.

(d) *Idem ac Lutra, ſive Lytra, vulgo* Lutria, *&* Lontra *animal amphibium nempe terreſtre, & aquaticum, de quo Plin. l. 8. & Varro l. 4.* Prat.

Digitized by Google

paulułum ab Oriente, & poſt aliquot dies ab Oriente, & poſt aliquot dies ab Occidente; quater enim illis diebus effulſerat.

III. Subſequenter (*a*) vero Arnolphus Rex Gallorum intravit Italiam cum multa multitudine, veniens uſque ad Ticinum, cupiens pertingere Romam. Sed idem fame, & intemperie aëris compulſus, reverſus eſt ad propria. Eo autem tempore Guido, qui cum Berengario Foro Julienſe duo civilia (*b*) egerat bella, Rex erat Italiae, qui tunc (*c*) aufugerat in partibus Spoletii; qui poſt paululum vomitu ſanguinis ab hac luce ſubtractus eſt. Lambertus denique ipſius Guidonis filius patri ſucceſſit in Regno.

IV. Denique hinc factus eſt eiſdem diebus fere per omnem Samnium, & Apuliam terraemotus ingens: Subſecuta eſt inde ſub praefato Patritio concrematio ferme mediae Civitatis Beneventanae ab Eccleſia Sancti Renati ſurſum uſque ab Portam Auream, eodem die, jam (*d*) tertio anno completo poſtquam obſideri coepta fuerat civitas. Poſtea quidem multoties apparuere eadem ſigna facularum per diverſa loca; ſed terribilius illud non fuit, quam quod in Apulia apparuerat: flamma enim longa ardere viſa eſt ab hora ſecunda pene uſque ad horam diei tertiam. Demum vero ſequuta eſt plaga (*e*) Camparum, quae cunctas teneras fruges, etiam & frondes arborum in quibuſdam locis funditus abſumpſerunt per Beneventanam Provinciam. Modicò autem tempore elapſo, Gregorius Patritius moleſtia tactus eſt corporali: paralyſia enim ſubito diſſolutus, diu jacuit mutus, & infeliciter diem clauſit extremum. Iterum ab Oriente ad partem Meridianam fax ſolita emicuit, & denuo Coelum ſcin-

(a) Ann. DCCCXCIV.
(b) Ann. DCCCLXXXIX.
(c) Ann. DCCCXCIV. ſequor Reginonem, a quo diſcrepat Luitprandus.
(d) Ann. DCCCXCIV.

(e) *Etiam nunc* Campe *vulgo adpellantur. Aut fort. vermes illi qui* Campis *aſſimilantur, & herbas frondeſque abſumunt ſicuti locuſtae, bruchi, idque genus alia.* Prat.

ſcindi noctu viſum eſt, & longo tractu eadem ſciſſio manſit (a). Succeſſor vero eidem Georgio Patritius quoque Barim conſiſtente, Guido Dux, & Marchio advenit Apuliam. His quidem diebus Theodorus Turmaca Benevento praeerat, qui audiens adventum Francorum, nimio timore concutitur; tamen de cuſtodia, & vigilibus Urbis plurimum manebat ſolicitus; & quia praedictus (b) Barſati manum conferre cum Gallis non praeſumebat, ipſe Theodorus ad eum miſerat, poſtulans, ut ſibi Santem mitteret ſolacium ad Beneventi moenia conſervanda, ſeu Langobardos capiendos ſecum morantes, quos valde pavebat. Sed aliter hinc Divina providentia, quam humana malitia diſpoſuerat; petitum namque adjutorium jam ei veniebat, ſed & Francorum ſolertia iſtud praeſenſerat, & ad Beneventanorum auxilium valide feſtinabat, prius autem longe poſuit caſtra. Hoc praeterea Graja turba cognoſcens, noctu ſilenter voluit. Beneventi quidem ejus cives, veluti proprios ſervulos captabat, minis, verberibus, angariis diverſis, terroribus aſſiduis, nulli honorem, reverentiamque ſervando, nulli unquam veritatem dicendo, nullique fidem cuſtodiendo, perjuria quoque, ſeu adulteria publica, vel privata, & diverſas fornicationes, & multimoda furta pro ludo habebat. Si quando vero aliquis violentatus ad eos proclamare praeſumpſerat, pugnis, alapis, taureis, fuſtibuſque caeſus recedebat, probans, ut clarum fieret, nihil in eos eſſe boni, quos Chriſtus odit, quos Sathanas diligit, cujus diſcipuli ſermone & opere comprobantur. Ipſi autem ad ultimum certius diſponebant univerſos Beneventi cives, & reliquos iſtius patriae ferreis vinculis nectere, & eos de ſua regione transferre, ſicut olim nequiſſimus Rex eorum antiquus doloſe agere voluit (c) Geremitis. Ideoque in eorum odium fere omnes cultiores Apuliae, Samnii, Lucaniae,

(a) Ann. DCCCXCVI.

(b) *Praedixerat in alio hujus Hiſtoriae loco, quem deſideramus.* Prat.

(c) Forte *Geronitis*, nam *Gerio* Livio, *Gerunium* Polybio, *Geronium* Antiq. Itiner. Oppidum Apuliae.

caniae, & Campaniae conſpiraverunt.

(*Deeſt Graecorum ejectio e Benevento per Guidonem Ducem; de qua Leo Oſtien. Lib. I. cap. 48. ſed fuſius Anonymus Salern.*

V. Paucis demum (*a*) elabentibus diebus, idem Marchenſis ſuaſus, immo impulſus a quibuſdam maliloquis, & invidis viris cepit eundem Praeſulem, qui ei Beneventum (*b*) praebuerat, extorremque eum Salernum fecit degere per quatuor menſes; de quo ingens moeſtitia erat Beneventi, quoniam quaſi viduatum ipſius videbatur ovile, dolebantque plurimum ejus oves, quia ipſe inſons damnatus fuiſſet. Sed maxime moeſtificabantur, quod hoc de illo contigerat, quod de nullo anteceſſorum Praeſulum nullae literae, nulla aetas meminerat Beneventanum Pontificem captum, & Cathedram ejus taliter viduatam. Poſtea vero idem Marchio agnoſcens flammam invidentiae adverſus eundem ardentem, & doloſo commento, ivit Salernum, & ſatisfaciens jam dicto Praeſuli, etiamque lachrymas largiter fundens, poenituit ſe pro ſua temeritate, eundemque (*c*) revexit Beneventum; honorifice ipſe ſuae reſtituit Sedi. Quod autem gaudium, & quae fuerint lachrymarum flumina fuſa prae gaudio, quis narrare valet, ſeu deſcribere? cum & paſtor ovibus, & oves paſtori reſtituerentur. Deinceps quoque idem Marchenſis miro illum ſemper coluit affectu, dignaque habuit veneratione, fidemque ei per omnia adhibens indubitabilem; compererat enim veraciter, quantae ſtabilitatis, & veritatis ille vir fuerit erga eum, & quia fruſtra adverſum ipſum proceſſerat ſuſurrantium virulenta fallacia.

VI. Iiſdem ferme diebus Guaimarius Salerni Princeps Beneventum properabat, cupiens, ut fama ſparſerat, utcumque etiam ipſam ſuae ſubderet ditioni; cujus quidem cives eum oderant, & pavebant plurimum propter infamiam.

(a) Ann. DCCCXCVI.
(b) *Hilariter.*
(c) *Retulit.*

miam ſuae crudelitatis, atque inſtabilitatis. Veniebat tunc quaſi ſimpliciter ad jam ſatum Marchenſem, veluti ad cognatum, cujus idem Princeps ſororem habebat jugalem. Sed dum Avellinum oppidum adeſſet, cujus Gaſtaldus tunc erat (*a*) Adelpherius nepos magni Rofrit, cum ipſe noctu cepit, ejuſque die altero eruit oculos: fama namque vulgaverat, quia idem Princeps jam dictum Adelpherium prius capere machinaretur. Sed ille inſidias anticipaſſet feſtinus. Quo acto, plurimi gratulabantur, maxime, quia rumor erat, quod ipſe laqueos praefato Praeſuli tetendiſſet, & foveam, in quam cecidit, praeparaſſet. Sed idem Praeſul benigne de eo condoluit, nitebaturque, ut vel poſt damna luminum eriperetur, ne tam miſere obiret. Marchenſis autem hoſtiliter mox Avellinum perrexit, quod machinis, & diverſo oppugnationum apparatu circumdans, tandem recolligit eum, & abunde lacrymans, ad propria abire conceſſit (*b*). Interea praedictus Marchio Spoletium perrexit, Imperatorem Lambertum, ejuſque matrem Imperatricem cernere cupiens, ibant enim Romam ad Apoſtolorum limina, cum quibus & idem ire geſtiebat.

VII. Paucis quoque poſt hinc (*c*) diebus elapſis Stephanus Vicarius Apoſtolorum Formoſum Papam praedeceſſorem ſuum ex ſepulchro abjecerat, irritas faciens cunctas ipſius ordinationes; cujus corpus poſt menſes XI. inventum eſt integrum; quod dum huc illucque crebrius jactaretur, etiam ſanguis exiit, tanto jam tempore elapſo.

VIII. Beneventum (*d*) interea regimine praefati Petri Pontificis gubernabatur, cui eam ipſe Marchio reliquerat, quam Argiva phalanx, ſeu latronum manus aſſidue incurſabat; tamen prope Beneventi moenia minime accedebant, quia ſolicita cura ipſius Praeſulis undi-

 que

(a) *An Adelferius idem Comes, cujus ſupra meminimus?* Prat.
(b) Ann. DCCCXCVI.
(c) Ann. DCCCXCVII.
(d) Ann. DCCCXCVI.

Digitized by Google

que plurimum inſiſtebat, ne probis ſuis civibus damna inferrent; ideoque etiam curſim (a) miſit, ut dicta Auguſta Beneventum adveniret. Inter haec graves, valdeque juges fuere imbres: proinde Sabatum, & Calor flumina ultra ſolitum intumuere, ita ut etiam ſuper pontem Caloris fluvii undae influerent, quod nunquam fieri meminit aetas.

IX. Dehinc non prolixum tempus effluxit, & Capuanenſes ivere Parthenopem praedatum, utpote quoniam crebro inter eos odium pullulabat, inter quos erat etiam jam nominatus Adelpherius. Quos dum Parthenopenſes * quaererentur cum Beneventanis, & aliquos Agarenſes peremerunt ex eis, & quoſdam ceperunt, inter quos etiam captus eſt Adelpherius, quamvis viriliter egiſſet, & Neapoli in vinculis poſitus; prius enim Avellino evectus Capuam iverat. Sed quia ſupernam ſententiam nemo valet effugere, en captus eſt, qui ne caperetur, providere ſatagebat; ſed Deo tuente, evaſit incolumis, quem ſuperius nominatus Guaimarius ſuo ab amico Athanaſio ob vindictam omnimodo repoſcebat.

X. Poſtea (b) vero praefata Imperatrix, anno uno, & octo menſibus expletis, poſtquam Graii Benevento fuerant expulſi; in eadem ingreſſa eſt pridie Kal. Aprilis, et paullo poſt longe ſuperius nominatus Radelchis fratrem ſuum Beneventano Principatui reſtituit, qui fere XII. annis ab eo fuerat expulſus.

Nec plura in Scriptis Codicibus Papyraceis.

DE

(a) Ann. DCCCXCVI. (b) Ann. DCCCXCVIII.

Digitized by Google

DE TUMULIS

PRINCIPUM LANGOBARDORUM.

NEc Principum aliquot Langobardorum poſtumam in Tumulis gloriam, qui temporis ultima damna adhuc effugerunt, patiar deperire: nec (a) Caeſarem Paganum Neapolitanum Patritium ſilentio premam, quem de illis, deque multiplici eruditione optime fuiſſe promeritum ex compluribus agnovi, tum Hiſtoricis, tum Militaribus, tum Philologicis ejus nondum editis Commentariis, acri ingenio, indefeſſoque labore elucubratis. Ex illius namque Promptuario hos Tumulos omnes, quos Beneventi exſtare adfixi tituli indicabunt, humaniſſime communicavit mecum Ugo Paganus filius, Dux Terrae Novae, qui aſſeruit ſe certo ſcire, illos fuiſſe a patre in anno MDXCV. Beneventi tunc commorante, ex marmoreis monumentis exceptos. At (b) qualis, quantaque ex iis capi modo poſſit utilitas, is intelliget, cui aeque, ac ſapienti illi viro non foetent putida, ac marcida iſthaec remotioris aevi multiloquia; quibus cum haud quidem leviter oportuit Caeſarem fuiſſe luctatum, ut eadem ex detritis prae antiquitate tabulis exſcriberet integra, & emendata. De iis vero non aliud occurrit modo notatu dignum, quod hoc moneam loco. Leviuſculum ſane eſt unum, quod addam tamen: hos nempe Tumulos literis ſculptos fuiſſe, ut vocant, majuſculis, forma (c) Latinis conſueta, etſi aliquantulum detorta, & impolita, quam Langobardos ad impolitae dictionis inſtar, velut ex norma, uſurpaſſe, innumera probant exempla. Et quidem tale eſt Sepulchrum Campani Principis Landulfi, quod

(c) *Caeſaris Pagani Neapolit. Patritii meritiſſima laus.*

(b) *Cujus ſedulo labore pleriqne ex his Tumulis innotuere.*

(c) *Iidemque omnes impolite ſculpti, ſed Latinis majuſculis literis.*

quod habes num. 15. in quo & illud animadvertendum, (a) verſus poſitos eſſe hoc ordine, ut Pentameter unuſquiſque non infra Hexametrum habeatur, ſed ad eandem illius rectam lineam; qua ſimiliter verſuum diſtributione pleroſque alios Langobardorum Tumulos ſculptos vidi, ac eos praecipue, qui in Acroſtichis nomina demonſtrant apud ſe humatorum, qualis inter hos eſt Tumulus Godefrid ordine quartus. Iſta igitur cum praemonuerim, ſolutus modo videor culpa, quod Landulfi non eadem forma diſtributum repraeſentaverim, qua eſt in lapide, anguſtia potiſſimum paginae, velim nolim, coactus.

TU-

(a) Eodem hoc ordine, ut nuper accepi, ſunt verſus in caeteris etiam Tumulis, praeterquam in 4. & 14. nempe in 5. 6. 7. 8. 9. 11. 13. & 16. qui, me abſente, in dirutis aedibus Eccleſiae S. Benedicti eſt Capuae repertus.

Digitized by Google

T U M U L I
PRINCIPUM ALIQUOT LANGOBARDORUM.

T U M U L U S
ROMOALD FILII PRINCIPIS ARICHIS

Qui obiit anno DCCLXXXVII. advivente patre.

Auctore Davide Epiſcopo Beneventi (a).

Exceptus eſt una cum ſubſequentibus duobus aliis Tumulis ex corruptiſſimis Codd. Hiſtor. ineditae Anonymi Salernitani, qui illos Salerni poſitos adfirmat.

I.

ALta ruit ſubito Beneventi gloria triſtis;
Quam tenet hic Tumulus: ve tibi, Barda Cohors.
Hic Arichis dormit (b) Magni pulcerrima proles,
Unica ſpes patriae, murus, & arma ſuis.
Cujus feſſa patris bene jam virtute ſenectus
Tuta regebatur, tutio matris erat.
Hic novus a multis Arichis vocabatur herilis
Moribus, & forma, conſilioque vigens.
Gromati (c) pollens, mundana lege togatus,
Divinis inſtructus nec minus ille fuit (d).

Relli-

(a) *Auctor fuit David Epiſcopus Beneventi.*
(b) al. *magna.*
(c) al. *Gramati.*
(d) al. *facit.*

Digitized by Google

Relligione patrem aequiparans, matremque pudore.
Illius, heu, triſtes quos male flamma creat.
Subditus ad mortem, dulciſque parentibus uſque,
Nullus plus valuit amplius, aut potuit.
Seu Abraham genitor Iſaac, ſic iſte peregit:
Oblatus tacuit, juſſa parentis agens.
Traditus ob patriae, populi cunctique ſalutem;
Se opponens voluit pro pietate mori.
(*a*) *Obvius* (*b*) *occurrit Regi*, (*c*) *immunemque phalangi*
Munivit fines, o Benevente, tuos.
u placida Regis ſedaſti mente furorem,
Obruta Gallorum, (*d*) & *ira loqui fecit.*
O Romoald mitis Ductor, ſine felle ſuavis,
Terrea liquiſti Regna, ſuperna tenes.
Terreno (*e*) *verbo placuiſti quam bene Regi,*
Coeleſti melius nunc ſine fine places.
Hoc lachrymans cecini (*f*) *David ego flebile carmen,*
Praeſul, cui ſemper te ſine velle mori eſt.

Vixit annos XXV. Depoſitus eſt (*g*) XII. Kal. Auguſti Principante patre Anno (*h*) XXX. Indict. percurrente Decima.

TU-

(a) Id quoque habent Auctores laudati initio par. I. Anonym. Sal.
(b) *Oblitus*.
(c) *Innumeraeque*. C. Fr.
(d) al. *te*. Sed ad metri normam utroque modo inepte: vitio in his Tumulis frequenti.
(e) al. *verbis* C. Fr.
(f) De hoc Anon. Sal. par. I. n. I.
(g) al. deeſt *XII*.
(h) al. *XX*.

TUMULUS

ARICHIS PRINCIPIS BENEVENTI.

Auctore Paulo Diacono.

Sicut teſtatur Anonymus Salern. in Hiſtoria non edita.

I I.

Lugentum (a) lachrymis Populorum roſcida tellus
Principis haec magni nobile corpus habet:
Hic namque in cunctis recubat celeberrimus Heros
Praepollens Arichis, o decus, atque dolor.
Tullius ore potens, cujus vix pangere laudes,
Ut dignum eſt (b) poſſet, vel tua lingua Maro.
Stirpe Ducum, Regumque ſatus (c) aſcenderat ipſe
Nobilior gentis culmina celſa ſuae.
Formoſus, validus, ſuavis, moderator, & acer,
Facundus, ſapiens, luxque, decorque fuit.
Quod Logos effinxit, moderanſque quod Ethica (d) pangit
Omnia condiderat mitis in arce ſua.
Strenuus eloquii Divini cultor, & index.
Pervigil in lachrymis tempora noctis agens.
Anteibat juvenes venatu, viribus, armis,
Flaminibuſque ipſis flamina ſancta dabat.
Ter (e) binis luſtris patriae ſic rexit habenas;
Fluctibuſque ut (f) Luntrem navita doctus agit:
Solicite gratiam pacis ſervavit amator,
Conſilio cautus, providus, atque ſagax.
Cum (g) natis proprium nil ducens tradere cenſum,
Inſuper & patriae promptus amore mori.
Neſtorum (h) ſolamen erat, ſolamen egentum,
Hos ſatagens verbis, hos relevare manu.
Ornaſti patriam doctrinis, moenibus altis,
Hinc in perpetuum laus tua ſemper erit.

(a) Scripti Codd. *Lugenti*. Caeterae variantes lectiones ſunt ex Edit Baronii ad an. DCCLXXXVII.
(b) *poſſit*. (c) *traſcenderat*.
(d) *pandit*.
(e) Rotundo numero.
(f) *Lintrem*. (g) Erch.num.2.
(h) *Sic noſtrum* fort. *moeſtorum*. Ita ſane legi in exemplo apud Archidiac. Benev. Joan.Nicaſtrum. *Prat.*

Tu (a) requieſque tuis, portuſque, ſaluſque fuiſti,
Gloria, deliciae, tu generalis amor.
Heu mihi quam ſubito perierunt omnia tecum;
Gaudia, proſperitas, paxque, quieſque ſimul!
Planctus ubique ſonat: te luget ſexus, & aetas
Omnis, & ante omnes tu, Benevente, doles.
Nec minus excelſis, (b) nuperque condite muris
Structorem orbe tuum, clare Salerne, gemis.
Apulus, & Calaber, Vulgar, Campanus, & Afer,
Quoaſque (c) Siler potat, Romuleuſque (d) Tybris.
Quique (e) bibunt Ararim te flent, Iſtrumque, Padumque
Aeſtimet adfinis ſeu peregrina phalanx.
Jam felix olim, nunc namque miſerrima conjunx
Regali in thalamo, quam tibi junxit amor,
Eheu perpetuo pectus tranſfixa mucrone,
Languida membra trahens, te moribunda dolet.
Viderat (f) unius nuper heu funera nati,
Aſt alium (g) extorrem Gallia dura (h) tenes.
Huic geminae natae vernanti flore ſuperſunt,
Solamenque mali, ſolicituſque timor.
Has cernens, reddi vultus ſibi credit amatos,
Heu (i) trepida fit, & fluctuabunda pavet.
Solatur tantos ſpes haec utcumque dolores,
Quod te pro meritis nunc Paradiſus habet.
O Regina potens, virgo, genitrixque creantis,
Proſit ei (k) huc ſacro membra dediſſe Lari.

Vixit autem LIII. annos. Obiit VII. Kal. Septembris Anno ab Incarnatione Domini DCCLXXXVII. *(l)* Ex Donna Adelperga Principiſſa filios Romoald, & Grimoald, Egiſiſum, *(m)* Theoradam, & Adelciſam ſuſcepit. *(n)*

TU-

(a) *Turris, quieſque.*
(b) *Nuper circumdatae.*
(c) *Silar.*
(d) *Tyber.*
(e) Deeſt hoc Diſtichon.
(f) Romoald.
(g) Erch. num. 2.
(h) *tenet.*
(i) al. *Heu ne dicta fiant.*
(k) *hic* for. *huic.*
(l) In uno Scr. Cod. additur *Ind. IX.* ſed falſo.
(m) *Theoraldam.*
(n) *Verba haec ſunt Peregrinii, non tumuli, ut ait Pagius.* Prat.

TUMULUS

GRIMOALD PRINCIPIS BENEVENTI

Filii Principis Arichi. Qui obiit anno DCCCVI. *(a)*

III.

MAgnus erat Princeps Arichis, lux, noſtraque ſalus
Reſtituenda Deo hic ſua membra dedit.
Nec non hic Romoald ipſius maxima proles
Sub patre jam Princeps hic requieſcit humus.
Vir quoque magnificus Grimoald formoſior illis
Adſcitus (b) eſt Princeps inter utroque loco.
Senſus, & eloquii forma deſcribere laudis
Cujus non poſſet plenius ulla manus.
Gloria magnificis de Lango maxime Bardis
Praecelſa eſt eorum (c) ſtirpes ſuperſtes erant.
Regali (d) genere ſatus ab utroque parente
(*) Cras cedit geſta ſub dota genus.
In terris pollens nimium pulcherrimus annus
Spes jam Samnitis certa ſalutis erat.
Mirandus ſpecie, ſed plus mirabilis actis,
A puero micuit promptus ad omne bonum.
O dolor immenſus prae ultimae damna ruinae (e),
Quae gens Bardorum fraude (f) ſub alta tulit!
A (g) patre pro patria directus Regius obſes
Placavit patriam funus ad uſque patris.
Cum Danais bellum felici ſorte peregit,
Finibus expellit belliger ipſe ſuis.
Extera regna ſibi terrenda pace ſubegit,
Dilectus cunctis, terribiliſque fuit.

(a) DCCCVII. *Prat.*
(b) al. *Abſcitus.* (c) al. *ſtirpe.*
(d) al. *Regali generis.*
(*) Hic verſus male ab Amanuenſ. tranſcriptus eſt. *Prat.*
(e) In Cod. Nicaſtri legitur: *Proh ultima damna ruinae.* Prat.
(f) al. *ſublata.*
(g) Erch. num. 2. aliique priſci exteri Chronol.

(a) Perculit adverſas Francorum ſaepe phalangas,
Salvavit patriam ſed, Benevente, tuam;
Sed quid plura feram? Gallorum fortia Regna
Non valuere hujus ſubdere colla ſibi.
O quam longinquo fuerat digniſſimus aevo!
De quo tantus erit tempus in omne dolum (b).
Poſt caſum infauſtum quod Regna Latina ruentis
(c) . . . ſuae gentis ſpes, requieſque fuit.
Terrenas gazas nunquam ſervabat, amando
Sed mox captivis, indigeniſque dedit.
Itala, Romana, Illyrica, Hebrea, Afra, Pelaſga
Morte tua, Princeps, jam ſine ſine dolet.
Mors tibi non nocuit, ſed nos linquendo peremit.
*Dulcis * Alumno ſuo, quo tenet atra die.*
Vixiſti (d) ſeptem . . . .
Sed cunctis ſeclis laude perennis eris.
Sint ſatis haec breviter de te prolata legenti,
Plenus laude tua, qua (e) . . . Mundus adeſt.

TUMULUS

GODEFRID FILII PRINCIPIS GRIMOALD.

Exſtat Beneventi in Eccleſia S. Sophiae.

IV.

(f) GErmine praeclaro ſurgens praeclarior actis
Principis hic Grimoald flos, genituſque jacet.
O nimium felix mundo ſublatus ab iſto,
Gaudia qui coeli non peritura tenet!
Dulcis in eloquio, verax, nimiumque benignus,
A puero ſemper promptus ad omne bonum.

Eheu

(a) Erch. num. 5. & 6. aliique priſci Chronol.
(b) pro *dolor*. (c) C.Fr. *Ille. Pr.*
(d) C. Fr. *luſtris tribus cum quatuor annis*. Prat.
(e) C. Fr. *modo*.
(f) Nomen *Godefrid* componitur ex Acroſtichis Hexametrorum.

Eheu nam ſubito violavit digna parentum
Gaudia, quis vivus vita, decuſque fuit.
Felices illo genitor, genitrixque fuiſſent,
Si conceſſa illi vita, ſaluſque foret.
Rector erat patrii juris.......
O Benevente tuo.......
Immatura hujus licet e.......
Vincebat ſenſus.......
Dicite, qui propter duc......;
Tu ſemper viven.......

TUMULUS

SICONIS PRINCIPIS BENEVENTI.

Exſtat in eadem urbe ante Portam Eccleſiae Cathedralis.

V.

PRincipis hic magni requieſcunt membra Siconis
Flenda nimis populis, heu, Benevente, tuis.
Stirpe ſatus Regum, melior, majorque priorum,
Nullus, ut in cunctis par, ſimiliſque foret.
Natus in Auſoniae praeſtanti corpore terra,
Francorum (a) poſtquam caede ſubacta fuit:
Quem mater cernens eleganti luce nitentem,
Eſſe datum credit celitus alma ſibi.
Quae cum ſenſiſſet Domini jam munere plenum,
Ad loca ſe rapuit non nocitura pio.
Cujus ad adventum laetatus ductor herilis,
Excepit gaudens ſpem, Benevente, tuam.
Mox (b) Arichis Princeps arcana in mente puellum
Collocat, & ſpondet prolis habere loco.

Ad-

(a) Naſcitur anno DCCLXXIV. ſubacta a Carolo M. Italia.

(b) Concordat coevus auctor Joannes Diacon. in Scr. Chr. Epiſc. Neapolis: ſecus Erchemp. num. 8. & Anon. Salern. ineditus, qui adfirmant, Siconem adveniſſe Beneventum cum uxore, & filiis ſub Grimoald Storeſaiz, nil addentes de matre.

Adhibuit curam nutriendi maximus Heros,
Quem ſucceſſorem (a) ſperat habere pium.
Nec minus & Grimoald natus de Principe Princeps
Sublatum erudiit, jura tenenda patris.
Hujus in aſpectu gaudens, blandoque nitore
Prae cunctis unum legit amore virum.
Pulchra illi facies, oculique per ora nitentes,
Candida caeſaries, candida colla tegens.
Celſus ab excelſa Bardorum gente ſtatura
Corporis, ut cunctis altior ille foret.
Qualis in arvorum radicitus arbor oborta
Culturis pinus crevit ad uſque Polum.
Anteibat cunctos animo, formaque nitenti,
Virtutiſque novae robore, & arte fluens.
Qui (b) tribus exorſis ductoribus ordine Princeps
Regalis legitur ſtirps honoranda nimis.
Defendit (c) patriam Francorum gentis ab ira,
Quae quondam multo (d) caeſa mucrone fuit.
Regibus ille magis dilectus luce parota,
Francorum, & cunctis orbe perenne datis.
Pacificus, mitis, prudens, ſanctuſque, ſuavis,
Largus, & in cunctis pauperibuſque pius.
Pro patria cautus ſolvebat damna malorum,
Ne ſervos faceret lex nocitura reis.
Obſidione quatit Romanos ſaepe catervas
Urbis (e) Parthenone, falſidicoſue viros.
Qui dominis ſolita Samnitum fraude rebelles
Pellere Bardorum fortia juſſa volunt.
Quos Sico perdomitos, congreſſu fortis in omni
Servitia impellit (f) ſolvere quaeque jubet.
Ariete propulſat muros virtute ſuorum,
Donec victa cadat pars inimica ſibi.

Qua

(a) Ex eventu praedicit.
(b) Hoc eſt *Arichi Grimoald, &* *Grimoald Storeſaiz.*
(c) Icto foedere. Erch. num. 10. Gallique Chronologi.
(d) Erch. num. 5. & 6.
(e) Erch num. 10.
(f) Capitul. Sicardi num. 2.

Digitized by Google

Qua victi pugna, ſervitia digna repoſcunt,
Quae Beneventanus ſolvere gaudet hians.
Abſtulit (a) inde etiam Beneventi in Sede locatum
Januarium quondam fortis athleta dehinc;
Cujus templa replens argento, auroque recocto
His dedit, ut jaceat corpus inane locis.
Ter (b) quinos annos dominatus ductor herilis
Omne aevum peragit cum bonitatis ope.
Hic bis (c) ſex peragens aetatis tempore luſtra,
Mercedis fructus ſpiritus aſtra (d) petit.

T U M U L U S

RADELCHIS PRINCIPIS BENEVENTI (e).

Exſtat ibidem ante Portam Eccl. Cathedr.

VI.

R*Adelchis Princeps monumento clauditur iſto;*
Cujus in orbe pius rumor ubique ſonat;
Quem tanto Dominus donorum fonte rigavit,
Ut nullas digne promere cuncta queat.
Nobilis, & prudens, juſtus, patienſque, benignus,
Pulcrior, & ſobrius, clarior, atque potens.
Hunc populis patrem lacbrimis, & voce fatentur.
Dives, inopſque ſimul, hoc moriente, gemant.
Afflictis ſolamen erat, tutamen egentum,
Et cunctis populis victus, & alma quies.
Fortis in adverſis, in laetis unus, & idem,
Ad coeli patriam currere mente volens.
Inceſſit humilis virtutis, robore magnus,
Pacificus, verax, mitis, & aptus erat.

Quem

(a) Anon. Salern. par. 2. num. 1.
(b) Rotundo numero, nam obiit 16. inchoato.
(c) Rotundo numero natus enim ann. DCCLXXIV.
(d) Ann. DCCCXXXII.
(e) Sub hoc Principe diviſus primum eſt Principatus Beneventanus.

Quem non dilexit, quis non dilexit & illum?
Quis niſi perverſus, quis niſi mente ferus?
Hunc pius, & felix felicem nominat omnis,
Recta ſequi ſtuduit dogmata ſaepe quia.
Publica jura regens, ſed ſacras maxime leges,
Explevit jugiter corde, manuque gerens.
Inſigni populum pietate vigebat ad omnem,
Laetus erat vultu, laetior ore quidem.
Undenis lapſis duodenus coeperat annus
Bardorum Princeps noſcitur eſſe quibus.
Sexaginta ſuae vitae compleverat annos (a),
Cum moriens mundo vivit in arce poli.
O vos Chriſticolae, precibus committite Chriſto,
Quem populi conſtat rite fuiſſe Ducem.

TUMULUS

CARETRUDAE PRINCIPIS BENEVENTI (*b*).

Exſtat in eadem urbe ante Portam Eccleſiae Cathedralis.

VII.

Quam velox fugiat mundanae gloria vitae,
Teſtantur cineres, quos monumenta tenent.
Nil ſine fine manet ſub coeli cardine comptum,
Tempus, honor tranſit, lux, caro, vita, ſalus.
Cuncta mori conſtat, quae mundi machina geſtat,
Sola mori neſcit vita referta bonis.
Haec olim, cujus Tumulus hic occulit artus,
Per genus omne ſuum fulſit in orbe ſatis.
Nam ſummi conjux Radelchis Principis extans,
Germine quod tenuit auxit honore decus.
Inde viri ſolium in natis ex ordine firmans,
Sanxivit patriae hos caput eſſe ſuae.

Sic-

(a) Obiit Anno DCCCLII.
(b) Uxor haec fuit praefati Principis Radelchis.

Sicque ſui magno fructus in culmine ventris
Ter (a) quartum vidit fructificaſſe gradum.
Pontificem (b), & Comites genuit, Proceresque ſagaces,
Undique conſpicuo fulta vigore fuit.
Hinc decus in patribus captans, in prolibus illinc,
Per mores ſtuduit tegmen habere pios.
Sollers, ac mitis, prudenſque in famine dulci.
Lactea conſpectu, plus probitate micans.
Eccleſias venerans, inopum paſcenſque catervas:
Quod bene diſtribuit, nunc fruitura metit.
Bis tria poſt annos quadragenos luſtra recurrens,
Haec Caretruda ſolo terrea membra dedit.
Junius ereptam hanc e carnis carcere menſis
Nonarum quartum ſuſtulit ante diem.
O mundum, Martyr Januari, clare per omnem,
Pro culpis hujus fer pia verba Deo.
Ut careat poenis, & captet gaudia coeli,
Sancto ob quod cupiit hoc recubare loco.

TUMULUS

RADELCAR PRINCIPIS BENEVENTI.

Exſtat in eadem urbe ante Portam Eccleſiae Cathedralis.

VIII.

Quiſquis ad hunc Tumulum properas concivis, & hoſpes;
Hic, precor, humato dic, Miſerere Deus:
Ecce Radelcarius Beneventi celſa poteſtas,
Hic recubat Heros clarus in orbe ſatis.
Qui genus excelſum ducens ab utroque parente;
Tutamen patriae, ſpes, requieſque fuit.
Stemmate praecipuus Princeps de Principe cretus,
Majorum ſtuduit ſcandere ſemper iter.

(a) Filios genuit 12.
(b) Ajonem Epiſcopum Beneventi, de quo Joannes VIII. Epiſt. 33. & 157.

Sub (a) patre nam Princeps ſolium, regnumque paternum
Poſt patris exceſſum rexit ad omne decus.
Moribus ingenuus, nec non & viribus audax;
Juſtitiae cuſtos, munere largus erat.
Immobilis verbis, affectu necne ſuavis,
Conſpicuus forma, consilioque ſagax,
Canitie cordis juveniles vicerat annos,
Tranſcendens ſenſu plurima jura ſenum.
Judicii magno ſcrutans examine cauſas,
Quae vera inſtituit, ſprevit iniqua procul.
Sic pius, & prudens, linguaeque nitore diſertus,
Omnibus ut gratus, melliſluuſque foret.
Aſtutus, mitis, ſollers, cautuſque, benignus,
Parcere plus novit, quam dare flagra minans:
Facundus, cunctis pietatis viſcera ſervans,
Impiger, ac promptus corpore, corde fuit.
Fortia Francorum ſedavit Regna, ſuoſque
Confines vinxit undique pacis ope.
Bis (b) tria poſt luſtra, annumque unum carnea clauſtra
Deſeruit, juſſu, Chriſte, tremende, tuo.
At, Benevente, tibi (c) binis (d) praefuit annis,
Quo tua regnante gloria pulchra fuit.
O Martyr, cuncto, Januari, ſplendide mundo,
Fac rogo profit ei hac recubaſſe domo.
Hunc ſacer alme Deo tu commendare precando,
Obſecro ne ceſſes, eſto tutela ſibi.
O bone Rex Jeſu, clemens, aequiſſime, verax,
Haſtet, ut iſte tuum ante tribunal ovans:
Da ſibi cunctipotens aeternae gaudia vitae,
Poſt obitum ſolus, qui dare laeta vales.
Tu, pie, nullius cruciatu paſceris unquam,
Tu eripe hunc poenis, civibus adde tuis.

Tu

(a) Hoc eſt: *Una cum patre*, ut in Chronol. dicam.
(b) Vix. ann. XXXI. Obiit anno DCCCLIV.
(c) Hoc eſt *quatuor annis*. Rotundo numero, & una cum uno patre.
(d) Legendum omnino *bis binis*. Prat.

Tu ſibi mundani tribuiſti culmina Regni,
Te duce, conſcendat coelica Regna, precor.
Transfer eum inter oves, & ab haedis abſtrahe ſaevis,
Quo placidum cernat te ſine fine Deum.

T U M U L U S

URSI FIL. PRINCIPIS RADELCHIS (a).

Exſtat in eadem urbe ante Portam Eccleſiae Cathedralis.

IX.

URſus hic recubat toto celeberrimus orbe;
Cujus hoc marmor candida membra tegit.
Splendida progenies regali ex ſemine cretus,
Quem Palatina domus nutrit ad omne decus.
Hunc genuit Primeps Bardorum ſtemmate clarus
Radelchis, patriae vita, ſaluſqe ſuae.
Huic tam clara fuit ſpecies, & gratia vultus,
Ut patriae populo luxque, vigorque foret.
Viribus, atque potens nullus ut gratior eſſet,
Ac ſimul in populo murus, & arma ſuo.
Hic aemulos omnes ſuperabat viribus, armis
Defendens patriam, promptus amore Dei.
Hic honor, atque ſuis requies, portuſque ſalutis;
Hic laus excelſa, hic generalis amor.
Juſtitia clarus, renitens virtutibus almis,
Angelicus, dulcis, aequus ubique manens;
Promere quis ſapiens poterit magnalia cujus,
Quae Deus omnipotens ceſſit habere ſibi?
Nam concors, caſtus, humilis, clemenſque benignus,
Facundus, patiens, & bonitate vigens.

(a) Urſus iſte haud ipſe Princ. ſed alter cognominis, ex fratre pronepos ejus, filiuſque Princ. Ajonis, ut in Stemmate praemiſſo ad Erchempertum. *Ergo Urſus, de quo tumulus, fuit filius Radelchis I.* Prat.

Famoſus, ſapiens, pius, actione coruſcus;
Juſtus, & in cunctis fortis ad arma ſimul.
Communis, gratus, ſobrius, parcuſque, modeſtus;
Fulgidus eloquio, luxque, decorque fuit.
Ter denos complevit hic, ſeu quattuor annos,
Ter denos pariter vixit & iſte dies.
Sic vitae inſtanti complens tunc tempora juſſus,
Ad patriam celſam jam remeavit ovans.
Creditur hic cunctis coeli conſcendere cives,
Hunc Abrahae fateor jam retubare ſinu.
Quem Paradiſus habet, quem coelica Regna retentant;
Aetheris, & locuples optinet amplus honor.
Amplexum & retinent Sanctorum brachia Patrum,
At ſimul Angelicus conſociando Chorus.
Ut ſibi per ſaeculum maneat memorabile nomen,
Hoc Carmen ſcripſi ductus amore ſuo.

TUMULUS

FILIORUM PRINCIPIS LANDULFI (*a*).

Exſtat Capuae in Eccleſia Cathedrali (*b*).

X.

Hic primus vocatus eſt Atenolfus, qui effigie membrorum ſuorum aliquid ſimilavit Avo ſuo. vixit vero menſes ſex.
Primus Atenolfus retinetur carne ſub antro.
Quem pater ipſe ſuus geni-

Marmorea haec Tabula ob laevo hoc latere adeo extrita eſt, at vix literarum veſtigia ſuperſint,

(a) Landulfus pater, hujus nominis primus, filius fuit magni Principis Atenulfi.

(b) *In Sacello olim Familiae Piſelliae Patric. Cap. Prat.*

genitoris nomine dixit.
Hic infans peragit
dum ſexti tempora menſis,
Angelicis vectus
manibus tranſcendit ad aſtra.
Iſte poſt obitum primi
fratris natus iterum
Atenolfus vocatus eſt,
propter illius amorem,
ut nomen Genealogiae
retineret. Vixit menſes octo.
Iſte ſui fratris
vocitatus nomine primi
Aetatis parvum
tranſegit denique curſum,
Dum tempus vitae
bis quadris menſib. explet
Tranſvectus Coelum
ſedem cum fratre retentat.
Quattuor hic fratres conduntur .....
Quos mors revellens rapuit velociter.

ſint, ex quibus tamen clare demonſtratur, Epigrammata alia duo, proſa ſimiliter, & verſa oratione, fuiſſe inibi deſcripta, ac poſita duobus aliis filiis Principis Landulfi ibidem ſitis. Caeterum vide ſup. quae dixeram.

T U M U L U S

LANDULFI PRINCIPIS BENEVENTI (a).

Exſtat in eadem urbe in Eccleſia S. Sophiae.

XI.

(b) *Hic Monachus ſitus eſt Landolfus flemmate clarus*
Princeps eximius, o Benevente, tuus.

Ex

(a) Modo deperditus; vel obſcuro in loco latet.

(b) In antiquo Emortuali Monialium S. Petri Beneventi adnotatur obitus hujus Princ. ſic: *Kalend. Jan. Landulfus Princ. & Monachus*, quem credo fratrem Princ. Pandulfi Caputferrei, factumque Monachum in mortis articulo, more tunc conſueto.

Digitized by Google

Ex coetu Procerum Monachus de Principe factus
Extitit hac celebri primus in aede Dei ;
Quem bonitas tanto pariter patientia compſit ,
Afforet ut cunctis clarus amore pater .
Corde nitens , humilis ſenſu tranſcenderat annos ,
Cui canumque ſimul fulgida corda ſenum .
Eccleſiam venerans , algentum corpora tecſit ,
Atque cibo recreans , verba ſequendo Dei ;
Sed quia culparum nullus ſine labe recedit ,
Dicite , da veniam , Chriſte Redemptor , ei .
Bis duo luſtra gerens carnis , bis quattuor annos ;
(*) *Cum Jani primo tranſit ab orbe diem* . ĒR. R̄S̄. (*a*)

TUMULUS

GAITELGRIMAE PRINCIPIS BENEVENTI (*b*).

Exſtat ibidem in interiori Eccleſia Monialium S. Petri :

XII.

HUc quicumque venis , greſſu conſiſte , fidelis ;
Stirps generoſa ſolo hoc cubat in Tumulo .
Samnitum rectrix , quin paupertatis & (c) altrix ;
Mater egenorum traxit ad omne bonum .
Quam marmor Monacham retinet per ſtemma ſerenam ;
Omne decus vitae fertur in hoc cinere .
Gaitelgrima fuit Princeps , recolenda peregit
Plorat inops , pauper , dives & hanc pariter :
Praeſidis (d) & proles Roffredi maxima vatis ,
Pignora dimiſit bis duo , quae genuit .

Tem-

(*) i. AEt. XXVIII. Obiit Kal. Januar. A. CMLXVIII.

(a) al. *B̄K̄. R̄S̄.*

(b) Hanc reputo uxorem antedicti Princ. Landulfi ; donec certiora comperiam .

(c) al. *ultrix* . Variae hae lectiones ex Antigrapho ſunt nobis miſſo a Monialibus ejuſdem praeclariſſimi Monaſterii .

(d) *En proles* .

Temporis (a), ah, mobilis fuerat vertigine ſaecli
Conjux Landulfi Principis egregii.
Illuxit ſapiens annorum cardine prudens;
Mors inimica tulit membra, locoque dedit:
Inclita ſpes mundi dum manſit in ordine Regni
Creditur interius, ut notat hic Tumulus.
Haec duo ſena ſacro perfecit tempora velo,
Et (b) menſes ternos Coenobio geminos.
Sextus (c) modenis urſo quin inſuper annis
Flatus & hanc rexit, poſt iit unde fuit.
Idibus in ſenis complevit tempora carnis,
Ut Jani conſtat calculus, & celebrat.
Huc (d) Lector propera (e) Mandritam corde ſaluta:
Sit tibi magna ſalus, dic, fugiatque metus.
O (f) puerique ſenes, & greſſum ferte ſorores,
Mente, Pater noſter, (g) pſallite huic pariter.
Omnia tu Genitor hujus commiſſa, Redemptor,
Spiritus alme, fuga nunc pietate tua.
Chriſte ſibi requiem tu dona luce perennem,
Qua (h) regnas ſumme ſemper ſine fine beata:

TU-

(a) *Tempore ab mobili fuerat &c.*

(b) *Scil. Monialis vixit per An. XII. & menſ. III.*

(c) *Sexſtos modenis uno quin.* Al. Cod. Nicaſtri Benev. *Sexto modeni verſo quin* &c. Fort legebatur: *Septeno*, vel *Sexeno denis verſo ideſt LXX. aut LX.* Prat.

(d) *Laetor.*

(e) Metaphoricum nomen a *Mandra* deductum, unde etiam *Archimandrita:* hoc eſt: *Praeſes coetus*, & *Coenobiarcha.*

(f) *Puerque.*

(g) *ſallite.*

(h) *Regna ſumma ſemper ſine fine regnat.* RS.

TUMULUS

MARIAE FILIAE LANDULFI PRINCIPIS BENEV.

Exſtat in eadem urbe in Eccleſia Monialium S.Petri.

XIII.

HIc ſita ſunt magnae clariſſima membra Mariae;
Stemmate Landulfi Principis orta pii.
A modicis annis ſpernens haec gaudia mortis,
Pergens ad caulas Eccleſiae niveas.
Suſcepit velum ſacrum, quo vicit Iniquum,
Jam victrix donis utitur aethereis.
Lactea conſpectu, ſed plus pulcerrima ſenſu,
Moribus Angelicis pervigil excubiis;
Viſcera ma'ris habens, animas, & corpora complens;
Nunc alios verbis, nunc alioſque cibis.
Turrigera (a) concha ſubeunt & ſplendida membra
Bis ſenis luſtris aſſociata polis.
Idibus (b) octonis percurrens tempora carnis,
Quas (c) ſibi menſis obit Junius ipſe gerit.
Chriſticolae cuncti vos ſpernite gaudia mundi;
Quos alit haec tellus, dicite: Parce Deus. B.S.R.S. (d)

TU-

(a) al. *Tuxigera.*
(b) al. *Octobris.*
(c) *Quos tibi.*
(d) al. AS. SR.

T U M U L U S

.....CARDAE PRINCIPIS BENEVENTI (a).

Exſtat in eadem urbe in Eccleſia Monialium S. Petri.

XIV.

Nobilis, atque cluens magno de Stemmate creta
..... (b) CARDA latet marmore ſub ſtolido hoc,
Principis inſignis Landulfi que fuit uxor,
Proles Manſonis & fuit iſta Ducis.
Mentibus ex totis Domino famulabat amanter,
Atque ſuo toto pectore ſepe quidem:
Ac mitis, dulcis, prudens, ſimplexque benigna,
Et patiens multum, atque jucunda nimis.
Bis, decieſque duos poſtquam hanc expleverat annos;
Ex mundo ceſſit, ivit & ad Dominum.
.... a hec, Lector, ſi quis perleg ....
.... alme hujus parce pia.

T U M U L U S

LANDULFI PRINCIPIS CAPUAE.

Exſtat in eadem urbe in Eccleſia S. Benedicti.

XV.

Iſte gradus, itor, paucis te fabor, abito,
Et retine mente, quia jacet hoc lapide:

(a) Ex interioribus aedibus Monaſterii, nuper expoſitus.

(b) Fort. *Sikelcarda*, vel *Adelcarda* &c. quam reputo uxorem Landulfi fil. Pandulfi Caputferrei, filiamque Manſonis Ducis Amalfis, qui fuit Salerni Princ. poſt Pandulfum optatum.

Poſt orans, ejus dic, D̅S̅ eſto miſertus.
Hic decus (a) Auſoniae, (b) urbis & hic regimen.
Landulfus Princeps magno de ſtemmate fulgens,
Pulchrior in Populo non fuit alter eo.
Conſilio Graecos, & Gallos enſe preivit,
Tutamen multis Italicis viguit.
Ceſar ad exilium dudum cum mitteret illos;
Solus per multis offuit iſte (c) cui;
Nam Capuam ingrediens, Ottonia cuſpide pellens
Agmina confugium fecit eam Latio.
Crimina poſt vicit Benedicti veſte Beati.
Quam ſacris lacrimis ſe induit, atque piis.
Unde quadraginta felices vidit ariſtas,
E quibus & Princeps octo fuit Capue;
Cunque nono patitur (d) LIQUADOS *(e) ſcire Kalendas*
Auguſti Menſis dans animam ſuperis.

TUMULUS

PANDULFI PRINCIPIS CAPUAE (*f*).

Exſtat in eadem urbe in Eccleſia S. Benedicti.

XVI.

TErrigenum primis pomo vetito male paſtis,
Heu, mortis jaculo ſternitur omnis homo.
Quo foſſus telo Tumulo tumulatur in iſto
Princeps Pandulfus (g) Principe patre ſatus.

A ma-

(a) *Auſoniae*. Hoc eſt *Langobardorum Italiae Cis-Tyberinae*.
(b) *Urbis*, ſcilicet *Capuae*, de cujus Principe ſermo eſt. Sic apud Erchemp. num. 21. & alibi.
(c) *ipſe*.
(d) Sic habet Lapis; do teſtem V. Cl. Lucam Holſtenium; qui mecum inſpexit, & adſenſus eſt.
(e) *Ligurcos*. al. *liquendo*.
(f) Pandulfus iſte Capuae Princeps hujus nominis fuit IV.
(g) Filius Pandulfi II. Principis Benev. natus 6. Non. Julii an. CMLXXXVIII.

Digitized by Google

A magnis proavis, ceu Lucifer, orbe refulſit,
Ut ſol a propriis viribus enituit.
Namque Dei regnum (a) ſtatuit ſibi querere primum,
Inde ſtudens mundo non fuit abſque Deo.
Nullus mortalis fuit hoc preſtantior (b) armis,
Conſilio melior non erat alter eo.
Fractus perverſis, exaltatuſque ſecundis
Non fuit; ejus enim ſpes erat in Domino.
In verbo ſtabilis, verax, & fidus amicis,
Et ſibi ſubjecto blandus erat populo.
Alloquio facilis concivibus, & peregrinis,
Largior in dando non fuit ullus eo.
Semper, & elatos preſſit, domuitque ſupervos.
Aſt humiles coluit, fovit amore Dei.
Exilium paſſus fuit hic vir tam venerandus,
Sed Deus ipſe ſuo reſtituit ſolio.
Ante bonus fuerat, melior tunc eſſe ſtudebat,
Cum mortis jaculo tollitur e medio.
Dena dies a fine fuit menſis (c) duodeni.
Vite praeſentis terminus huic homini.
Plus unum bis ſex vixit quinquennia, menſes
Septem, necne decem ſolibus, atque novem.
Ut merearis idem (d) dici, Lector, tibi tandem,
Dic flexis genibus huic Miſerere Deus.

(a) At hujus Principis impietate nil famoſius in Oſtienſi.

(b) Gulielm. Apul. L. I. de hoc Principe *Principibus Latii prior, atque potentior ipſe tunc erat.*

(c) Ejus tamen tenacitatem taxat Gaufr. Malat. L. I. cap. 6.

(d) Obiit *menſe* 12. hoc eſt *Febr.* de quo bina antiq. Emortualia Capuae 10. & 9. *Kal. Martis*. Vixit an. LXI.

(e) al. *dicet*, & *dic mi.*

FRANCISCI MARIAE PRATILLI

ADDITIO.

HOs quos jam propoſui Tumulos, Peregrinius jam olim ediderat in ſua Princ. Lang. Hiſtoria. At quoniam & alios Langobardos lapides e MSS. Codd. noſtrorum Civium Johannis Franciſci de Thomaſio, & Pompeii Gariliani Canonicorum Eccleſiae Capuanae, a quibus olim exſcripti fuerant, collegit Fabius Vecchionius, pluries hocce in opere commendatus, illos heic in publicam lucem dare excogitavi (*), ne eorum penitus memoria deperderetur. Tu interim, Lector, meam diligentiam adprobes precor, has Langobardici aevi reliquias adſervando, ne quae modo tam a Cl. Viris antiquarum rerum inveſtigatoribus monumenta exoptantur, aliquorum vel inertium ſocordiâ, vel irriſorum amentiâ aut ſepulti impoſterum remaneant, aut omnino depereant. Vale.

In Eccleſia S. Johannis *Nobilium Hominum*, olim *de Landepaldo* vocitata, plura quidem Langobardorum illuſtrium Virorum monumenta adſervabantur, quae in ejuſdem Templi inſtaurationibus ſeculo XV. XVI. & XVII. vel detrita prorſus fuere, vel alios in uſus converſa, ut refert cit. Vecchion. Pauca ex iis exſcripſimus.

I. *Me tibi Joannes Xpi Precurſor Idulfus*
Hujus Ecleſie Sacer (1) *&* *Archipreviter ante*
Offero. Tu cineres ſerva, tu criminis (2) *umbras*
Terge, ut ab Altitono veniam merear (3) *miſerere*
Et celi lucem poſt ignem (4) *tenebrarum.* (5) *Am̄.*

Ibi-

(*) Notatiunculis quibuſdam illuſtratos.

(1) Sacerdos, & Archipresbyter. Antiquitus enim ibi Collegium Preſbyterorum.

(2) i. Maculas peccatorum.

(3) i. Miſericordiae, & pietatis.

(4) *Ignem tenebrarum*, deſignat heic Purgatorii poenas, ad Haereticorum inſolentiam propulſandam poſt ſchiſma Fotianum ſec. IX.

(5) i. Amen.

Digitized by Google

Ibidem.

II. In hoc conditorio oſſa quieſcunt
Radipert illuſtri Comiti de (1) *Prata*
Pandulfi (2) *Tianenſi Comiti nepote*
Et Velgrima ucſor bis (3) *ſebulti*
Adenulfo filio ſuperſte. Per Ind. VI.

Ibidem.

III. Pandulfi ſoboles (4) *Jeſulf glorioſa quieſcit*
Quo ſua Precurſor demonſtrat (5) *Signa Joannes*
Magnanimus vicſit, fortiſque, ac nobilis, ore
Dulciloquus, virtute potens, (6) *at cunta paratus*
. . . .

Ibidem.

IV. Hic (7) *Marie Comitiſſe oſſa quieſcunt.*

Ibidem.

V. Landolfum (8) *Cō ſuumque genitum Atenolfum*
Ejuſque matrem Ghiſelendam ſub hoc
Tegitur tumulo. Dicite Dō parcite cuntis.

Ibi-

(1) De Pratae Comitibus paſſim chartae Oſt. aliique Chronographi. Hinc nobilis familia *de Prata*, quae poſtea *Capuanorum* adpellata Capuae, & alibi eluxit. Alibi haec ſatius expendenda.

(2) De hoc Pandulfo e Teani Comite orto e ſtipite magni Atenulfi Capuae, & Benev. Principis loquitur Oſtienſ. Lib. II. c. 26.

(3) Heic conjectandum autumo, aut caſu aliquo, aut terraemotu ſub eorum domo conſepultos fuiſſe hos conjuges, qui poſtmodum in Eccleſia depoſiti, ſuperſtite eorum filio Adenulfo.

(4) Jeſulf idem ac Geſulſus, ſive Giſolfus. Ipſe fort. Giſulfus, de quo meminit idem Oſtienſ. loc. cit.

(5) *Signa*, i. imagines, & ſtatuas.

(6) Pro *ad cuncta*.

(7) Quaenam haec fuerit Maria Comitiſſa, divinandum potius, quam adſequendum. Fort. Maria Cajaciae Comitiſſa, cujus mentio in charta Theſ. Cap. A. MXXVII.

(8) Multos hujus nominis in Campana fuiſſe Dynaſtia certo ſcimus. Quinam hic fuerit Comes, ignoramus.

Ibidem.

VI. Germen (1) *Atenulfi prognatus ſorte beatus*
Quem tota Campani terra ditavit ovans . .
Hunc plebs nobilitas Comites . . . .
Improba mortifero ulnere . . . .
Credo quod & felix vita fruat . . . .
Stelligeram gaudens pro . . . .
Quique ſuos vincens cum . . . .
Hic victo ſpoliis corp . . . .
Merent ſublatum nob . . . .
Adque fluunt largis ſt . . . .
Expectent noſtri meliorem . . . .
Nec dabitur votis qu . . . .

Ibidem.

VII. Quem Comites de Calenu , Calbu , &
Tianenſe pro ſua . . . .

Ibidem.

VIII. Paudulf extinctus , genitus qui (2) *Principe quintus*
. . . . *claudit decoris cui gloria plaudit*
Teotonicos victos parvo . . . .
. . . .
Ducem deplorat Capua quem ſemper bonorat
Illacrimat fortem . . . . *ſecula mortem*
Vicſit biſternos poſt . . . .

Ibi-

(1) Fort Principis Cap. Atenulfi II.

(2) Quamvis aequivocum ſonet τὸ *Quintus*, nempe an Pandulfus V. vel quinto loco genitus, putarem tamen heic Pandulfi V. Cap. Princ. tumulum deſignari, qui obiit A. MLVII. ut alibi dicam.

Ibidem.

IX. De (1) *Aquinenſis & Albeti Comitibus* . . .
. . . . *ucſor Gaitruda de* (2) *Preſenzano*
. . . .
Annu XXXXI. ſtante tria menſ . . . . .

In Eccleſia S. Nazarii, nunc Monaſterii Nobilium Puellarum S. Hieronymi, in cujus clauſurae atrio legitur.

Hic ego qui jaceo Alberadus nomine dicor
Vivens per luſtra quin duodena fere.
Chriſticola a puero fida de ſtirpe creatus
Surgere me credo ut tenet alma fides.
Nazario implorante ſacro miſerante Dō
Ignoſcendo mihi cunta relaxa mala.

Ibidem.

Membra ſepulta viri ſi vis cognoſcere Lector
Arnipertus enim hic tumulatus adeſt.
O quam juſtus erat tanquam Xpicola ſuavis
Fortis ut atque Leo, mitis ut Agnus erat.
Dulcis habebatur, ſapiens, & patrie amator
Quem mors ſeva tulit, ac tumulavit humo.
Rege jubente Dō poſt mortem ſurgere credit
Eternum Dominum atque videre ſimul.

Ibidem.

Quiſquis abis juxta legere hec mea carmina cura
Te mortem ſimili ſorte ſubire puta.

Hinc

(1) De eadem Aquinenſium Comitum progenie erant Alveti Comites Capuae olim inſidentes, ut dixi Tom. II.

(2) Preſenzani Comites e Teani Comitibus prodiere. Capuae ad ſeculum uſque XIII. haec nobilis vixit familia.

Hinc dum Nazari penetras hec limina Sancti
Hujus vel gemitu dic miſerere Deus.
Hunc recubat lapidem Aurimus (1) *Archidiaconus infra*
Eccleſie Stephani Martyris egregii.
Aldo (2) *patre ſatus inſigni ſtirpe creato*
Famine (3), *conſilio doctus & eximius.*
Urbis & Ecleſie decus & tutamen opimum
Aera (4) *dum traxit eſtitit iſte ſatis.*
Vixit ſex luſtris necnon & quatuor annis
Sol Celo Octobris primus eum rapuit.

In Eccleſia S. Johannis ad Curtim exſtat ſepulcrum Comitis Teanenſis Landonis, quod retuli Tom. I. in fine, cujus initium: *Comes M. . . .* (fort. magnanimus) *Tianenſe Cibitatis &c.*

Ibidem.

Mors truculenta michi deſtrucſit ſtamina vite
Cum (5) *Calbi Caſtr* . . . .
Oſti preriperam, celſiq. . . . .
. . . .
Nobem (6) *nongentis tribus annis fulſiit aſtris*
Primo menſe dies decimo qua redditus orbe
Decem poſt bite luſtra menſeſque decenos.

Ibi-

(1) Aurimus Archidiaconus majoris Eccleſiae Capuanae, quae S. Stephani dicebatur, ut alibi.

(2) i alto, ſeu nobili.

(3) Scil. eloquio; *Famine* a verbo *fari* deducto.

(4) Nempe: dum vixit: hoc enim vivere, quod aërem trahere, & ſpiritum ducere.

(5) Heic fort. aliquis Calvenſis Comes, qui Caſtrum Calvenſe hoſtibus eripuerat.

(6) Scil. mortuus A. CMXXVII. ut puto die 10. Januarii, vel Martii poſtquam vixerat An. quinquaginta & menſ. decem.

Ibidem.

In hoc tumbulo requieſcunt in pace
Jeſulfa (1) *& Algiſa* (2) *quatrimule filie*
Paldolfi Principi a (3) *paritione gene-*
trici ſue conjuncte & eodem loco de-
poſite tercia Kl. Nobem. Ind. quintadecima.

In Eccleſia S. Salvatoris ad Curtim.

Me (4) *celi ſortem dedit hic cum funere mortem*
Orbiferus (5), *condens me ſimul ante fores* (6).
Te precor o Salbator miſer . . . . . .
Crimina que geſſit viva Adelgrima tibi.

Ut

(1) Sepulcrum Jeſulfae, & Algiſae filiarum, ut credo, Paldulfi IV. Capuae Principis.

(2) Scil quatuor annorum aetatem habentes.

(3) i. a partu genitricis ſuae conjunctae, hoc eſt, gemellae uno partu natae, eodem item die defunctae, unoque ſepulcro tumularae die 30. Octobr. A. MXVII.

(4) Ad hujus lapidis intelligentiam multum fateor deſudaſſe. Neque me poſt labores nodum exſolvere ſperabam, niſi caſu in chartam quandam ap. Mich Monachum in Codd. MSS. offendiſſem, in qua legitur: In nom. Domini noſtri „ &c. viceſimo ſecundo Anno Principatus Domini Landolfi glorioſi Principis, & octavodecimo Anno Principatus Domini Paldolfi & „ tertio anno Princ Dom. Landolfi „ glorioſis Principibus menſe Martio IV. Indict. Ideoque ego Agelgiſi filius quond. Gelmundi, qui „ fuit Gaſtaldus declaro Eccleſiam „ Domini Salvatoris conſtructa a „ bone memorie Domine Adelgrime relicta bone recordacionis Landonulfi qui fuit Gaſtaldus, ubi „ Petrus Presbiter & Abbas cuſtos eſſe videtur habet quarta pars „ ſecundum ſuis rationibus territoriis qui fuerunt &c. Quum igitur ex praedicta Charta teneamus, ab Adelgrima relicta Landonulfi Caſertani Gaſtaldi (ut alibi dicam) S. Salvatoris Majoris, ſeu ad Curtim nuncupatam Eccleſiam, ab ea extructam fuiſſe ante A. CMLX. jam praecit. Inſcriptionis ſenſus plane patet. Senſus igitur lapidis hujuſce ſepulcralis eſt; non mortem, ſed ſortem ei obtigiſſe, ut in ea Eccleſia S. Salvatoris, quam extruxerat, ſuas corporis exuvias reponeret. Ipſum demum Salvatorem Dominum precatur, ut crimina ſua abſolvat, & pro eidem Eccleſiae oblatis donis in celis coronam accipere mereatur.

(5) Orbiferus, i. Orbem in manu ferens, ſicuti Salvaror pingi ſolet.

(6) i. ante fores Eccleſiae, ut de more tunc poſitum erat.

Digitized by Google

Ut mihi de donis ornetur in aſtra coronis

. . . .

. . . . *An. pl. m. LXII. Meſ. V. D. X.* (1)

In majori antiqua Eccleſia Capuae dextera parte ejuſdem.

Chara filia (2) *Athenolfi*
II. Hec eſt (3) *Q̄ vixit* (4)
Annis XXXII.
Orate pro ea.

Ibidem eruta A. MDCCXX.

Hic requieſcit in ſopno pacis
Agelperga Ancilla Chriſti
Que vicſit An. pl. m. XVIII.
Credo Deum Patrem credo
Dm̄ Filium credo Dm̄ Spiritu
Sanctu credo q̄ nobiſſimo
Die reſurgam (5).

B E N E V E N T I

In Turri Campanaria Monaſterii S. Sophiae.
E ſchedis Johannis de Nicaſtro Archid.
Benev.

Chriſti fultus ſpiramine
Gregorius (6) *Piramidem*

Hanc

(1) Lego: Vixit Annis plus minus LXII. menſ. V. dieb. X. poſt annum quidem CMXL. quo obiit ejus vir Landonulfus Gaſtaldus Caſertae, cui ſuperſtes vixit Adelgrima.

(2) Haec Chara fuit filia Atenulfi II. qui primo Comes Teani creatus fuerat ab Atenulfo primo Capuae Principe. Sororem habuit Gaitelgrimam, quae Waimario Salerni Principi nupſit.

(3) i. *Quae*. (4) Pro *vixit*.

(5) En breve ſuae Fidei Catholicae argumentum.

(6) *Pyramidem* pro Campanili uſurpat.

Hanc (1) *junior laudabilem*
Novo ſtruxit fundamine
Principante cum filio
Pandulfo (2) *illuſtriſſimo*
Turritum hoc edificium
Incepit Abbas inclitus.

Ibidem:

In Monaſterio Monialium S. Petri.

Corporis hunc tumulum mortali ſorte patrarat
Vita fugax hominis ſolito dictare coegit
Gaudioſus Abbas Monachorum jure Sacerdos
Poſt vite longe ingentes multoſque labores
Sanctorum Petri Paulique in ede locavit
Quo mores fidei adſiſtant rite patroni
Ut quem viventem famulum tenuere fidelem
Poſt clauſtra carnis faciant in ſorte vocari.

TEANI

In veteri Eccleſia Monialium S. Mariae.

Hic (3) *Pando requieſco illuſtri Come* . . . . . .
Magni Atenulfi nepos (4) *inclidus* . . . .
Cum Sikelgarda & fil . . . .
. . . .
Dm̄ nm̄ orate (5) *quot* . . . .
Cum pace in aſtris (6) *conjugat* . . . .
Depoſiti . . . .

(1) Fort. Gregorius Junior Abbas, ad diſtinguendum alterum hujuſce nominis Seniorem ejuſdem Monaſterii Abbatem.

(2) Heic Pandulfus II. fil. Landulfi III. & nepos Pandulfi I. Caputferrei deſignatur, qui Beneventi ſedit cum filio Landulfo V. ab A. CMLXXXVII. ut alibi.

(3) Pando Comes Teani, & Sikelgarda ejus uxor e ſtirpe Magni Atenulfi, quorum filius Pandulfus, & Landonulfus, aliique. De his paſſim in chartis mentio.

(4) Inclytus.

(5) Quod. (6) Conjungat.

Digitized by Google

V E N A F R I

In Majori Eccleſia.

Me (1) *Comitem ploras qui mecum . . . . ad oras*
Giſulſum terre datum (2) *celoque beatum*
Quem Benafranus coluit timuitque Gaetanus
Strictus Agareno . . . . . undique freno
Set (3) *Bardi lances pronta virtute falances*
Treverunt hoſtes . . . .
. . . .

AE S E R N I AE

Contra Turrim Campanariam Monaſterii Monialium S. Mariae.

Landenolfus (4) *Eques*
Filius Bonememorie
Domni Landulfi Comitis
Ex quidem nato Atenul
fi Principis Ortus
Hoc opus fieri juſſit.

TU-

(1) Giſulſus Comes Venafranus, qui ſimul omnibus Capuani Principatus Dynaſtis in Saracenos apud Garilianum tunc conſidentibus cum ſuis copiis adeſſe debuit, victoria adepta.

(2) Fort. elatum; marmor namque valde erat detritum.

(3) Sed.

(4) De Aeſerniae Comitibus, qui ex genere magni Atenulfi Cap. Princ. ortum duxere, alibi latius cum Peregrinio differendum erit.

T U M U L I

DUCUM NEAPOLIS.

HActenus de Tumulis Principum, aliorumque Langobardorum, Beneventani, & Capuani Principatus; quibus non incongrue Neap. quoque Ducum Caeſarii, ac Boni ſubijciam Tumulos: eorundem quod tum foedera cum Langobardis, tum etiam bella exponant. Peregrinius.

T U M U L U S

CAESARII (a) CONSULIS NEAPOLIS:

E venerandae antiquitatis, memorandique operis Coemeterio D. Januarii extra moenia ejuſdem urbis incerto caſu Salernum translatus, ubi nunc proſtat in Eccleſia Minorum Conventualium.

C *CAeſarius Conſul* (b) *teneris ſublatus in annis*
Hic recubat moriens, vae tibi Parthenope!
A *Aeternum medio geſtas in pectore vulnus,*
Militibus periit murus, & arma tuis.
E *Et mea, qui hunc genui, vos vulnera flete parentes,*
Qui ſobolum cupitis tam bene ſorte frui.
S *Sors mea deterior dulcis in funere nati,*
Cujus flamma meum pectus ubique cremat:
A *Aptus erat cunctis verbo, ceu probus in actu;*
Conſilio ſollers, fortis ad arma ſimul.

Rex.

(a) Conſulem tantum inſcripſi, quoniam pater ejus in hoc Tumulo ipſeque palam, & Acroſtichis ſic eſt dictus.

(b) Etſi non minor an. 26. adhuc tamen puer. Vide ſup.

R *Rex* (*a*) *Romae preceſſa novae quo ſceptra reguntur,*
Praetulit hunc noſtra civibus urbe ſuis.
I *Iſtius auxilio longeva paterna ſenectus*
Tuta regebatur tamque quietus eram.
V *Virtus, ingenium, pietas, patientia ſumma,*
Vae cui cum genito tot periere bona.
S *Sic blandus Bardis eras, ut foedera* (*b*) *Grais*
Servares ſapiens inviolata tamen.
C *Conſul*, (*c*) *poſt Praeſul genitor monumenta parabi,*
Cui fuerat cure condere membra patris.
O *O mihi non prolis tantum, ſed* (*d*) *collega fidus,*
Cui tantos linquis, quos tuus auxit amor.
N *Nutritus* (*e*) *obſes Arichis moderamine ſancti*
Salvaſti patriam permemorande tuam.
S *Sex*, (*f*) *quater, & binos hic jam tranſcenderat annos,*
Cum flamen Chriſto reddidit aethre ſuum.

Vita

(a) Rex novae Romae Caeſarium praetulit ſuis civibus, qui Conſtantinopoli mitti olim conſueverant ad regendum Ducatum; ut apud D. Greg. M. Lib. II Ind. 20. ep. 32. Conſtant. Porph. de Adm. Imp. 2. 27. & alios, illumque patris Collegam inſtituit, & ſucceſſorem. Tumuli vero auctor, neſcio metro ne coactus, an quod diſcrimen vocabuli tunc non attenderetur, Regem dixit, quem recentiores Graeci niſi Imperatorem non appellaſſent.

(b) Quin ipſemet Arichis ſub vitae finem in an DCCLXXXVII. adhaeſerat Graecis & in Carolum Mag. conſpiraverat, poſtquam ab eo ſubactus fuerat: illorumque Miſſos uxor ejus ineunte an. DCCLXXXVIII. ſuſcepit, quos Stephanus hujus Caeſarii pater Neapolim duxit ſolemni pompa, eadem cum iis conſilia, ſed re infecta, aliquandiu meditatus. Vide Ep. 64. 88. & 92. Papae Hadriani ad Carolum Magn.

(c) Praemortua nimirum uxore, ut tradit Jo. Diac. Neap. & ante an. DCCLXVIII. quod ex Anaſt. Bibl. liquet in Steph. III.

(d) Nam pater etſi Epiſcopus curam non dimiſerat Ducatus.

(e) Diutius itaque manſit apud Arichim Caeſarius, cui datus eſt obſes, ut puto, poſt an. DCCLXXIV. quando foedera inter eos fuere diuturniora, ipſeque Arichis conceſſit *diaria*, &c. ut in Erch. n. 2. Sed & *dona obtulit in Eccleſia S. Januarii*, quod perhibet Joannes Diac. Neap. in Chron. Bella enim, de quibus Papa Hadr. Ep. 66. ad Carol. Mag. ſi ad proxime ſubſequutos annos ſint revocanda, ſtatim ſedata fuiſſe videntur.

(f) Nempe an. XXVI. quod patet ex adnotatis ad lit. d. non autem, ut alii edidere. *Sex, quater, & binos*: ideſt. 12. Et ſane puero duodenni hae competere non poſſunt laudes.

V *Vita ſenis tenuis poſt nati funus acervum* (*)
Poſt illum paucis credo dieb. eam
L *Lux te praecedat Chriſti, Kariſſime fili,*
Sancte Januari, quod peto, poſce Deum.
Depoſitus eſt XII. Kal. Oct. Imp. novo Conſtantino, & Hereni Aug. anno XIV. (*a*) Ind. XII.

T U M U L U S

BONI CONSULIS ET DUCIS NEAPOLIS (*b*).

Exſtat in occidentali latere Eccleſiae S. Mariae nuncupatae *a Piazza*, in regione Furcillenſi ejuſdem urbis.

B *Bardorum bella invida hinc inde* (c) *vetuſta*
Ad lacrimas, Parthenope, cogit ſaepe tuos.
O *Ortus, & Occaſus norit, quo Sico regnavit,*
Suadendo populos munera multa dabat.
N *Nam mox hic recubans ut Principato refulſit,*
Eoſque perdomuit bellis, triumphis ſubdit.
V *Vt reor affatim, nulluſque referre diſertus*
Enumerando viri facta decora poteſt.
S *Sic ubi Bardos agnobit edificaſſe Caſtellis*
Acerre, Atelle (d) *diruit, cuſtodeſque fugavit.*
C *Concuſſa loca Sarnenſis, incenditur Furclas*
Cuncta letus depredans cum ſuis regreditur urbem.
O *Omnibus excluſis iſto tantum retinebit antro,*
Metium (e), *& annum brebe Ducatu gerens.*

Nam

(*) i. acerbum.

(a) Anno, & menſe fere decurſo ab obitu Prnicip. Arichis, Chriſti ſcilicet DCCLXXXVIII.

(b) Hujus titulos retinui in Acroſtichis demonſtratos.

(c) Vetuſta ſane, & lacrimoſa; quippe Langobardi nunquam Neapolim obtinuere, & ad Boni Ducis uſque aetatem perpetuis an. CC. & eo amplius illam bellis acriter exercuerant.

(d) Imperabat tunc Theophilus, ſub quo res a Graecis praeclare in Langobardia, nimirum Cis-Tyberina, geſtas, tradit Cedrenus p. 429. At Neapolitanos mox ſuccubuiſſe, ex Sicardi aperitur Capitulari.

(e) Pro *Medium* converſo *d.* in *t.* Hinc autem liquet, vel Bonum non ſtatim poſt obitum anteceſſoris, quem Stephanum faciunt, in Ducem evectum: vel ipſum Stephanum

N *Nam moriente eo, tellus magno concuſſa dolore,*
Inde, vel inde pauper luxit, & ipſe ſenex.
S *Sibi o quam duris uxor cedit pectora palmis,*
Subtili clamitans voce mori parata ſatis.
V *Vlulatu potius communia damna gementes,*
Pax quia noſtra cadit, ſed decor ipſe ſimul.
L *Loquax, vigilis, tantus habebatur ab omni,*
Vt moriens Populi corda cremaret idem.
E *Ebeu teneri quam lacrimas patiuntur infantum*
Clamitat, (*) ic nobis paxque paborque fuit.
T *Turmatim (a) properant diberſi ſexus & betas,*
Funera de tanto voces ubique gemunt.
D *Dapſilis, & fortis, ſapiens, facundus, & audax,*
Pulcber erat ſpecie, defenſor ubique totus.
V *Virgo precipua, mater Dñi, poſce benigna,*
Vt ſociare dignetur beatorum amoenis locis.
X XLVIII. hic vixit annos. Obiit die nona Menſis Januarii per (b) Indictione duodecima.

FRAN-

num haud deceſſiſſe *Ind.VIII.* ſive an. DCCCXXX. ut editus ejus Tumulus in aliis etiam depravatus praefert. At reliqua etiam omnis Series Neapolitanorum Ducum eodem hoc vexatur incommodo, perque certa annorum intervalla duci haud valet, cui antiquae Chartulae Neapoli datae eſſe praeſidio probantur, ſola cum exprimant nomina, & tempora Graecorum Imperatorum: ſecus ac in plurimis Chartulis obſervatum adparet Amalfitanis, & Cajetanis, quae ſuorum Ducum praenotatae nominibus fuere. Iſthaec Cl. Viris Neap. Urbis explicanda profecto forent, quod fervidi expectant ſtudioſi adoleſcentes, ut nihil ad Patriae Hiſtoriam elucidandam deficiat. *Prat.*

(*) i. hic.

(a) De more ex ſingulis regionibus urbis in Principum virorum morte Populus per turmas ad planctum olim conveniebat; de quo vide me ad Falconem an. MCXXVII.

(b) Anno videlicet Chr. DCCCXXXIV. ac ſequenti poſt obitum Principis Siconis, biennio ante initum Capitulare Sicardi ſupra deſcriptum.

FRANCISCI MARIAE PRATILLI

ADDITIO AD TUMULOS DUCUM NEAPOLIS.

TUmulus Theodori Ducis, qui exſtabat olim in Eccleſia SS. Johannis & Pauli, nunc in Eccleſia Monialium S. Mariae vulgo *Donna Romata* translatus, qui valde detritos habet charactei es Graecos, quibus inſcriptus eſt. Eundem typis dedit V. Cl. Jo: Mabillonius in Diar. Ital. cap. 21. *felicius explicatum* (ejus verbis utor) *quam antea* a Capacio, aliiſque.

Theodorus Conſul & Dux cum a Fundamentis Templum hoc excitaſſet, & Diaconicm de novo perfeciſſet Ind. quarta Leone & Conſtantino piis Imperatoribus praeclarus Fide & moribus (a) duxiſſet Menſe Octobri hic repoſitus eſt cum vixiſſet Annos quinquaginta (b).

Imperatores hic notati ſunt (ſubdit Mabill.) *ni fallor Leo Iſauricus, ejuſque filius Conſtantinus Copronymus*. Vereor, rectene *indictionem* interpetratus fuerit Mabillonius, quum Theodorus I. Dux A. DCCLIX. obierit, ut ſupra in Chronol. Duc. Neap. pag. 31. At in hujus lapidis ſaniori interpetratione Cl. Viris Neap. inveſtigandum relinquo.

(a) Deſ. *vitam*.

(b) Legendum *triginta*.

TUMULUS

STEPHANI II. DUCIS.

Exſtat in Eccleſia D. Januarii extra urbem Neap. ut ait Capacius Hiſt. Neap. Lib. I. qui illum edidit: in cujus Achroſticis primis, & extremis legitur STEPHANUS CONSUL.

S *SEbae* (1) *cum facinoribus invaſit me horror mortis* S
T *Tellus in pulverem redacta caro mea quievit* T
E *Expectans venturum meum de celis factorem cum fide* E
P *Promiſſionis Reſurrectioniſq; ſuſtinens diem ut Joſep* (2) P
H *Haec Chriſti Martir Januari depoſco* H
(3) *Ut per te meis delictis ignoſcat Sabaoth*
A *Attendite quid mundi mihi profuit miſero gloria* A
N *Nunc dormiens ſileo baptiſmi habens fiduciam tamen* N
V *Vehementer conjux deflet & merens luget* (4) *me diu* V
S *Sodales etenim mei cuncti me ſunt obliti viventes* S
C *Cum ex illis ſit nullus qui ſententiam evadat hanc* C
O *Omnis ergo maledictus cujus cor recedit a Deo* O
N *Nec ullus ſalvabitur vivens niſi Dei crebro invocarit no-* N
S *Sed Dei genitrix Virgo meritis me tuere tuis* *(men* S
V *Ut eterni examinis die a perpetuo eripiar interitu* V
L *Letariq; cum Sanctis merear dum ad judicandum ve-* L
(nerit Emmanuel (5).

Requieſcit hic Stephanus Dux & Conſul. Vix. Ann. XXXIIII. Obiit XVI. Menſ. Maii Ind. VII. (6)

TU-

(1) i. Saevae.
(2) Pro Joſeph ad achroſtici harmoniam.
(3) Duo hi verſus uniuntur, ut achroſtici ratio habeatur.
(4) Vid. ſup. in Chron. Ducum Neap. in Stephano II.
(5) Scil. Dominus noſter J. C.
(6) Scil. An. DCCCXXIX. ut ſupra innui in Chronol. Duc. Neap.

Digitized by Google

TUMULUS

EUPHEMIAE NURUS GREGORII DUCIS.

In Collegiata Eccleſia S. Johannis Majoris. Refertur etiam a Capacio Lib. I. Hiſt. Neap.

QUiſquis ad baec Sancti feſtinas templa Joannis
Obſecro ſubſiſtens carmina cerne mea.
Hic quoque cognoſces pereant quod regna potentum
Predia divitie umbra velut tenuis.
Hic Euphemie requieſcunt membra benigne
Nurus (1) *Gregorii que Ducis alta fuit.*
Namque viro juncta (2) *Stephano dum vixit in orbe*
Semper amando Deum ad bona promta fuit.
Orphanus & pauper hujus ſolamine vixit
Triſtis & afflictus commoda ſentit ovans.
Semper eras vigilans meditando gaudia Chriſti
Qualiter in celo poſſit habere locum.
Tandem poſt multum famulando rite Tonanti
Debita perſolvens pergit ad aſtra poli.
Inclite Precurſor Domini, & Baptiſta Joannes
Dicito devote ſepe precando Deum.
Chriſte ſalus Mundi & hominum plaſmator opimus
Dona Euphemie gaudia ſancta tue.
Hec nos Gregorius Prefectus, Athanaſiuſque
Levita triſtes mater amanda.

(1) Scil. Gregorii II. Duc. Neap.
(2) Stephanus fil. Gregorii Duci patri fort. praemortuus.

EPISTOLA
LEONIS III. PONT. MAX.
AD CAROLUM MAGNUM IMP.

De irruptione Saracenorum in Graecos ſub Anthimo Duce Neapolis An. DCCCXII. die VII. Sept. apud Labbaeum Tom. IX. Concil. col. 159.

Domino Piiſſimo, & Sereniſſimo Victori, ac triumphatori filio, amatoris Dei, ac Domini noſtri Jeſu Chriſti Carolo Auguſto, Leo Epiſcopus ſervus ſervorum Dei.

SCimus igitur veſtram a Deo protectam Imperialem potentiam ſemper de integritate & exaltatione, atque cuſtodia matris ſuae S. Rom. Ecleſiae, ejuſque finibus ſolertiſſimam habere ſolicitudinem; & ideo notum facimus Serenitati Veſtrae ea quae nuper audivimus, & ex parte certi ſumus. Veſtrae ſiquidem a Deo datae ſapientiae incognitum non eſt, quod illa nefandiſſima Agarenorum gens partibus Siciliae anno praeſente vivere conſiliaverat. Nunc autem ſicut audivimus in quibuſdam Graecorum Inſulis conjunxerunt. Pro quibus vero miſit Michaël Imp. (*a*) Patricium, & Spadarios cum ſtolo, ut contra eos, Chriſto adjuvante, dimicare debuiſſent. Quumque idem Patricius in Siciliam conjunxiſſet, direxit miſſos ſuos per Beneventum ad Anthimum (*b*) Neapolitanum Ducem, ut cum toto ipſo Neapolitano Ducatu, qui illi obedi-

(a) Gregorium nomine Sicilienſem Patricium, ut ex altera ejuſdem Pontif. Epiſtola ap. eundem Labbaeum loc. cit.

(b) Firmat haec epiſtola quae adſerit Ubaldus in Chron. Ducum Neap. nempe Saracenos prope Neapolim irrupiſſe, ejuſque Ducem auxilium Graecis praeſtare noluiſſe, ut ſupnotavi pag. 35.

Digitized by Google

obedire voluiſſent navale auxilium ei praebere ſtuduiſſent. Qui vero Dux occaſiones proponens in adjutorio ejus ire contemſit. Cajetani tamen, & Amalphitani aliquanta congregantes navigia in auxilio illius abierunt. Poſtmodum vero, ut audivimus, ingreſſi ſunt ipſi nefandiſſimi Mauri, tredecim ſcilicet navigia in Inſulam, quae dicitur (a) Lampaduſa partibus Siciliae conſtituta, & praedavere eam. Quumque de praedicto Graecorum ſtolo ſeptem navigia itidem explorando perrexiſſent, ut ſe veritatem cognoſcere potuiſſent, comprehendentes eos Deo odibiles Mauri, occiderunt illos; & dum expectantes eos Graeci, qui miſerunt illos ad explorandum, & minime eſſent reverſi, abierunt generaliter ſuper eos, &, Chriſto miſerante, totos illos iniquos Mauros occiderunt, itaut nec unum ex iis vivum reliquerint &c. Abſol. VII. Id. Sept.

F I N I S.

IN-

(a) Parum ab Africae oris diſſita, nunc titulo Principatus inſignita, quam poſſidet nobilis Familia de Thomaſio Capua Panormum translata ſub Caroli V. Auſtriaci Imperio; in eaque refulſit Venerabil. Cardinalis Thomaſius hujus ſeculi initio non tam ſanctitate, quam doctrina praeclariſſimus.

I N D E X

T O M I III.

A

ACtionarii qui fuerint apud Longob. pag. 199
Ademarius Capuae Princ. expulſus. 155
Adoaldus I. Capuae Comes 95.ſeq. quo tempore vixerit 97. ſeq.
Agenardus Cap. Caſtaldus. 102
Aldiones, Aldii quinam fuerint. 218
Amalfis ab Arechi Princ. obſeſſa, & liberata auxilio Neap. 33. iterum a Sicardo 42. Ducatui Neap. ſubjectus, uti & Surrentinus 10. 13. ſeq. 203. aliquando Imp. occid. 14
Andreas Neap. Dux 41. Lotharii Imp. auxilium poſcit. 42
Angariae, quae ſint. 209
Anthimus Neap. Dux. 36
Arnoldus Rex Gall. Italiam venit 296.
Athanaſius Neap. Dux. 53
Atella Liburiae caput. 242
Atenulfus I. Cap. Comes, inde Benev. Princeps 150. ſeq. ejuſdem in Neap. certamina. 252
Averſae extructio. 22

B

BArbaricum id. bellica expeditio. 199
Beneventani Principatus diviſio 212. ſeqq. Beneventum a Graecis occupatum 295. eorumdem ejectio a Guidone Spoletano 297. ſeq.
Bonus Neap. Dux 39. 221
Breves quid apud Longob. 224
Byſantii aurei, & argentei qui 220

C

CAeſarius Conſ. Neap. 33. Caeſarius Fil. Sergii Conſ. ſtrenuus Dux. 46
Cajeta cui ſuberit primo 5. cui poſtea. 15
Calabria a Saracenis invaſa 283. ſeqq.
Cancellarii Provinc. quinam 7
Canciae Terra 232. ſeq.
Capitularia Princ. Lang. 184. Arechis 185. ejuſdem capit. pro Liburia 191. Sicardi capit. 198. Radelchiſi Princ. 212. Adelchis Princ. 224
Capua a Neap. & Spoletinis obſeſſa 47. a Neap. & Saracenis 54. iterum a Graecis 66. a Pandulfo recupetata pulſo Teani Com 74. ejus Epiſcopus Metrop. efficitur. 153
Capuae novae extructio, & ſitus 170. ſeqq. a Graecis obſeſſa 295
Capuana Terra, quae fuerit 231. familia ibi ſic adpellata 234. & ejus etiam Porta ibi.
Capuani Neap. agrum invadunt 300.
Coemeterium, ſeu Nola 257. ſeqq.
Collata, & Priſtinaquae. 204
Comes quis, & quotuplex 82. ſeq. quando hereditario jure ſucceſſerit 90. ſeq.

Con-

Conſentia Urbs, finis Princ. Salerni. 216
Conſtantinus Tribunus Militum Neap. 28
Contardus Dux Neap. 43
Creventia idem ac ſocietas. 223
Cumae, ejuſque Caſtrum 12. ſeq. quando a Longob. capta Urbs, & a Neap. recepta 27. Neapol. reſtitutum Caſtrum 65. Cumarum Arcus finis quandoque Liburiae Neapol. 256

D

Draconellus, Draco fluvius 202.
Ducatus Neap. niſi poſt tempora Juſtini Imp. memoria 3. tanquam Duces limitanei 5. Judices etiam, Militum Magiſtri, Tribuni, & Conſules appellati ibi. iis Dux Cajetae aliquando parebat 6. ſeqq. a quibus eligebantur 7. eorum tituli Patriciorum, Protoſebaſtorum &c. 8. quando ſucceſſivus 9. nulla eis facultas nummos cudendi ibi. Siciliae Praefectis quando ſubjecti Duces Neap. Cajetae, Amalfis, atque Surrenti 10. inter eos diviſi, cui parebant 13. Ducatus Neap. fines 11. ſeq. & Cajetani 12. Longobardis tributum praeſtabant 16. necnon Impp. Occidentis, unde bellorum occaſio 16. ſeq.

E

Exilaratus Dux Neap. 29
Excuſſaticum, excluſaticum; ſeu eſcaticum quid fuerit. 200

F

Ferquidi quinam fuerint. 219
Fines Benev. & Salern. Principatus 216. ſeq.
Furones qui. 199

G

Galianus Campus 232. 239.
Gaſtaldi qui 82. ſeqq. 92. ſeq.
Georgius Dux Neap. 28
Graphiones, Rachibnrgii, Tungini qui. 91
Gregorius Dux Neap. 28
Greg. II. Dux 49. Greg. III. 55
Guaimarius Sal. Princ. 298
Gudiſcalcus Dux Neap. 28
Guduinus Dux Neap. 28

H

Hoſpitaticum quid apud Langob. 196
Hungarorum irruptio, & debellatio. 63. 152

I

Januarii S. Corpus Neapoli a Sicone Princ. Benev. ſublatum. 40
Ignis infernalis, morbi ſpecies. 40
Inundationes fluminum maximae 300.
Johannes Papa Neap. advenit. 53
Johannes Abbas Caſin. Chronici Com. Capuae Auctor 107. ſeq.
Johannes Conſinus Dux Neap. rebellis. 28
Johannes II. Neap. Dux 62. Johan. III. Fil. Sergii cum Patre Dux 78. Joh. IV. fort. Sergii V. fil. 80. Johannes Diac. Chron. Neap. Scriptor 31. ſeq.

Judices quandoque idem, ac Comites 90. quandoque etiam, ac Duces. 192

L

LAidolfus Cap. Princeps ab Imp. Othone exulatus. 155
Lambertus Italiae Rex Guidoni ſucceſſit. 296
Lando I. Capuae Comes 147. Lando II. Comes expulſus. 148
Landenolfus Cap.Princ.cum Aloara Matre, poſtea occiſus. 154
Landulfus I. Capuae Comes 146.
Landulfus II. 149
Landulfus I. Benev. & Cap. Princ. cum fratre Atenulfo II. 151. Land. II. 152. Land. III. Beneventi Princ. 153. Landulf. filius Caputferrei Cap. Princ. 154. Landulf.fil.Pandolfi Gualo Cap. Princ. Northmannis ceſſit 156.
Landulfus de S. Agata. 155
Leo Neap. Dux. 41
Liburia quae, & a quibus poſſeſſa, ejuſque deſcriptio, fines, &c. 242. ſeqq. An Sarnum, & Nuceria in Liburia. 260
Licoſae caſtrum. 45
Limitotrophi fundi qui. 219
Livizo, ſeu Livitius Cap. Comes, ſeu Gaſtald. 100
Lotharius Imp. in Saracenos copias mittit 45. ejus in Italiam adventus 121. & mors ibid.
Lucania idem, ac Paeſtum Urbs 216.
Ludovicus Imp. Capuam venit, & Benev. 118. ſeq. Barium cepit 122. a Beneventanis carceri includitur 123. Sacracenos protrivit 126. Capuae moratur 127. ejus captivitas explicata 157. ſeqq.

M

MAgarizzare quid. 222
Marcha, & Marchia quae 218. unde.
Marchiones. 92
Marinus Neap. Dux cum Patre. 65
Maurentius Magiſter Militum Neap. 27
Mauringus Monachus Chron.Cap. Comitum Scriptor. 144
Maximus Ocellarius Neap. Dux 28
Mittola Cap. Comes vir ſtrenuus 100.
Modiaticum quid. 201
Monimina, Monimenta quae. p. Lang. 224
Monaſt. S. Marcellini Neap. 38. S. Benedicti Cap. 152. 154. S. Angeli prope Capuam 152. S. Mariae in Cingla. 153
Morgicapud quid fuerit. 224

N

NEapolis an a Langob. aliquando ſubjugata 19. A Rogerio Northmanno ſubacta 22. a Sicone Benev. Princ. obſeſſa 38. & denuo; unde tributum Lang. ſolvendum pactum fuit 40. iterum a Sicardo 41. a Saracenis 47. de eorum claſſe Neapolites triumphant 64. a Langob. impetita 67. a Pandulfo Cap. Princ. adgreſſa, & obtenta 75. ſeq. a Zotone primum obſidetur. 249
Nuceria Urbs. 14
Nuptiaticum quid. 200

O

OTho I. Imp. Capuam advenit poſtquam Romae coronatus fuerat 153. ſeq. Neapolim ac-

accedit 65. Saracenos, & Graecos e Calabria ejicit. 280.
Otho II. & III. Capuam adventant. 139. 153.

P

PActum Gregorii Ducis Neap. & Johannis ejus Nep. cum Landulfo I. Benev. Princ. 228
Paldolfus Cap. Princ 156. Paldolfus Gualo ejus fil. ibid.
Paldus Caſtaldus Cap. 101. 146.
Paldus II. Cap. Com. 148
Pandenolfus I. Cap. Comes. 149
Pandulfus Teani Comes, & Cap. Princ. cum Johanne fil. Neap. fugit 74. inde diſcedit Romam verſus 77. Pand. Caputferreus 153. Spoleti Dux inauguratur 78. Pand. Neap. potitur, qua Urbe expellitur ibid.
Pandulfus de Benev. Princ. Benev. & Cap. 155
Patrienſis lacus in Liburia a quibus poſſeſſus fuerit. 252
Patricii duo Imp. CP. qui Langobardiae Themata adminiſtrabant. 10
Philoſophi, qui fuerint ap. Langob. 293
Popo Judex, ſeu Dux Neap. 150
Praeceptum Pandulfi IV. Princ. Cap. 231. ſeqq.
Puteolani Comites 254. ſeqq.

R

RAdelchis Ben. Princ. ſuae ſedi reſtituitur poſt annos XII. 300.
Radelgarius Capuae Gaſtaldus. 101

S

SAlernum novi Principatus ſedes 213. ſeq.
Saracenis Neapolitib. foederatis loca circa Veſuvium conceſſa 18. eorum prima incurſio Neapolim 35. inde altera in Campania Roma, & Cajeta 45. iterum Neap. infeſtant 49. quo ingrediuntur 52. Garilianum pergunt 54. ubi profligati 56. 58. ad Neap. litus appellunt 71. Meſſana poſiti Calabriam invadunt 281.
Scabini qui. 87
Scamarae, qui fuerint. 198
Scara copiae Militares. 215
Schiſma Eccleſ. Capuanae, & Epiſcopatus diviſus. 150
Scholaſticus Neap. Dux. 27
Sclavorum irruptio. 60
Sculdaſcii, Sculdahi quinam fuerint. 92
Sergius I. Neap. Dux 44. Serg. II. 51. Serg. III. 71. Serg. IV. 73. Serg. V. 79 Serg. VI. poſtremus Neap. Dux. 80
Siconulfus Princ. 212. ſeq.
Sicopolis Caſtrum 146. ſeq. 213
Sigillaticum penſio. 200
Solidi aurei, & argentei diſtinctio. 210
Sora, Aquinum, Teanum, fines Salern. Principatus. 217
Stephanus Neap. Dux, & Epiſc. 32
Steph. II. Dux. 38

T

TArentum finis Princ. Salernitani. 216
Theodorus Dux Neap. 31. 37
Theophilactus Dux Neap. 34
Theotiſtus Dux Neap. 36

Xx Ter-

Terra Laboria, & Laboris nomen quando inveƈtum. 259. ſeq. 263
Tertiator, ſeu cenſilis quid. 197. 199. ſeq.
Traſemundus Cap. Comes 98. inde Spoleti Dux ibid.
Tumuli Princ. Langob. cum aliis 302. ſeqq.

V

VEſuvii eruƈtio notabilis 72. 201.
Urſus fil. Ajonis Princ. Benev. 295
Vulturnenſes Gaſtaldei. 253. 258
Waregangi qui fuerint. 217

Z

ZAla quid ap. Langob. 215

AD-

Digitized by Google

A D D E N D A.

PAg. 255. lin. 2. poſt verbum Feudatarium, addatur: ſicuti & ſub Graecorum Imperio Neap. Duces non Comites tantummodo Puteolanum, & Cumanos, ſed & Miſenates ſub eorum dominatione habebant, ut ex Chartis apud Scriptores, & praecipue in Gattula, & Murator.

Pag. 296. lin. ult. addendum. Hoc etiam Camparum flagellum in praeſenti anno 1751. renovatum in Campaniae agris deploramus.

CORRIGENDA.

Pag. 37. lin. 16. XII. An.	IX. Stepha-
Pag. 39. l. 35. Andreae Ducis	Stephani Ducis
Pag. 53. l. 29. Latinae	latine
Ibid. l. 31. alii	alibi
Pag. 62. l. 10. ſequenti	praeſenti
Pag. 65. l. 27. obſecurus	obſcurus
Pag. 66. l. 30. novi	noni
Pag. 68. l. 16. aggeriſſe	aggeris ſe
Pag. 91. l. 21. peſſimo Reip. juſtitiam	Reip. damno
Pag. 96. l. 18. diſtructu	diſtrictu
Pag. 149. l. 12. cum	eum
Pag. 55. l. 33. ttubiis	ſubjicit
Pag. 158. l. 11. DCCCLXI.	DCCCLXVI.
Ibid. l. 31. ſed MCCCLX.	ſed DCCCLXVI.
Pag. 162. l. 28. III dies	III dies
Pag. 167. l. 26. DCCCLXXIII.	DCCCLXXII.
Pag. 218. l. 28. naſciente	neſciente
Pag. 236. l. 12. tpſum	ipſum
Pag. 326. l. 17. Paudulf	Pandulf
Pag. 328. l. 5. creato	creatus

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

005640969
Digitized by Google